

Primus.
e schola elementariorum ad
Primam classem grammaticis
probus et ins. Iuuenis
Gerardus Carlier siuillensis


BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

ANTONII AVGVSTINI

ARCHIEPISC. TARRACON.

ANTIQVITATVM

ROMANARVM HISPANARVMQVE

IN

NVMMIS VETERVM

DIALOGI XI.



Latinè redditi


Ab ANDREA SCHOTTO *Societ.* IESV: *Cuius accessit Duodecimus,*

De prisca Religione, Diisque Gentium.

SEORSIM EDITAE

NOMISMATVM ICONES

A IACOBO BIAEO *æri graphicè incisæ.*





ANTVERPIÆ,
Apud Henricum Aertssium.
CIↃ. IↃC. XVII.

SVPERIORVM PERMISSV.



NOBILI AMPLISSIMOQ. VIRO

NICOLAO ROCCOX EQVITI

ANTVERP. VI. CONSVLI

AND. SCHOTTVS SOCIET. IESV

D. D.

INSTITVENTE *me, Vir ampliß. sermonem illum, qui inter nos de omni Antiquitatis studio identidem esset habitus, litterarum mandare monumentis, commodum iam Dialogos* XI. ANT. AVGVSTINI *Antiquitatum Rom. Hispanarumq; in Nummis Caesarum ac Regum, typis euulgare animum typographus induxerat, quos olim ipse, ex Hibericis, dum in tanti Viri contubernio haererem, Latinè transcripseram, vno etiam, vt par numerus esset, Dialogo adiecto. Tandem itaq; aliquando vtrumq; bono studiosorum publico exire patior, dum reliqua ipsius Opera, quae ad Humanitatis, & Historiae studia, & ad Ius cum Ciuile tum Pontificium maximè pertinent, vno fasce colligare, forasq; dare poßim: quòd ad hanc diem de multis Antiquitatis, veterisq; adeo Iuris Interpretibus perpauci sint, quos cum* ANTONIO *queam componere, anteponere vero debeam neminem. Nomismatum quidem aenigmata explanarunt Latino & populari sermone nonnulli, sed huius nostri luminibus obstruere, (si quod in his iudicium est meum) nemo hactenus est visus. Quis enim paria vmquam fecit? Adeo enim Antiquitatis, historiarumq; scientiam ad Iuris vtriusque cognitionem, (vt Franc. Balduinus I. C. singulari etiam docuit Commentario) necessariam in numerato* ANTONIVS *habuit, vt aequalibus omnibus facilè antecelleret. Testantur id, vel me tacente, edita in lucem Monumenta. Verum editionis huius aleae patronum more institutoq; maiorum quaerenti non diu fuit deliberandum. Occurristi enim paenè solus ciuium nostrorum è numero, multis sanè de caußis, cum quia pars magna Sermonis nostri fuisses, tum quòd mutui inter nos amoris exstare hoc ad posteros testimonium exoptarem. Denique vel hoc nomine, vt si arbiter disputationis capiendus esset, Tu is esses,* ROCCOX, *rei omnis antiquariae ac Nomismatum Rom. peritißimus, maximeq; abundans signis, picturis summorum artificum, nummis aureis, argenteis, aereis, priscis annulis,*

atq; id genus κειμηλίοις. *Non enim incubare soles flauissae, hoc est, thesauro flatae, signataeq; monetae, vt draco ille peruigil in Hesperidum hortis, sed rectè vti, frui diuitiis, beneficentia tua in omnes vsus, mihi videris. Amabilis adhaec tuis existis ciuibus, vt & praeclara fouere ingenia ad laudem surgentia velle non desinas: qua sanè laude nihil maius, nihil illustrius esse queat ad familiae tuae ornamenta, nobilitatisq; decora: quòd fumosae maiorum imagines vetustate fatiscant, vt & laureae triumphorum corollae cito exarescunt; virtus contrà clara aeternaq; habeatur, & vera omnis Nobilitas Virtute potißimum à Philosophorum filiis verè circumscribatur. At dicet fortasse non-nemo. Aliud hic agere* Schottus, *ne nihil agat, videtur. Audio: at hic aequos rerum aestimatores rogo, huiusmodi studij iuuenilis relaxationem mihi concedant, &* παίγνια *illa, si ita libet, omnisque adeo diuturnae nostrae peregrinationis schediasmata è puluere excutere per illos liceat, & otij aliquem fructum ad posteros exstare aequo animo patiantur. Sic M. Catonem maiorem, à morum grauitate Censorium perpetuò nominatum, Magisteria in vino, cenisque & animi remißiones adhibuisse M. Tullius refert. Adhaec C. Laelium, ac Scipionem Africanum, (bone Deus, quales olim non armis modo, sed & sapientiâ claros Romae viros!) in publicis etiam negotiis conchas interdum & vmbilicos ad Caietam, & Lucrinum legere solitos idem prodit. Quid? ne ex-terna dumtaxat commemorem, nostri etiam aeui exempla Praesulum aduocabo. Caesarem Card. Baronium, in illis Ecclesiae Catholicae ad aeternitatem comparatis Annalibus: Et in Tranquilli XII. Caesaribus illustrandis Laeuinum Torrentium Episcopum Antuerp. In Fastis vero Rom. Magistratuum amplificandis nuper Stephanum Vinandum Pighium, Sanctensem Presbyterum, (vt alios interim omittam) nonne* Nomismatum *formis vsos Spartam illam suam egregiè cernas exornasse? vt alios interiorum litterarum principes,* Inscriptiones *& Marmora adhibere frequenter animaduertimus. Et dubitabit aliquis, laborem hunc nostrum minimè contemnendum videri? quem amicis, sed benè peritis, gratuito transcribimus, & imputamus. Eum sanè partum nostrum Lubens Merito Tibi, Vir illustris, offero, & aequi boni vt facias, & amore complecti Socios ne desinas, maiorem in modum rogo obtestorq;.* VALE *in Domino. Antuerp. Kal. Martiis* CIↃ.IↃC.XVII.

CANDIDO



CANDIDO LECTORI S.



ONSILII nostri rationem vt exponam postules fortasse, cur Imagines Nomismatum à DIALOGIS Ant. Augustini segregandas, non suo quasque loco inserendas (vt à Dionysio Sada, sed buxeis Ectypis Romae est praestitum) duxerim. Duas nimirum ob caussas: Cum ne sumptibus onerem non necessarijs eos, qui hoc Antiquitatis studio non capiuntur, aut certè alio respectum habentes vt minus quaestuosum fastidiunt: contenti scilicet Historiae priscis Nummis confirmatae breui narratione: quo modo Constant. Landus Comes, Adolphus Occo, & Steph. Pighius in Fastorum Annalibus, sine iconibus sua diuulgarunt. Tum quod aeneis laminis Ectypa bis excudi sit necesse, summo fastidio, & ingenti aliena non suo loco collocandi cum periculo. Nam quisquis haec leget,

Si quis tamen haec quoque, si quis
Captus amore leget;

eos aut deditos esse Antiquitati necesse est, aut alienos, ignarosque, ab eo studio abhorrere oportet. Quorum hi quidem imagines, etsi graphicè insculptas admirari puerorum esse dicent proprium, & *Dialogos* hosce sumptus caussâ vereor vt lecturi sint. Illi vero hisce studijs dediti vel periti sunt, vel ignari linguae Latinae. Vtrique animo ideam cuiusque Imperatoris Rom. formamque circumferunt: plerique etiam collectos habent domi Nummos aliquot priscos, aereos, argenteos-ve Consulares; aut certè libros possident Antiquitatis, siue Aeneae Vici, aut Stradae, Parmensium, aut Huberti Goltzij, artificum in hoc genere excellentium. Habent alij Guil. Choulium, alij Ant. Pisonem Gallicè, vel denique Sebast. Erizum Venetum. Hoc istos Catone, quod aiunt, contentos esse iubeo: satisfecimus tamen & maiora animo agitantibus, & empturientibus damus seorsim NOMISMATA *Impp. Rom.* vt sunt à Iac. Biaeo ciue nostro recens in aes graphicè caelata iam inde à Iulio Caesare ad Valentinianum vsque Aug. quando ea ex autographis potissimum, non è libris hausit. Nam quas Romae olim Ant. Augustinus V. CL. laminas suo aere sculpendas curarat, eae Praesule vitâ, quâ immortali dignus erat, functo, in Hiberiam tralatae, possessore mutato, redimi pretio non poterant: etsi cum hac Biaei manu pariare fas non esset. Adeo enim saeculi felicitate ars haec in aes caelandi creuit, vt & artes reliquae in maius prouectae sunt, vix vt addi quidquam posse videatur. Adiunxit his Biaeus Tabulam iconum, quae in Ant. Augustino, rarae, propriaeque erant: & INDICE vtriusq; libri adhibito facilè quaesita reperies. Illud monendum: vnius eiusdemque rei formas in varijs Impp. Nummis cusas occurrere. Verbi gratia: *Honorem* & *Virtutem* in Vitellio Antonius habet, Biaeus in Galba. Ille Rostratam columnam in Vespasiano Imp. hic in Tito filio repraesentat. Ciconiam ille in Q. Caecilij Metelli nummo, hic in C. Caesaris Nomismate. *Securitas* innixa columnae, ibi Gordiano tribuitur, hic Valeriano, & sic deinceps. Habe itaque, mi Lector, vtere, ac fruere arbitratu tuo, vel sodes, degener si est animus, neglige. *Dialogos* tamen dicis gratia legere, & horis subseciuis attingere graue, quaeso, ne sit, si bonis benè vti noris, siue Philologus es, seu Philosophus; siue poëta, seu historicus. Nam & Medicorum hic filij herbas reperiant, Silphium, & Laserpicium è Lybia. Iuris vero sacerdotes, Pandectarum Legibus facem non raro alluxisse ANTONIVM veluti è Pharo, gaudebunt. Imo & Theologus ne fastidiat, qui Hyblaea mella queat delibare,

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant.

Concionantes ad haec de superiore loco Symbola hinc, me auctore, depromant licet, non secus atque ex Aegyptiorum Hieroglyphicis, hoc est, mutis animantium figuris saepenu-

mero solent. De vtilitate studij Antiquitatis hactenus diximus, pluribus ANTONIVS prioribus duobus Dialogis: dictum etiam adhuc, cur icones potissimum à Dialogis seposuimus, ὧν ὐδεὶς ἐμέμψατο, vt Thucydidae verbis vtar: nunc de interpretationis fide, ne quis eam forte imprudens reprehendat, dicendum esse videatur. Fidem equidem interpretandi probaturum me tibi, non dicam confido (id enim arrogantis esset) sed spero & opto. Repraesentaui, quoad eius à me potuit, quae Hispanè auctor disertè disseruit: additis tamen locis compluribus, quos secundis Curis, penes me seruatis, addendos putarat. Item quae adiunxit interdum Dionysius Sada in Italica Romae facta interpretatione, notâ etiam ad oram appositâ. Mea etenim, siue Scholia, siue loca additamenri vice, vel in marginem conjecta Auctorum nomina, charactere ipso distinguenda, operae si parebunt, tradidi. Sed & operarum σφάλματα *errata* humanitus commissa, ne alienas praestare culpas inuitus cogar, ante lectionem *Dialogorum*, Ortelij nostri exemplo, libens, quo legenti cursus fiat expeditior, corrigas velim. Apposui & in quibus Iosephi duo, Castalio & Scal. ab ANTONIO nostro discederent, iure-ne an iniuria, Eruditorum esto iudicium: neque enim Vindicis mihi virgam sumo, fidem modo meam in interpretando, &, quod more maiorum liceat, industriam diligentiamque probasse contentus. Tu vale, & haue.



APPROBATIO CENSORIS.

ANtonij Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, viri celeberrimi & longè doctissimi, *de veterum Nomismatum Antiquitate Dialogi*, primùm Hispano ab ipso auctore, nunc demum Latino sermone redditi per R. & de litterariâ Republicâ optimè meritum *P. Andream Schottum* Antuerpianum, è Societate IESV; admodum vtiles, & Antiquitatis studiosis necessarij sunt, iis certè qui magno studio veterum monumenta exquirunt. Quare dignissimos iudico, qui luce donentur, & euulgentur.

Laur. Beijerlinck S. Theol. Licent. Archipresbyter, & Librorum Censor Antuerpiae.

FACVLTAS PROVINCIALIS PRAEPOSITI.

CAROLVS SCRIBANVS *Præpositus Prouincialis Societatis* IESV *in Prouincia Flandro-Belgica ad id mihi facta ab admodum R. P. N. Praeposito Generali* CLAVDIO AQVAVIVA, *facultatem concedo, vt* Antonij Augustini Tarraconensis Archiepiscopi DIALOGI De veterum Nomismatum & Inscriptionum Antiquitate, *ex Hispanicis & Italicis Latinitate donati à* P. Andrea Schotto *Antuerpiano de Societate* IESV, *& eiusdem Societatis eruditorum hominum iudicio examinati & approbati, typis excudantur. In quorum fidem has litteras manu mea subscriptas, sigilloq; nostro munitas dedi Antuerp. pridie Kal. Febr.* CIƆ. IƆC. XIIII.

CAROLVS SCRIBANVS.

PRIVILEGII SVMMA.

ALBERTI ET ISABELLAE CLARAE EVGENIAE Archiducum Austriae, Ducum Burgundiae, Brabantiae, &c. Serenissimorum Belgicae Principum Priuilegio cautum est, ne quis Librum, cui titulus est: ANTONII AVGVSTINI, *Archiepisc. Tarraconensis Antiquitatum Rom. Hispanarumq; in Nummis veterum Dialogi* XII. *Latinè redditi à P. Andrea Schotto Societatis* IESV *sacerdote*, praeter voluntatem *Henrici Aertssen* Typographi Antuerpiensis, proximo sexennio imprimat, vel alibi impressum in has inferioris Germaniae prouincias importet, venalemque habeat. Qui secus faxit confiscatione librorum, & alia poena mulctabitur: vti latius patet in litteris datis Bruxellae die XXVII. Iulij, anno CIƆ. IƆC. XVI.

Signat,

STEENHVYSE.

DIALOGIS XII.

CONTENTA.

I. *De vtilitate capienda è* NOMISMATIS.

II. *De Virtutibus in Nummis.*

III. *De Nummis Prouinciarum, Urbium, ac Fluuiorum.*

IIII. *De aedificiis Romanor. in Nummis.*

V. *De Animalibus, quae quibus Diis sacra, & de instrumentis.*

VI. *De Nummis Africae, Galliae, & Hispaniae.*

VII. *De Tarraconensis Hispaniae nummis & Barcinonensibus: ac de Toletanis.*

VIII. *De ceteris Hispaniae Tarraconensis Nomismatis: item Baeticae, ac denique Lusitaniae.*

IX. *De* INSCRIPTIONVM *veterum vsu, deque Barcinonensi ad S. Iustum: ac de Centesimis Semissibus vsuris.*

X. *De aurei saeculi antiquis Inscriptionibus, & de vrbis Romae maximè claris viris.*

XI. *De nummis confictis, ac falsis Inscriptionibus.*

XII. *A*ND. SCHOTTI, *de prisca Religione, Diisque Gentium in Nummis.*

NOTAE
NVMISMATVM
Integrè repraesentatae.

A.A.A. F.F. Auro, argento, aere, flando, feriundo.
A.F.A.N. Auli filius, Auli nepos
AED. CVR. Aedilis curulis
ACT. Actiacus, vel Actium
AFR. Africa.
ASI. Asia.
ADLOC. COH. adlocutio cohortium
ALIM. ITAL. alimenta Italiae.
A.P.F. argento publico feriundo
AVG. Augustus vel Augusta
CAE. Caesar
C.F. Caij filius
CENS. Censor
C. L. CAES. Caius & Lucius Caesares
CARTH. Carthago
CLY. clypeus votiuus, vel clypeum vouit.
COH. PRAET. cohors Praetoria
COL. NEM. Colonia Nemausus
COL. IVL. COR. Colonia Iulia Corinthus
C. I. V. Colonia Iulia Valentia
COM. CONS. Communi consensu.
COM. ASI. Communitas Asiae.
CON. SVO. Conseruatori suo.
COS. DES. Consul designatus.
DAC. Dacicus
DIC. Dictator
EID. MAR. Idus Martiae.
EX S.C. ex Senatus consulto.
EX EA P.Q.I.S. AD A.D.E. ex ea pecunia quæ iussu Senatus ad aerarium delata est.
FOR. RED. Fortuna redux, vel Fortunae reduci.
GER. Germanicus
HERC. ROM. Hercules Romanus
IMP. Imperator
I.O.M.S. Ioui Optimo Maximo sacrum
IOV. TON. Ioui tonanti.
III. VIR. R.P.C. Trium vir Reip. Constituendae.
IVD. CAP. Iudaea capta.
LEG. legio, vel legatus
LIB. AVG. II. liberalitas Augusti secunda
LVD. S. AEC. ludi saeculares
MAC. AVG. macellum Augusti
MAG. EQ. Magister equitum
N.F. Numerij filius.
N.C. vel NOB. C. nobilis Caesar
OB. C.S. ob ciues seruatos
PART. Parthicus
PER. perpetuo.
P.F. vel P. FEL. pius felix
P.M. vel PONT. MAX. Pontifex Maximus
P.P. pater patriae
PR. Praetor
P.R. populus Romanus
PR.Q. Proquaestor
PRO.P. Propraetor
PROCOS. Proconsul.
PR. VRB. Praefectus Vrbi.
Q. Quinctus
Q. DESIG. Quaestor designatus
Q. P. Quaestor Praetorius
QVOD V.M.S. EX EA P.Q.I.S. AD A. D. E. quod viae munitae sint ex ea pecunia quae iussu Senatus ad aerariũ delata est
REST. restituit
R.G.C. rei gerundae causa
R.P. Respublica
R.P.C. reipub. constituendae
ROM. ET AVG. Romae & Augusto
SAL. Salus
S.C. Senatus-consulto.
S.P.Q.R. Senatus populusque Romanus
SP. Spurius
SEX. Sextus
SICIL. Sicilia
TR. P. vel TRIB. POT. Tribunitia potestate
TR. MIL. Tribunus militum.
T. Titus
TI. Tiberius
VIC. AVG. Victoria Augusti
V.S. voto soluto, vel suscepto.
VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET RED. CAES. vota publice suscepta pro salute & reditu Caesaris
V. PR. RE. CAES. vota pro reditu Caesaris.

INDEX

RERVM IN NVMMIS MEMORABILIVM.

Barbaricus numerus est paginarum; Romanus vero, cuiusque Tabulae ordinem designat.

A.A.A.F.F. pag.2. num.XIIII. Iulij. 3.XV.XVI. Iulij.
Abundantia.34.VI. Traiani.55.XXII. Antonini Elagabali.59.IIII. Decij.
Achaia.39. XVII. Hadriani.
Adlocutio cohortium.18. II. Caligulae.
Adoptio.34.II. Traiani.
Aegyptus.2.XXII. Iulij.12.XVI. Augusti. 39.X. Hadriani.
Aequitas.22.XVI. Galbae. 25.V. & XVIII. Vespasiani.53. XIIII. Seueri.
Aeneas.4.XV. Iulij.
Aesculapius.46.II.M. Aurelij.
Aeternitas.27.II. Vespasiani.38.VII. Hadriani 43. IX.X.XI.XII. XIII.XIIII.XIX.XXII.XXIII. Faustinae.44.X. XI. XIII. Faustinae. 58.IV. Philippi.61.XVIII. Postumi.
Africa.13. II. Augusti.15. XVIII. Augusti. 39.XIIII.& XV. Hadriani.
Alamannia.65.XI. Constantini.
Alexandria.6.XV. Lepidi.8.XI. Antonij. 39.XV. Hadriani.
Amor mutuus.57.VI. Pupieni.
Amphitheatrum.29.XV. T. Vespasiani.
Anchora cum delphino.5.VIII.30.XV. Titi.
Ancilia.14.V. Augusti 41.XV. Antonni Pij.
Annona.34.XIII. Traiani. 38.XV. Hadriani. 41.VIII.& XVI. Antonini.
Apollo.54.XIX. Caracallae.
Apollo conseruator. 60.VI. Aemiliani. 60. XXII.XXIIII. Gallieni.61.IIII. Gallieni.
Aquila signum { Legionum.1.XVI. Iulij.2.VI. Iulij. 7.XVIII.XIX.XX.& XXII. Antonij. 17.VIII. Tiberij. Consecrationis.16.XX. Augusti. 42.XXIII. Antonini. 47.XIX. & seq. Aurelij.62.XXIIII. Claudij.
Aqua Martia.68.XX.
Ara { Iouis.16.XIX. Augusti. Pacis.21.XII. Neronis. 27.XXI. Vespasiani. Mineruae.21.IX. Neronis.
Arabia.35.XI. Traiani.
Aratrum.2.VI. Iulij.16.XV. Augusti.
Arcus triumphalis.11.XI.XII. Augusti. 12.XXII. Augusti.13.XIIII.XV.XVI. Augusti. 17.XVIII.XIX. Drusi.19.XIIII.XV. Claudij. 20.XIX. Neronis.
Armenia.10.II.III.IIII.VI.VIII. Augusti.46.XI XIII. Aurelij.50.V.XI. Veri.
Asia.10.XII. Augusti.15.XVIII. Augusti. 26. XIIII. Vespasiani. 39.XVI. Hadriani. 41. XXIV. Antonini.
Bilbilis.16.VIII. Augusti.
Britannia.19.X. Claudij.
Bonus euentus.28.XVI. T. Vespasiani.54.IIII. Getae.
Caduceus 1.XVIII. Iulij.2.II. Iulij.5.XVIII. XX.7.X.XIIII. Antonij.9.XVI. Augusti. 27.V. Vespasiani.28.XXIII. Titi. 42.XII. Antonini.
Capricornus.10.II. Augusti.II.XV.XVI. Augusti. 14.XX.XXIII. Augusti. 27.III. Vespasiani.29. 6.Titi.30.IX. Titi.
Cappadocia.39.XI. Hadriani.
Castra praetoria. 19. VI. Claudij. 64. XIIII. Constantij.
Caesarea Augusta.16.XIII. Augusti.
Caritas mutua.57.VII. Pupieni.
Ceres. 24. XVII. Vitellij. 26. III. Vespasiani. 31. VI. Domitiani 38.XXIIII. Hadriani. 48.XXI. Faustinae.
Centaurus.60.XXI. Gallieni.
Chimaera.4.XVIII. Iulij.
Circus.36.I. Traiani.54.XIIII. Caracallae. 56.XIII. Alexandri.
Clementia.4.XI. Iulij.24.XVI. Vitellij.27.VIII Vespasiani.45.VII. Aurelij.
Colonia Iulia Corinthus.4.XVIII. Iulij.
Columna { Antonini.42.XXIIII. Rostrata.9.XX. Aug. 30.XII. Titi. Traiani.36.II.
Concordia. 7. XXIII. Antonij. 8. IX. Antonij. 21.XIV. Neronis 24.XVIII. Vitellij.31.XXIII. Domitiani.32.XX. Domitiae.33.II.& XIII. Neruae.37.VI.& VII. Hadriani.44.II.& III. Faustinae.45.IIII. Aurelij.46.VI. Aurelij. 49.X.& XI. Faustinae. 50.II.& XX. Veri.59.XII. Decij.61.XV. Valeriani.63.X. Seuerinae.65.XVI. Crispi.
Congiarium.33.VI. Neruae. 42.III.XVIII.XIX. Antonini.46.VII. Aurelij.51.XI. Commodi. 55.XV. Elagabali.
Consecratio.16.XVIII.XIX.XX. Augusti.19.XX. Claudij.27.XVIII.XIX.32.XIIII. Domitiae. Vespasiani.42.XXII.XXIII. XXIV. Antonini. 44.IIII.V.XVII.XVIII. & XIX. Faustinae. 47. XVII.VIII.& seq. Aurelij.49.XIII.XIV.& seq. Faustinae.50.XVI. Veri.
Constantia. 17, XXIV. Antoniae. 19. VIII. XII. Claudij.
Corona.
{ Ciuica.16.II.VI.IX.& X. Augusti.18.IIII. Cai. 19.II.& III. Claudij.22.II. Galbae. Laurea.46.XXIV. Aurelij.63.II. Quintilli. Rostrata.11.XXII. Agrippae.14.XII. Augusti.
Cornucopiae.2. VIII. & XXIIII. Iulij. 6. XXII. Lepidi.8.II. Antonij.31.IX. Domitiani.
Crocodilus.2.XXII. Iulii.12.XVI. Augusti.
Cybele.43.XXIII. Faustinae.48.XVIII.& XIX. Faustinae.53.XXIIII. Iuliae.
Dacia. 36.XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX. Traiani.59V. Decij.
Danuuius.35.XII. Traiani.
Dardanic.36.VIII. Traiani.
Duae dextrae.1.XVIII. Iulij.2.II. Iulij.7.XXIII. XXIIII. Antonij.57.VI.& VII. Pupieni.59.XII. Decij.
Dextrae cum caduceo.5. XVIII. Pansae.6.VI. Lepidi.15.VII. Augusti.

Dextrae

Dextrae cum signo milit. 32. xii. Domitiani. 33. ii. Neruae.
iii. Dextrae. 9. xv. Augusti. 61. xv. Sal. Valeriani.
Decursio. 20 xv. Neronis.
Diana { Ephesia. 19. xxii. Claudij. / Lucifera. 49. ix. Faustinae. / Conseruatrix. 61. v. vi. vii. Gallieni.
EId. Mart. 5. ii. Bruti.
Elagabalus. 55. xviii. Elagabali.
Emerita. 16. xvi. Augusti.
Europa. 15. xviii. Augusti.
FAsces. 1. xii. xviii. Iulii.
Fecunditas. 49. vii. Faustinae. 59. xx. Etruscillae.
Felicitas. 31. xxiiii. Domitiani. 37. v. & xxiiii. Hadriani. 38. xvii. Hadriani. 41. xi. & xii. Antonini. 53. viii. Seueri. 55. xxi. Elagabali. 56. iiii. Mamaeae. 62. iii. Victorini.
Fides. 24. vi. Vitellij. 28. xxiii. Titi. 31. xix. Domitiani. 57. viii. Pupieni.
Fides legionum. 52. xx. Albini. 55. iii. Macrini
Fortuna. 31. xviii. Domitiani. 33. viii. & xi. Neruae. 52. iii. Pertinacis.
Fortuna redux. 52. xxii. Albini. 54. vi. Getae. 57. xxii. Gordiani.
Francia. 65. xii. Constantini.
Fulmen. 7. x. Antonij. ii. v. & viii. Augusti. 41. ii. Antonini.
GAllia. 22. xxiv. Galbae. 39. v. & vi. Hadriani. 61. viii. Gallieni.
Gaudium Romanorum. 65. xi. & xii. Constantini.
Genius. 20. viii. Neronis. 28. iiii. Titi. 34. xi. & xii. Traiani. 38. ii. Hadriani. 41. iiii. Antonini. 64. xxiiii. Seueri.
Genius { Senatus. 41. iii. Antonini. / Exercit. Illur. 59. ii. Decij.
Germania. 24. xix. Vitellii. 31. xiiii. Domitiani 32. x. Domitiani. 39. iiii. Hadriani. 46. xx. xxi. & xxii. Aurelij.
de Germanis. 17. xviii. xix. & xx. Drusi. 31. xvi. Domitiani. 46. xxiii. Aurelij. 47. xi. Aurelij.
Hercules. { Comes. Aug. 64. vi. Maximiani. / Gaditan. 38. x. / Rom. 51. xxi. Commodi. 63. xviii. Probi.
Hilaritas. 45. iii. Aurelij.
Hippopotamus. 39. vii. Hadriani. 58. xviii. M. Otacillae.
Hispania. 12. xx. Augusti. 22. iii. & iiii. Galbae. 39. iii. Hadriani.
Honos. 22. xxi. Galbae. 28. v. Titi. 42. viii. Antonini. 45. xiii. & xiiii. Aurelij.
IAnus. 41. ix. Antonini.
iii vir. r. p. c. 6. i. v. Lepidi. 17. ix. xiiii. xv. Antonii. 9. ix. Augusti.
iiii. vir. a. a. a. f. f. 2. xiii. Iulij. 3. xv. & xvi. Iulij.
iiii. vir. a. p. f. 6. ii. Lepidi.
Indulgentia 53. xviii. Seueri. 54. xvi. Caracallae. 61. xix. Postumi.
Italia. 41. xix. Antonini. 47. iii. Aurelij.
Iuppiter. 19. xxi. Claudij. 38. ix. Hadriani. 53. xvi. Seueri. 56. vii. Alexandri.
Iuppiter { Ammon. 7. vii. Antonij. / Crescens. 60. xviii. Valeriani / Custos. 21. vii. Neronis. 23. viii. Othonis. 25. x. Vespasiani. / Conseruator. 57. xix. Gordiani. 64. iiii. Diocletiani. 65. xxii. Licinij. / Stator. 57. xv. Gordiani. / Victor. 31. xx. Domitiani. 38. xiii. Hadriani. 63. xvi. Floriani.
Iudaea. 25. ii. xxi. xxii. xxiii. Vespasiani. 29. vii Titi. 30. x. Titi.
Ilerda. 16. vii. Augusti.
Iuno. 51. xxiiii. Crispinae. 56. ii. Iuliae Maesae 59. xix. Etruscillae.
Iuno { Lucina. 48. xiiii. xv. Faustinae. / Regina 40. iii. Sabinae. 52. xii. Scãtillae
Iustitia. 17. xvi. Tiberij. 37. viii. Hadriani.
Iuuentus. 45. ix. Aurelij.
LAetitia. 42. x. Antonini. 49. viii. Faustinae 62. xiiii. Tetrici.
Liberalitas. 37. xxiii. Hadriani. 42. iii. xviii. & xix. Antonini. 46. vii. Aurelij. 51. xi. Commodi. 55. xv. Elagabali. 58. xiiii. Philippi.
Libertas. 5. iii. v. ix. Bruti. 22. vi. ix. Galbae 24. ix. Vitellij.
Lituus Augurũ. 1. ii. iiii. v. vii. Iulij. 7. i. ix. Antonij. 9. v. Augusti. 17. x. Tiberij.
Lugdunum. 8. vi. Antonij.
Luna Lucifera. 49. ii. iii. Faustinae. 53. xxii. Iuliae piae.
Luna crescens. 49. xxiii. xxiiii. Faustinae.
MAcellum. 20. xviii. Neronis
Mars & Venus. 41. xxii. Antonini.
Mars { Gradiuus. 24. v. Vitellij. 29. x. Titi. / Victor. 31. vii. Domitiani. 35. xvii. Traiani. 63. xx. Probi.
Mauretania. 51. vii. Commodi.
Mesopotamia. 34. ix. Traiani.
Mercurius. 45. xix. Aurelij. 59. x. Decij.
Mercurius pacif. 61. xxiii. Postumi.
Minerua Victrix. 54. xi. Ant. Caracallae.
Moneta. 53. v. Seueri.
Moderatio. 17. xv. Tiberij.
Munificentia. 42. xiii. Antonini. 51. xii. Commodi. 53. iiii. Seueri.
NEmausus Col. 16. iiii. Augusti.
Neptunus. 11. xviii. xx. Augusti. 38. viii. Hadriani. 53. xv. Seueri.
Neptunus redux. 28. xviii. Titi. 61. xxiiii. Postumi.
Nero auriga. 20. xxi. Neronis.
Nero citharoedus. 20. xxiiii. Neronis.
Nobilitas. 54. ii. Getae.
Noctua. 68. iiii.
Nilus. 39. vii. Hadriani.
ORiens 37. xiiii. Hadriani. 57. xiiii. Gordiani. 60. xv. Valeriani. 61. iii. Gallieni
Osca 16. xi. Augusti.
PAllas. 32. ii. & seq. Domitiae.
Pannonia 40. xv. Elij. 56. vi. & vii. Decij.
Pauo 27. xxiiii. Domitiae 44. xviii. xix. Faustinae.
Pax. 15. ii. iiii. vi. & vii. Augusti. 19. iiii. Claudii. 23. v. Othonis. 27. x. Vespasiani. 28. vi. Titi. 35. xxi. Traiani. 42. xi. Antonini. 47. xiii. Aurelii.

relij.63.xxiiii.Carini.
Pegasus.13.ii.& ix.Augusti.17.iiii.Tiberij.31.viii.Domitiani.61.ii.Gallieni.
Pietas.4.xiiii.& xv. Iulij.5.xv. Iulij.8.xiii.& xiiii.Antonij.17.ix.& x.Tiberii.18.x.Caij 22.xxiii.Galbae.32.xv.Domitiae.36.xxii. Matidiae.40.xiiii. Aelij.41.vi.& vii.Antonini.42.vii.Antonini.43.viii.Faustinae. 44.vi.& vii.Faustinae.45.xi. Aurelij. 50.xviii.& xix. Lucillae.51.xiv.Commodi. 55.vii.Diadumeniani.59.x.& xi.Decij. 60.xi.Valeriani.68.xvi.Pompei.
Porticus Aemil.6.x.Lepidi.
Portus Ostiae.20.xxii.Neronis.
Prouidentia.28.ii.Titi.33.iii.Neruae.38.iiii. Hadriani.41.ii.Antonini.52.ii.Pertinacis. 54.v.Getae.55.ii.Macrini.61.xxii.Postumi. 63.vi.Aureliani.
Propago Imperij.54.xxii.Plautillae.
Pudicitia.40.viii.Sabinae.48.xxiii. Faustinae.50.xxi.Lucillae.58.xix.Otacillae.
Puteal.68.xxii.
Religio.45.xix.Aurelij.46.v.Aurelij.
Roma.22.xvii.xviii.& xix.Galbae.24. vii.& xii.Vitellij.25.xii.xiii.xiiii.& xv. Vespasiani.30.v.& vi.Titi.33.v.Neruae.38. xi.& xii.Hadriani.41.xx.& xxi.Antonini. 52.xxi.Albini.57.iii.Gordiani.62.ii.Victorini.62.xxii.Claudij.63.vii.Aureliani.
Romulo conditori.37.iii.Hadriani.
Rostra.14.xiiii.Augusti.68.xxiiii.
Salus.17.xiii.Tiberij.21.xiii.Neronis. 42.xx.Antonini.46.iiii.& viii.Aurelij. 55.xi.Elagabali.56.ix.Alexandri.65.xiiii. Faustae.
Sarmatia.32.xi.Domitiani.
De Sarmatis.47.xii.Aurelij.
Securitas.23.iii.vi.& xiii.Othonis.25.viii. Vespasiani.33.iiii.Neruae.37.x.& xi.Hadriani.45.xxiiii.Aurelij.60.xiiii.Valeriani.64.xviii.Helenae.
Segetia Dea.61.xi.Saloninae.
Siclus.68.ix.& x.
Siciliae typus.11.xxii.Agrippae.12.vi.& vii.
Signa milit.2.vi.Iulij.7.xviii.xix.Antonij. 10.v.Augusti.17.viii.Tiberij.46.xv.Aurelij.
Signa religionis.1.ii.& iiii.Iulij.4.ii.Iulij. 6.xii.& xxiii.Lepidi.14.v.vi.vii.viii.& ix. Augusti.17.x.& xi.Tiberij.20.vi.Neronis.
Sol.55.xvii.Elagabali.64.xxii.Maximini.
Soli conseruatori.61.ii.Gallieni.
Spes.19.ix.Claudij.38.iii.Titi.28.vi.Hadriani.51.iii.Commodi.52.xiiii.Nigri.xviii. Albini.55.viii.Diadumeniani.
Sphinx.12.xvii.Augusti.
Tranquillitas.42.iiii.Antonini.
Tripos.5.xxiiii.6.iiii.& xxiii.Lepidi 7.xi. Antonij.14.viii.& xi.Augusti.17.xi.Tiberij.
Tiberis.41.xviii.Antonini.47.viii.Aurelij.
Tigris.34.ix.Traiani.
Trophaea.4.vi.Iulij.7.iii.Antonij.12.xviii. Augusti.24.xix.Vitellij.29.vii.& xiiii.Titi. 30.vii.Titi.34.xviii.Traiani.46.xi.xx.xxii. Aurelij.53.xx.Seueri.
Templa:
- Aeternitatis.44.x.& xi.Faustinae.
- D.Aug.16.xxi.Augusti.18.xi.Caligulae.42.xv.Antonini.
- Dianae Ephesiae.19.xxii.Claudij.
- D.Faustinae.44.xii.Faustinae.
- Flauiorum.30.xix.Titi.
- Iani.21.x.& xi.Neronis.
- Iouis Tonantis.11.iii.Augusti.
- D.Iulij.9.vii.& viii.Augusti.
- Iunonis Martialis.59.xxiii.Treboniani.60.iii.Volusiani.
- Pacis.15.v.Augusti.
- Romae & Aug.19.xxiii.Claudij.
- Romae aeternae.62.xxii.Claudij.
- Segetiae.61.xi.Saloninae.
- Vestae.20.xvii.Neronis.30.xviii. Titi.31.xxi.Domitiani.
- Volkani.60.xvi.Valeriani.

Trophaeum nauale.8.vii.Antonij.11.x.Augusti.12.xii.Augusti.
Traiani:
- Basilica. 36.vii.
- columna. 36.ii.
- forum. 36.vi.
- Via. 36.v
Valentia.16.xii.Augusti.
Venus.48.ii.& iii.Faustinae.51.xxiii.
Venus:
- Felix.61.x.Saloninae.
- Genetrix.40.vii.Sabinae.48.iiii.& v.Faustinae.
- Victrix.28.vii.Titi.30.xxiii.Iuliae. 48.vi.vii.& viii.Faustinae.54.xxiii. Plautillae.59.xviii.Etruscillae.
Vesta.25.vi.Vespasiani.28.xiiii.Titi.32.xviii. Domitiae.40.ii.& vi.Sabinae.
Vestalis.19.xi.Claudij.
Venatio.20.xxiii.Neronis.
Victoria.4.iii.Iulij.15.xi.xii.xiii.& xiiii.Augusti.17.vi.Tiberij.22.xi.xii.xiii.& xiiii. Galbae.24.viii.Vitellij.42.xvi.Antonini. 46.xii.& xix.Aurelij.53.x.xi.& xix.Seueri.60.xiii.Valeriani.64.vii.Dioclet. 65.ii.Maxentij.vi.& vii.Constantini. 66.vi.& vii.Constant.xxii.& xxiii.Constantij.
Victoria in bigis.53.xix.Seueri.
Victoria naualis.14.xxi.Augusti.27.ii.Vespasiani.29.iiii.Titi.
Victoria Gothica.62.xxiii.Claudij.63.xix. Aureliani.
Virtus.20.ix.& xi.Neronis.22.xx.& xxi.Galbae.37.xxi.& xxii.Hadriani.45.xxiii.Aurelij.54.xv.Caracallae.59.iii.Decij.62.iiii Victorini.xi.Tetrici.64.x.& xi.Maximiani.xiiii.Constantini.xx.Maximiani. 66.xix.Constantij.
Volkanus.60.xvi.Valeriani.
XV.Vir.sacr.fac.14.xv.Augusti.24.iii. Vitellij.

FINIS.

VITA
ANTONII AVGVSTINI
ARCHIEPISC. TARRACON.

Ex Oratione Funebri AND. SCHOTTI *Antuerp.* SOC. IESV.



ATVS *domo nobili* AVGVSTINORVM *& excellentibus viris in gerenda* An. Christi
Rep. claris, Caesaraugustae, Celtiberorum vrbe celebri, & copiosa; nunc etiam CIƆ.IƆ.XVII.
studijs ingenijsque affluente. Patre adhaec Ant. Augustino, Procancellario
Aragoniae, finitimorumq; regnorum. Quae dignitas hodie apud Reges secun-
das tenet: Augustorum quoque Romanorum temporibus, (vt ex Annalium
memoria, & Carini Imp. vita obseruare memini,) plena in administrandis re-
bus publicis & honoris & auctoritatis Cācellarij† *potestas perpetuo fuit. Vix-* † Fl. Vopisc-
dum ex ephebis filius excesserat, tinctus iis artibus, quibus prima aetas ad hu- cum in Ca-
manitatem informari solet: natu licèt minimus, tamen ob singularem indolem rini vita.
maxima in spe deliciisque parenti, Complutum, quae in Carpetanis princeps Academia est, ad vberio-
rem ingenij cultum missus est: vbi celeriter antecellere aequalibus ingenij gloria contigit. Verum assi-
duis bellorum tempestatibus iacebant adhuc humanitatis studia: Ciceronis nomen vix in scholis tum au-
diebatur, nondum satis culta benedicendi facultas: Graecae litterae mutae, doctoribus carebant: sine qui-
bus tamen disciplinis, in Iure Ciuili enucleando excellere potest nemo, & reliquae scientiae grauiores
quasi conticescunt. Sensa enim mentis non commodè eloqui, nec ad posteros transmittere, nisi rusticè &
inquinatè posse, hominis est, vel M. Tullio iudice, intemperanter abutentis & otio & litteris. Studia ve- Cic. Tusc. I.
ro haec in Italia disciplinarum parente, iam tum colebantur vehementius, quam in Hispanicis Acade-
miis: siue soli coeli-ve genio, siue hominum indoli & industriae, siue otio denique & tranquillitati Reip.
acceptum id est referendum. Salmanticā hinc à parente missus, prima ibi Iurisprudentiae fundamenta ie-
cit gnauiter. Verum vt exoticae merces & peregrinae domesticis ferè gratiores; & plantae alio caelo cul-
tae atque insitae, suauiores saepe vberioresque exsistunt: miles denique is optimus, qui patria procul sti-
pendia fecit: idem in praestantibus ingeniis vsu venire accepimus. Alieno enim caelo studiorum labor,
& industria fit maior. Exacuitur enim, & quasi vsu exterorum splendescit ingenium, prudentiaque pa-
ratur. Magna itaque Italicorum ingeniorum subtilitate, doctrina, & eloquentia, honesta quadam lau-
dis contentione, quae stimulos optimis ingeniis addere solet, excitatus, cum de posteritate serio cogita-
ret, cui se vixisse testatum aliquando facere vellet, Bononiam, eruditissimis hominibus, liberalissimisq;
studiis, Iuris praesertim Ciuilis affluentem, cogitabat. Quo in oppido Collegium, ingentibus olim sum- An. CIƆ.CCC
ptibus ampliss. fortissimumque virum Aegidium Albornotium Cardin. in Hispanicae gentis gratiam, LXV.
sua pecunia exaedificandum curasse inaudierat: quò eruditionis gratia ex omnibus ferè Hispaniae vrbi- Io. Gene-
bus praestantissima ingenia quotannis vocarentur, alerenturque liberaliter. Magnam hic studiorum se- sius Sepul-
getem, ex aemulatione, vt fieri amat, ingeniorum mutua colligi, assiduas hic disserendi exercitationes, ueda in
scholasque haberi acceperat, ex quo ludo tanquam ex equo Troiano, meri heroes, qui de Iure consultori- hist. Bono-
bus respōderent, prodijssent: quorum è numero non-nemo Hispaniae clauum nostra memoria summo cum niensis
imperio tenuisset. Bononiam itaque parentum permissu excelsi animi & laboriosi iuuenis tandem perue- Collegij,
nit, anno altero Pauli III. Pont. Max. Ea in vrbe, paucis ante annis, Carolus Caesar Imp. à Clemente Coloniae
VII. P. M. frequenti hominum concursu, & quasi orbis terrae panegyri diademate coronatus, inunctusque edita.
fuerat more maiorum Augustus. Quae res vrbem ceterà claram per se, & nobilem vt Pontificiae ditio- An. CIƆ.IƆ.
nis, reddiderat illustriorem. Hic in collegium vltro inuitatus Augustinus, licèt suis se sumptibus commo- XXXV.
dè alere posset, commigrauit. Opibus tamen patriis valere iussis, ne his fisus neglegentius, vt fit, in studiis An. CIƆ.IƆ.
versaretur: sic pontes à tergo militibus abrumpere solitos duces, ne qua fugae spes relinquatur timidis, XXX.
adolescens legerat. Nactus hic eos est doctores, qui ceteris omnibus ingenij gloria antecellerent. Paullo
enim Parisio, Iuris Pontificij celebri interpreti, assiduè operam dedit: qui ob singularem pietati coniun-
ctam eruditionem, mox in patrum purpuratorum Senatum lectus est: cui And. Alciatus Insuber, vt in
bello defessis integri recentesque submitti ab Imperatore solent, suffectus, de superiori loco dicendi perso-
nam sustinuit, accitus insigni honorario, princeps cum esset eius aetatis Antecessorum, propterea quod
eloquentiam, Graecarumque litterarum (quae perpaucorum hominum semper fuerunt) peritiam ad Ius
illustrandum attulisset, ingenioq; cum intendisset, & Poeticā, vt Iani Parrhasij discipulum possis agno-
scere, plurimum valeret. Biturigas enim (quod nuper Gymnasium Iac. Cuiacio Tolosate, Iurisconsulto-
rum coryphaeo florebat) Ticinum item, & Bononiā Academias docendo Alciatus mirificè ea tempestate,
& Ius ipsum scriptis editis illustrauit; eductis, vel vt verius dicam, genitis summis aliquot Iuris Sacer-
dotibus: in quibus AVGVSTINVS *noster familiam ducebat: quod in iis ipsis Iuris enucleandi vestigiis*
pedem ponere cogitaret. Viglius item Zuichemus Frisius, princeps erat: qui Galliae Belgicae post Prae-
ses, negotiorum mole à scribendo, vt feliciter coeperat, abreptus est. His igitur auditoribus, vt imperator
spoliis opimis, merito gloriabatur Alciatus. Antonius vero feriis, quibus proferri res solent, cessaturque

† *aestiuis*

aestiuis mensibus, ardente canicula, Patauium, celebritate commotus, discendi gratia, dum se aestus Solis frangeret, secessit, mensesque octo ibi haesit cum doctoris auctoritate, tum loci amoenitate captus. Marianum enim Socinum minorem diligenter audiuit. Quae quidem Socinorum familia tres continenter insignes Iurisconsultos dedit, Marianum maiorem & Bartholomaeum, libris editis claros: quales Iurisconsultos vix singulos singulae aetates ferre solent. Sic olim & Mutiorum gens, quae tot vna prudentes Iuris emisisset, quot satis multis ciuitatibus esse possent, in caelum laudibus ferri solet. Idem & Augustinorum gentis decus fuisse, vt plures ea Iurisconsultos, patrem, auum, proauum dederit, Annalium Celtiberiae memoriam euoluens, comperi. Hic & subsecivis horis, quas alij tribuunt aleae, intempestiuis conuiuiis, aut somno, litteras amoeniores libenter respexit, & Lazarum Bonamicum, disertum hominem, Graecos etiam doctores, Fazellum & Romulum Amasaeum audiuit. M. enim Porcium Catonem admodum senem Graecè discere non erubuisse acceperat. Et vero sine his artibus eruditisq; linguis, historiarum, Antiquitatisq; memoria perfectum I. C. tum euadere posse neminem, & saepe ipse disseruit, & scripto edito, vt posteritas posset exaudire, testatum reliquit. Decurso iam studiorum curriculo feliciter, Florentiam, Etruriae metropolim se contulit, cum Ioanne Matello Sequano, homine eruditiss. Quicum ex studiorum, vt fit, similitudine, vetus necessitudo intercesserat, Pandectarum Iuris ciuilis volumen immensum, Iustiniani Imperatoris iussu à Triboniano collectum, eiusque temporibus, vt creditur, priscis admodum litteris exaratum (qui thesaurus olim PISIS allatus est, quantinis pretij, religioseque à Ducibus asseruatus, tanquam Apollinis oraculum consulitur) cum Norica & nupera Gregorij Haloandri editione summa fide diligentiaque comparauit. Hic Laelio Taurello, egregio & diserto eius aetatis Iure-consulto Florentiae vsus est familiarissimè, doctissimo, item candidissimoque, & de litteris optime merito Petro Victorio. Hinc doctoris sui Alciati vestigiis insistens, quod incredibili & ipse iuuandae foris priuatimque Reip. & Philologiae cupiditate flagraret, discrepantes lectiones, & Emendationes, earumque rationes, illas quidem ex membranis antiquis, has à se excogitatas, in eum libellum coniecit, quem hinc Emendationum & Opinionum Iuris titulo inscripsit: moxque non tam popularis aurae captandae, quam benè merendi studio excidere adolescenti sibi, annos vix nato quinque & viginti, passus est. Quo libello, si molem spectes, in speciem exiguo, sin rerum vtilitatem, ponderumque momenta aestimes, sinuosis aliorum voluminibus anteponendo, (magnum enim librum magnum malum Callimachus Criticus appellabat: Domitius vero Piso libros thesauros esse debere iudicabat) Italiam, quà patet, nominis fama conturbauit, nomenque cum omni posteritate adaequauit. Adhaec plurimos exteros homines suo iuuandae Iurisprudentiae exemplo incitauit, vt ijsdem ingressi vestigiis Itali, Galli, & Belgae, homines doctissimi, politiorem illam (qua hodie saeculi aurei felicitate, depulsa omni barbaria fruimur) Iuris ciuilis tractationem amplecterentur. Hoc amplius effectum est, vt nostra etiam memoria, Galli & Belgae Iuris antiqui studiosissimi, (quos honoris causa libenter nomino) Balduini, Reuardi, Curtij, Duareni, Contij, Connani, Goueani, Hotmani, Russardi, Cuiacij, ceteri, scriptis ad immortalitatem comparatis, Ius vetus, adhibita Philologia, mirificè illustrarint. Hac tanta celebritate famae absentibus etiam, qui aliquid de ingeniis studijsque iudicare aut possent aut vellent, notus Augustinus Romam venit. Quam vrbium dominam, terrarumque deam esse, Vrbem etiam aeternam indigitari didicerat, Paulo III. decimum iam annum Ecclesiae Christianae clauum tenente, moxque singulari hominis doctrina explorata, Duodecim-viris St-litium iudicandarum, hoc est, sacri palatij iudicibus adscriptus, omniumque suffragiis delectus Lud. Gometio I. C. Hispano & Episcopo successit. Pontifici & Ecclesiae fidelem operam nauauit, ea integritate, atque innocentia, vt difficile sit dictu, abstinentia-ne maiore vixerit, an in Iure dicundo seueritate grauiore sit vsus. Iulius III. Pont. Max. sextum post annum suffectus, adeo Antonium dilexit, vt & intimis consiliis adhibuerit, legatumque summa cum auctoritate in Britanniam insulam opibus florentissimam miserit, cum verè Catholicus Philippus Mariam reginam Catholicorum Regum Ferdinandi & Isabellae neptem, duxit vxorem: Reginaldi Poli Cardin. praestantissimi auspiciis: & insulanis pacem Ecclesiae, trãquillitatemque, exoriens veluti Sol, attulit. Sed ò rerum inconstantiam, miramque vicissitudinem, vt nihil est in rebus humanis proprium, nihil perpetuo bonum! nec enim diu gaudere paceque frui datum. Immatura enim Reginae, feminae lectissimae mors, aetatis octauo & tricesimo (nata enim vno ante Augustinum anno) Ecclesiae Reiq; publicae Romanae ex insperata laetitia, summum attulit moerorem. Sed & alterum tristitiae argumentum oblatum. Hac enim tempestate, flagrante bello Gallia, Carolus V. mundi vanitatum pertaesus, & regnorum mole fessus, tot victoriis de Turca, rebusq; gestis, omnibus, qui ante illum fuerunt, Augustis comparandus, imperio sua sponte abdicauit, fasces deposuit, filioq; tradidit, & apud Carpetanos in solitudinem, (vt quod reliquum esset vitae curriculum, totum rerum diuinarum contemplationi precibusque ad Deum Opt. Max. fusis impenderet,) sese abdidit, raro ac paene inaudito aetatum omnium exemplo post Lotharium Imp. Caroli Magni nepotem: Reuertit ex Anglia Romam Augustinus, Paulumque eius nominis quartum, Apostolicae nauis gubernaculo admotum comperit, vrbemque armis militaribus Hispanorum cinctam, metuque nuperae direptionis consternatam. Tandem armis positis, redditur Ecclesiae otium atque tranquillitas. Post ab ipso Allifanus Episcopus creatus, missusque Pontificia auctoritate ad Ferdinandum Caesarem in Germaniam: qua honorificè obita legatione, gregem sibi creditum adijt, eumque omni humanitatis genere & liberalitatis est prosecutus. Hinc non diu, vt motoriam egisse fabulam suis ingratiis videatur, Siciliam insulam, opibus florentem, & frugibus, (vt horreum Italiae, atque Hispaniae sit appellandum) Philippi Regis Catholici auctoritate atque auspiciis lustrare iussus, integrè id munus obiuit, vt &

Emendat. Iuris lib. 2. cap. 1. & 2.

Ann. CIↃ.C. XXXVI. Car. Sigonius lib. XI. de regno Italiae. Angel. Politi. lib. X. Epist. 4. & Miscell. cap. 41.

Viglius Zuichemus Praef. Theophili, & Ant. August. lib. I. Emendat. Iuris.

CIↃ.IↃ.XLIII.

Athenaeus Plinius in Praef. Martialis, & Frontinus 2. De aquae ductib. vrbis Romae.

CIↃ.IↃ.XLIV.

CIↃ.IↃ.L.

CIↃ.IↃ.LIV.

CIↃ.IↃ.LVI.

CIↃ.IↃ.LV.

Circa annũ Christi CIↃ.CCC.L.

An. CIↃ.IↃ. LV.

An. CIↃ.IↃ. LVII. a. d. VIII. Id. Maij.

vt & Regi gratum officium praestiterit, & insulanis ius sancte administrarit. Reuersus iterum in Hispaniam est, vt optimo Regi, cui debebatur, rei gestae ratio redderetur. Ea est enim imperandi optima conditio, *inquit Tacitus,* vt non aliter ratio constet, quam si vni reddatur. *Mox Ilerdensium Episcopatus à Pio IIII. nec-opinanti traditur & repugnanti: sed victus precibus cessit: nam & Petrus Augustinus, natu maior frater, eo ipso tempore Oscam (non procul inde sitam antiquissimam Hispaniae Academiam, quò iam inde à Q. Sertorij temporibus, Hispanica iuuentus erudiendi gratia mitti solet) Episcopus tenebat. Inde Tridentum vterque profectus est, quò indicta Synodo Oecumenica, tanquam ad panegyrim, ex omnibus orbis partibus doctissimorum simul ac pientissimorum hominum, sarciendae Ecclesiae Catholicae concordiae conuentus fiebant. Augustinus itaque, vt erat Ecclesiasticarum rerum vsu peritissimus, sacerdotum illis temporibus mores paululum à maiorum grauitate degenerantes, solutamq; disciplinam ad pristinum decus continentiamque reuocandam censuit: ratus quod res est, hinc tanquam à capite, corporis medicinam, vt membra conualescant, inchoandam.* Propter nos, *inquit cum Iona Propheta,* haec tempestas in Gallia Germaniaque exorta est. A domo itaque Dei auspicandum. Occurrite Patres labenti Reip. *Praeclarè Augustinus: & perhonesta oratio. Meminerat enim Numantiam, Carthaginemque superari, euertique à Scipione Africano minore non antea potuisse, quam correcta militum, qui iam luxu, otio, delicijsque pridem eneruati languebant, disciplina. Legibus itaque de Ordinum disciplina sanciendis adfuit, iuuitq; in partem. Anno post tertio, rursum in Hispaniam nauigauit, & Ilerdae Ecclesiam rexit, optimis & legibus & institutis: Ecclesiasticos ritus, precesque, quibus sacerdotes adsuefierent, composuit: &* Collectionem Canonum antiquam Anselmi Lucensis, *quarti Iuris Pontificij compilatoris edidit. Annos ipsos sedecim ei sacerdotio summa pietate, ac religione praefuit. Post, longo satis interuallo, à Gregorio XIII. Pontifice verè Maximo, & bonorum omnium parente optimo, Tarraconensis Archiepiscopus renunciatus, hanc Ecclesiam ad extremum vsque spiritum Praesul quartus & tricesimus, sancte innocenterq; administrauit: vixitque iucunde in hac vrbe propter Antiquitatis Rom. impressa vestigia, Theatrum, Circum, Titulos, Nummos, & Inscriptiones; quibus referta vrbs est, vt & moenia omnia Romanè loqui videantur. Romanorum enim hic portus nobilis, haec statio, huc cursus fuit: eratq; citerioris olim Hispaniae caput Tarraco, quae pars vlteriorem, Baeticam nimirum & Lusitaniam, magnitudine longe superabat. Haec illa* Tarraco *est, iam inde à veterum Scipionum temporibus clara vrbs, cum populus Romanus cum Carthaginensibus de Imperio totius Hispaniae vitaq; contenderet, vt de Graecis Polybius, prudentissimus scriptor, de Latinis, Liuius memoriae prodiderunt. C. item Plinius maior, Scipionum decus appellare non dubitat. Sed institutum vrgeamus, quando ad extremum vsque vitae actum, fabulaeque catastrophen, tristem illam quidem, sed in qua sunt omnia, peruenimus. Obijt enim Augustinus, naturaeque concessit, sibi quidem suo tempore (dici enim non potest, quam corporis his compagibus cum Paulo solui optaret) Reip. vero, Ecclesiaeq; Dei laboranti, nobisque nimis praeproperè. Aetatis quidem septuagesimo abijt è vita. Cum autem domicilium Romae* Antonius *haberet, Pontificiarum causarum Iudex aequissimus, & quasi rerum ac fortunarum suarum sedem ibi, si arbitratu suo perpetuo viuere licuisset, collocasset; horis subsecìuis, quibus à negotiis publicis laxamenti aliquid dabatur, ad corporis animique relaxationem, cum eruditissimis hominibus, qui domum eius assiduè discendi gratia frequentabant, Octauio Panagatho, Gabriele Faerno, Basilio Zancho, Onuphrio Panuinio, Pyrrho Ligorio, Paullo Manutio, Aldi F. Carolo Sigonio, Latino Latinio, Fuluio Vrsino, Matello item Sequano, qui xj. ipsos annos in illius contubernio iucundissimè vixit: ceterisque domi suae, quae illis oraculum, verius Delphico, esse videbatur, de vrbis Romae Antiquitatibus, Inscriptionibus, Nomismatis, rerum gestarum memoria, & Scriptoribus antiquis Graecis, atque Latinis, omnique adeo Philologia & interioribus litteris, libenter differebat, & instar apis vndique decerpebat, quibus Spartam, quod aiunt, illustraret suam. Hoc otium M. Varronem, & Festum Pompeium illustrauit, alijsque vt legi & intelligi possint, & calamistris inurerent ij, qui maiori & otio abundabant & subsidio, in manus tradidit. Nullum denique acroama iucundius, quam huiusmodi litteratissimorum virorum in exedra consessum, atque coronam; nullum Senatum praestantiorem sibi videri dicebat. Merito itaq; à nostri saeculi prudentibus* Augustinus *(vt apud M. Tullium, Q. Mucius Scaeuuola) Iurisperitorum eloquentissimus, & Eloquentium Iuris-peritissimus, publicis in scholis (fremant licet omnes aemuli & indocti homines) honoris gratia nominatur. Magna vero & paene incredibilis in eo ad extremum vsque spiritum memoria, (quae est Iurisconsultorum propria,) semper viguit, aucta assiduis lucubrationibus, discendique cupiditate: qua vna re veterum videatur concessisse nemini: vt quantum aetate mala vires magis minuebantur, eo animus in-dies magis magisque crescebat doctrina; & hebetata oculorum acie, animus verum cernebat acutius. Vt autem adolescens* Ius ciuile *egregiè & illustrauit Augustinus, & aliis viam, quam insisterent, monstrauit, muniuitque; sic matura iam aetate atque iudicio,* Ius *quoque* Pontificium *eadem animi alacritate, vt sacerdotem, Episcopum, atque adeo Christianum Iurisconsultum decebat, accuratè sibi recensendum emendandumque putauit. Adhaec, ex quo Tridentino Concilio domum reuertit, Concilia Oecumenica quattuor (quae B. Gregorius Pont. Max. quattuor Euangeliis subiungere & aequare non dubitauit,) collectis in Italia ex omnibus Bibliothecis exemplaribus Graecis, Graecè edere cogitabat. Quod ea* Canonum *collectio, eo magis indigere hac lucubratione videretur, quo infeliciori nata erat saeculo, ex compilationibus* Burchardi Wormaciensis Episc. Iuonis Carnotensis, Deus-dedit Cardin. Anselmi Lucensis & Gratiani *monachi: qui & ipsi, ex sanctorum Patrum Ecclesiae Catholicae scriptis, hinc inde sententias in classes redigere, & ad capita reuocare conati sunt: quemadmodum*

ante

Tacit. lib. I. Annal.

Plutarchus in Sertorio.

Ionae I.

Liuius li. LI & LVII.

CIↃ.IↃ.LXXVI

Polyb. lib. I. Liuius lib. XXVIII. Plin. lib. III. cap. 3.

An. CIↃ.IↃ. LXXXVI.

Basil. Zanchus Praefat. in Notat. Biblicas

antè ex infinitis propè veterum Prudentum responsis, Tribonianus *I.C. Iustiniani Imp. iussu, Pandectarum volumen collegerat, exstinctis veterum, unde tabulas illas naufragij desumpserat, libris. Sed cum vtrique à librariis temporumq; iniuria male accepti sint, melior tamen Gratiani conditio fuit, quod eius fontes integri exstent, Pandectarum vero maximam partem perierint, exceptis nuper in Gallia repertis Caij, & Vlpiani Institutionibus, Fragmentisque Legum. Iuliani item Antecessoris Constitutiones, & Theodosianus Codex, in partem iuuant: iuuant & Graeci, qui Romanorum Leges Graecè exscripserunt, Theophilus, Harmenopulus, & βασιλικὰ quae vocantur. Sacro vero Iuri illustrando, post duos Antonios Gallos, Democharem, & Contium, qui in Gratiani Collectaneis elaborarunt, Ilerdae* Collectiones antiquas *integras* Anselmi Lucensis, *vt dixi, foras dedit, opus rarum & vtile. Quadraginta ad haec dialogis* de Gratiani emendatione *disseruit. Ea vero tempestate commodum, optimus Pontifex Gregorius XIII. qui & ipse iuuenis Bononiae suae Iuris Antecessor fuerat; supplicibus praeterea libellis rogatu Michaelis Thomasij; (qui Ilerdensis Episcopus, magno sui relicto desiderio, vita decessit) de sacrorum Canonum Gratiani collectione ad fontes exigenda restituendaq; negotium, & doctis hominibus Romae, in his Petro Ciacconio, homini vt doctissimo, sic ad antiquos Scriptores instaurandos bono publico tanquam de caelo delapso, & Academiis omnibus de derat; perfectumque est tandem aliquando, vt nunc minus turbide riuuli illi decurrant, multas tamen vt Antonio spicas legendas his ipsis duobus libris reliquisse videantur. Nec his contentus, ad artem redigere (quod in Iure Ciuili M. Tullius aliquando cogitarat,) coepit* Antonius *Ius sacrum nimis diffusè, nec satis via & ordine traditum: edita nuper* Epitome Iuris Pontificij veteris, *ad artem Methodumque reuocata ea parte quae* de personis *est: altera enim* de rebus ipsis, *& tertia* de Actionibus atque Iudicijs, *quo ordine Iustinianus Imp. Institutiones edendas curauit, ex aduersariis, Alexandri Peretti Cardinalis Montalti auspicijs, lucem tandem Romae aspexerunt, verendum alioqui erat ne parentis immaturo interitu, partus ille aut postumus, nec satis politus exiret: aut, quod Deus ne siuerit, perpetuo delitesceret. Quam enim partem Veneris Apel-* Cicero III. Officiorũ. *les inchoatam reliquit, nemo pictor est inuentus, qui absoluere auderet.*

Quanta in eo Praesule integritas? nihil vt gratiae, ne in proximis quidem agnatis, vnquam tribuerit? Tros Tyriusque illi nullo discrimine habitus. Quanta temperantia in victu cultuque corporis; quanta comitas, & morum facilitas! quanta grauitati coniuncta humanitas; quanta in rebus maximis, ac difficillimis aggrediendis gerendisque animi excellentia; ad exitumque perducendis constantia! quanta in iure dicundo aequitas! in prouidendo acumen! in omnibus denique rebus aequabilitas! Idem semper vultus siue aduersa, siue secunda inciderent; eadem frons, eademque mens. Nemo domesticorum viginti retro annis iratum vidit, adeo domitas perturbationes animi habebat. Castitas vero tanta, vt feminam nunquam credatur attigisse: cum libris enim vt fidis sodalibus assiduè colloquens, otium, commerciumque matronarum deuitabat. Singularis vero illius, & praedicatione digna maximè semper exstitit in egenos beneficentia, ac liberalitas; quos & audiebat ipse libentissimè stipem postulantes, & queritantes de iniuria potentiorum: Quare à congressu suo arceri prohibebat, quod CHRISTI *membra esse praedicaret, eiusque personam hic sustinere, se bonorum Ecclesiae dispensatorem esse dumtaxat.* Vtinam, *inquit,* sacris idoneus reperiar. Res haec, vt & vita haec vitalis, non mancupio, sed vsui tantum
a Actor. 7. datur à Principe illo Deo, in quo viuimus, [a] mouemur & sumus. Et subducenda aera ad as-
b Rom. 14. sem esse, extremo iudicij die, quo omnes [b] nos manifestari ante tribunal illius oportet. *Hi*
2. Corint. 5. *omnes illius quotidiani, hae cogitationes: hîc mens defixa, humana omnia, Principumque amicitias, quae donis aluntur augenturque, facile contemnebat. Calices itaque, & vasa argentea pignori opponi: libros etiam, (quos & optimos, & innumeros pecunia sua vndique collegerat, & tamquam mutos magistros auro cariores habebat,) alienare iubebat, si in annonae caritate pecunia deesset alendis pauperibus. Hac vero quae vera est, liberalitate (ne singula quae sunt innumera consectari videar) effectum est, vt tam*
Ado in Martyrol. 28. August. *inops à pecunia decesserit* Augustinus, *vt ei cum Diuo Augustino, (quem sedulo vt nomine, sic & re ipsa vitaque exprimebat) vix suppeteret sumptus, quo efferri honestè posset.* Thesaurizabat nimi-
Matth. 6. rum in caelo, vbi nec fur, nec tinea, damnum opibus adferre possunt. *Auctoritate denique tanta valuit, Iustitiaeque fama, de quo & alterum exemplum habemus, vt etiam aduentus sui nuncio exspectationeq; praedones agri Tarraconensis omnes terruerit fugaritque. Quis enim antea vicus satis tutus ab illorum iniuria videbatur? quis non ager grassantium sicariorum insolentiam formidauit? quis quaeso iter faciebat, qui non se in latronum fore potestatem timeret? Hic Antonius, vt alter Hercules, monstrorum domitor, Augiae stabulum perpurgauit, agrum lolio & zizaniis, oram omnem monstris liberauit. Vt enim Sol tenebras radiis suis discutit, sic aduentu suo agrum latrociniis infamem pacauit. Alij captiui latrones adducti, vinctis post terga manibus, alij verò eius se potestati dediderunt: poenas plerique more maiorum dederunt. Pro Deum immortalem, tanta-ne vnius hominis, & quidem togati, in studijsq; educati incredibilis virtus, famaque Iustitiae & seueritatis, tantam tam breui tempore lucem tranquillitatemque Reip. adferre potuit? Eat nunc Pompeius, qui suam in bellis conficiendis celeritatem summam iactabat, quòd intra quinquagesimum diem bellum piraticum cum Cilicibus praedonibus & graue & periculosum confecerat. Cedat huic* Antonio, *quantum arma togae, & laurea laudi Ciceronis concessit. Noster enim citius agrum Tarraconensem latrociniis, furtis, rapinis, stuprisque infestum purgauit, ignominiaeque nota exemit. Ignoscebat, qui deliquisset prudens, nemini, ne quidem si nobilis, si proximus cognatus is esset: ne & quid ipse tale posthac committeret, & ceteri essent ad iniuriam tardiores, à flagitijsque exemplo deterriti, abstinerent. Ratus quod res est, non posse alios in officio continere eum, qui se*

ipse non

ipse non contineat ab auaritiae sordibus, & cupiditate: neque seuerum esse iudicem in alios posse, qui sibi non imperet, nec animi perturbationes domitas habeat, neque alios in se seueros esse iudices velit. Erat adhaec, quando & id ad auctoritatem conciliandam pertinet, summa in eo corporis dignitas, statura procera, egregia corporis membrorumque habitudo: robusta ad extremam aetatem valetudo ac firmitas, incessus grauis, in aspectu grauitas comitati coniuncta, in sermone lepor concinnaque breuitas. Iocis etiam vrbanis interdum & salibus vtebatur, sed cum litteratis hominibus. Ocelli perexigui, & flaua coma; hebetata, vt fit assiduis lucubrationibus, oculorum acies: vitreis itaque perpetuo vsus est. Denique in toto corpore ea dignitas eluxit, quam imperio dignam Euripides iudicauit. Te igitur postremum appellabo, Antistes optime, iis verbis quibus M. Varronem tuum, togatorum doctissimum M. Tullius olim affatus est: & D. Isidorum Braulius patriae tuae Episcopus: quos tu singulares viros vnus hac aetate repraesentabas. Tui nos libri in orbe & vrbe peregrinantes errantesque tanquam hospites, quasi domum deduxerunt, vt possimus aliquando, qui, & vbi essemus, agnoscere. Tu aetatem Patriae, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum munera, tu domesticam publicamque disciplinam, tu sedem regionum, & locorum, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti: plurimumque doctis hominibus omninoque Latinis litteris luminis attulisti, & Iuri cum Diuino, tum Ciuili facem praetulisti. *Maxima in illo, vt dixi cognitio Antiquitatis, summa scientia Iuris antiqui,* Legumq; Romanarum, & Familiarum: *multae in eo, vt Romae natus videretur, litterae, & elegantia sermonis Latini. Ciceronem etiam senex legebat assiduè, vt eloquentiae principem. Iuris vero tanta in eo accuratio, vt veterum aliquis, praestantissimorumque Prudentum, Paulus, Vlpianus, aut Papinianus ab inferis extitisse, ac reuixisse, vel animam ex Pythagorae sententia recepisse illorum videretur. Quanta porro Historiarum, antiquarumque rerum Graeciae & Italiae explicata cognitio!* Ius Pontificium & Ciuile *ita illustrauit: hoc adolescens: senex illud: vt principem illum Iurisconsultorum, nostrique aeui florem delibatum, vno ore gentes omnes praedicent.*

Cicero in Academicis Quaest. Braulius Praef. Etymol. Isidori.

Ioannes Teresius Dertusanus Episcopus designatus, Tarracone commodum iter habens, peropportunè Antonio *in morte, postrema illa officia exhibuit, Ecclesiaeq; Catholicae matris nostrae Sacramenta illi contulit omnia, quibus iuuari morituri more maiorum solent. Ille vero, vt spero & opto, in beatorum sedibus, vbi summa felicitas est, Dei Opt. Max. aspectu assiduè perfruitur: quem quidem nunc tantum* videmus in speculo & aenigmate, illic autem facie ad faciem, sicuti est, *videbimus.* 1. Cor. 13.

PET. IOANNES NVNNESIVS VALENTINVS
ORATOR, ET PHILOSOPHVS
hoc illi amicitiae ergo
EPITAPHIVM COMPOSVIT.

DEO OPT. MAX.

SS. EVCHARISTIAE. S.

ANT. AVGVSTINVS ANT. PROCANC. F. CAESARAVG. PALATI APOST. AVDITOR.
EPISC. ALLIFAN. PAVLI IIII. AD PHILIPP. ET FERD. REGG. LEGAT.
SICILIAE CENSOR. ILERD. EPISC.
MAX. PLAVSV TRID. CONC. INTERFVIT.
INDE AD TARRAC. ARCHIEP. TRANSLATVS.
IVRIS ET HVMANITATIS VINDEX CLARISSIM.
IVDEX INCORRVPTISSIM.
ELEEMOS. LARGIT. EXCELLENS.
ORACVLVM SAPIENTIAE TERRESTRE
EDITIS AVREIS LIBB. ATQ. EDENDIS RELICTIS.
HOC SACELLVM SS. EVCHARISTIAE. P. C.
CHRISTVM AC S. THECLAM TVTELAREM
EXASSE HEREDES FACIENS.

OBIIT PRID. KAL. IVN.
AN. M.D.XXCVI. AET. LXIX.

LIBRI AB ANTONIO AVGVSTINO
ARCHIEPISC. TARRACONENSI
partim conscripti, partim illustrati.

I. *Quibus Humanitatis studia illustrauit.*

IN M. Terentium Varronem de Lingua Latina Emendationum Notae.
In Sex. Pompeium Festum Notae.
Familiae Roman. XXXII. cum Fuluij Vrsini Familijs.
Historicorum Latinorum veterum Fragmenta cum Fuluij Vrsini Notis in Historicos antiquos.
Dialogi vndecim, Nomismatum Graecorum, Roman. & Hispan. Antiquitatum item & Inscriptionum veterum Hispano sermone scripti. Bis Italicè ijdem redditi, Latinè nunc demum ab And. Schotto Soc. IESV Sacerdote, in eius contubernio.
Epistola ad Hieronymum Blancam, de Caesaraugustanae patriae communis Episcopis, atque Concilijs, cum Fastis Aragonensium eiusdem Blancae edita.

II. *Quibus Ius Ciuile illustrauit.*

Emendationum & opinionum Iuris Ciuilis libri IIII. & ad Modestinum, siue de Excusationibus liber singularis: & ad Laelium Taurellum I.C. de Militijs Epistola.
De legibus & Senatus Consultis Rom.
De Proprijs nominibus Pandectarum, Ilerdae.
Nouellarum Iuliani Antecessoris Epitome, cum Notis: & Constitutiones Graecè, eodem Augustino interprete.

III. *Quibus Ius Canonicum, resque sacras exornauit.*

Anselmi Lucensis Antiquae Collectiones Decretalium, cum eruditis Notis.
Canones Poenitentiales, cum Notis eiusdem.
Dialogorum XI. De Emendatione Gratiani, lib. duo.
Constitutiones Prouinciales, item & Synodales Tarraconensium.
EPITOME Iuris Pontificij veteris in tres partes, de personis, de rebus, & de Iudicijs, Romae.

IN ANT. AVGVSTINI NOMISMATVM
DIALOGOS ROMAE ITALICE EDITOS
à Dionysio Octauiano Sada

FRANC. BENCIVS DE SOCIETATE IESV.

Quo mihi tot procerum effigies, tot condita priscis
Aere, auro, argento signa videre notis?
Haerebam dubius varia sub imagine, nec qui
Dictaret cupido nomina notor erat.
Nunc tua me ANTONI *discentem pagina firmat,*
Ignotum penitus quae nihil esse facit.
Gratia magna Tibi, studiis qui nobilis otij
Illustras veterum saecula, nostra iuuas.

VINCENTIVS MARINERIVS VALENTINVS
AD AND. SCHOTTVM SOC. IESV.

Εἰ νέφεος ἐστι μέγας, τοῦ νὺξ πολὺ μείζων,
Ἐκ Σκότου φέγγος ἠελίου τε φάος.
Εἰ σκότος ἔσχε νέφος Σκόττος μὲν φέγγεα Μουσῶν.
Φοῖβος ἔχει Σκόττον, μὴ σκότον αὐτὸς ἔχων.

IVDICIA

IVDICIA ET ELOGIA DOCTORVM hominum & Iurisconsultorum

DE ANT. AVGVSTINO IVRISCONSVLTO ARCHIEPISC. TARRACONENSI.

IOANNES MENOCHIVS Iurisconsultus insignis lib. Possess. recuperandae remedio 15. nu. 5590.

ANTONIVS AVGVSTINVS, *Iuris nostri verus alter instaurator: quandoquidem sua illa assidua, & indefessa diligentia, plura restituerit vetustate collapsa, quae maximum alioqui nostris negotium faciebant.*

PET. VICTORIVS lib. VIII. Variar. lect. Cap. XXIIII.

ANT. AVGVSTINVS *in suis Emendationum & Opinionum eruditissimis libris, miro studio curaque ab ipso confectis.*

HADRIANVS TVRNEBVS lib. XXXIII. Aduers. Cap. XVII.

ANT. AVGVSTINVS *vir & eruditissimus, & optimè de literis elegantioribus meritus,* VARRONIS *verò vindex, assertor, patronusque vnicus habendus: imò verò eius potius Aesculapius existimandus.*

IOSEPHVS SCALIGER IVL. CAES. F. Praefat in Varronem.

Non ignoro quantus vir sit AVGVSTINVS, *quam sanè eruditissimum ex suis scriptis expertus sum: & scio longè felicius eum potuisse tractare hoc negotium, si voluisset.*

PAVLVS MANVTIVS, ET ALDVS F. *eruditissimum virum* saepe appellant. Ille in Cic. lib. v. ad Famil. Epist. XIX.

Omitto Car. Sigonij, Gabr. Faerni, & Fuluij Vrsini in Notis Cic. & passim iudicia. Onuphrij item Panuinij, qui in Romae *descriptione pleraq;* ANT. AVGVSTINO *accepta esse referenda ait.*

AND. PATRICIVS, POLONVS, ET CARD. SIGONIVS in Frag. Ciceronis, Orat. in Toga candida.

Auctoritas sanè eruditissimi Antistitis, ANT. AVGVSTINI *Ilerdae Episcopi, penitus eam opinionem exemit: qui, vt in posterioribus suis Scholiis adnotauit Sigonius, pro* auunculus *legit acutissima nimis coniectura,* à te Baculus.

STEPHANVS PIGHIVS in Annotat. ad Cap. 7. lib. 2. Val. Maximi.

Vir nostro saeculo summus ANT. AVGVSTINVS.

Idem PIGHIVS Annalium Rom. seu Fastorum Tomo III. ad annum vrb. cond. DCCCXXI.

Passim in exemplaribus cum Suetonij, tum Corn. Taciti mendosè Iunius *pro* Vinius *legitur, & nuper animaduersum est ab Antiquitatis studiosae peritissimis, Ant. Augustino & Benedicto Aegio, è saxi Tiburtini vetusto titulo, in quo legitur:* SER. GALBA II. T. VINIO COS.

ONVPHRIVS PANVINIVS in ciuitate Romana, seu de Reip. Romanae Commentariis, in extremo.

ANT. AVGVSTINI EPISC. *tunc* ALLIFANI *in primis opera & consilio cum in toto opere tum praecipuè in secundo & tertio libro, vbi de* Tribubus, Colonijs, Municipijs, *& eorundem iure disputaui, multum adiutus sum. Nihil enim paene de his rebus scripsi, quod non cum eo contulerim: qui incredibili humanitate de his omnibus rebus, de quibus dubitabam & acutissimè respondit, & grauissimè disputauit: ita vt illi vni non minus quam mihi hunc laborem acceptum referre Antiquitatis studiosi debeant.*

BASILIVS ZANCHVS
CANONICVS ORDINIS LATERANENSIS

NOTATIONVM IN BIBLIA ILLI INSCRIPTARVM PROOEMIO.



A potissimum de causa Tibi inscripsi, vt quantum in me est, summam obseruantiam erga Te meam non his solum, qui nunc sunt, sed futuris omnibus, ad quos mea scripta peruentura sunt, perpetuò declarem; Ad Te, inquam, mea mitto, virum excellenti virtute, & litteraturâ cumulatè, atque insigniter ornatum: Quae quidem ambae inter se immortali quodam atque indissolubili vinculo copulatae, Te ad istum clarissimi muneris gradum, quo tot annos in Pontificio palatio Auditor summa cum omnium laudatione atque approbatione perfungeris, euexerunt. Cui Tu tantum splendoris attulisti, quantum honestissimae familiae Tuae, quae per se semper praeclara fuit, quantum illustri patriae Hispaniae, quantum huic omnium terrarum primariae ac florentissimae vrbi ROMAE, quae Te propemodum alumno gloriari potest, laudis atque ornamenti attulisti. *Et post:* Praesertim cum fax ista Tuae Virtutis, ac gloriae sese iam altius exerat, atque, vt iam videre videmur, lucidissimum splendorem longe lateque diffundat. Neque vero mihi verendum est, vt in Te laudando assentationis suspicionem notam-ve incurram. Etenim quanta in Te vitae integritas, omniumque bonorum morum sanctissima disciplina? quanta praecipuè benignitas, atque beneficentia elucet, quae in caussis, controuersiisque audiendis, examinandis, iustè sapienterque disceptandis, ac dijudicandis patientia, diligentia, incorrupta atque inuiolata Iustitia? Quae vero hominem bene litteratum, quique sensa sua cum alijs non sine laude communicare possit, efficiunt, ea summa in te studiorum assiduitas quotidiana, ingenij celeritas, atque suauitas; litterae multae, eaeque reconditae, atque interiores: &, quod caput est, iudicij acrimonia in scriptoribus eligendis, aestimandis, intelligendis, ex diuersorum locorum, atque exemplarium collatione castigandis: tum quantum vnicuique in vnaquaque subiecta materia tribuendum sit: quis infimo, quis medio, quis supremo ordine collocandus; quis perpetuo bonus Latinitatis auctor, quis in sententiarum acumine, ac grauitate rerum plurimarum notitia atque intelligentia, verborum electione, ac numerosa collocatione magni faciendus sit. Nam quid ego de tuis scriptis ac sempiternis monumentis commemorem? Quae inuentionis, ac totius dispositionis accurata subtilitas, quae sententiarum granditas, atque frequentia? Quam multiplici varietate rerum cognitione, dignissimarum distincta, elucubrata, referta oratio? Qui verborum nitor, atque ornatus, qui sonus numerosè atque appositè cadens? vt denique bene-Latinè, ornatè, distinctè, dilucidè, scienter, atque accommodatè, à Te omnia explicantur? vt iure optimo in Te illo elogio vti possimus: ANTONIVS AVGVSTINVS *Iuris-peritorum eloquentissimus, & eloquentium Iuris-peritissimus.*

ANTONII

AVGVSTINI

ARCHIEPISC. TARRACON.

DE VETERVM NOMISMATVM ANTIQVITATE DIALOGI XI.

Nunc demum Latinitate donati ab ANDREA SCHOTTO *Antverpiano Societatis* IESV.

Dialogus Primus.

PERSONAE. 
A. Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus.
B. Rodericus Zapata, ſororis Archiepiſcopi filius.
C. Ioannes Auguſtinus, Antonij Archiepiſcopi frater.

Quid Nomiſmata: & an Monetae ſint annumeranda; deque fructibus quinque ex iis capiendis:

1. *A Pictoribus, ſculptoribus, ac Monetariis.*
2. *Vt Imperatorum Vett. cognoſcantur effigies.*
3. *Vt Vrbium, aedium, fluminum:*
4. *Vt Virtutum, Deorumque.*
5. *Vt Orthographia ediſcatur.*

B. 
STVDEO, ampliſſime Domine, Nomiſmata tua, ceteraque Antiquitatis monumenta, ſi modo tantum abs re tua otij eſt, inſpicere; eaq; horis ſubſeciuis, quaeq; ex hoc ſtudio vtilitas dimanet, diligenter cognoſcere. Eadē quoq; cupiditas comitem hunc inceſſit, pro quo ipſe reſpondeo: quod inter nos nuper-admodum, vt id abs te peteremus, conuenerit. A. Equidem non reprehendo ſtudiū veſtrū, praeſertim ſi haec concurrant vniuerſa. Ceteroquin *Nomiſmata* & Antiquitatis monumenta inſpicere duntaxat, nec cognoſcere ea accuratè velle, hominum eſt curioſorum atque otioſorum, & paenè dixerim vanorum. Tametſi ſunt in hoc genere, quae diuerſam ab ea, quae propoſita eſt, vtilitatem adferunt. Chemia enim, verbi gratia, licet quò collineat, non aſſequatur, hoc tamen commodi apportat, quod aquas fornacibus decoqui doceat. Sic & ipſe multos videre memini, qui incredibili ſtudio veterum Monumentorum ducti, magnos ſumptus in ijs comparandis facerent, nec intelligerent tamen. Illud vero percommodè accidebat, eò contemplandi cauſa homines eruditos conuenire frequenter ſolere, quòd tamquam in penu, magna apud eos Antiquitatis copia eſſet recondita, quam docti viri, anguſtiâ rei familiaris, parare non poſſent. B. Ne idem tibi vſu-veniret, cauiſti tu quidem diligenter, quòd magnum iam inde à puero in omni Antiquitate cognoſcenda ſtudium poſueris, multaque collegeris, omnia in numerato habens. Quare ex te harum rerum tam intelligente aueo ſingula audire. A. Vellem verè id dici poſſet. Sed, vt quod res eſt dicā, plura

ſunt quae non aſſequor; nec à me plenè cognoſcuntur, quamuis ſtudiosè ea inueſtigarim: & cũ pleriſq; quibus abundat Italia, eruditiſſimis hominibus ea de re ſaepe diſſeruerim, omneſq; Vrbis Romae Antiquitates diligenter inſpexerim: verũ grauiorib. negotijs impeditus vnus cum eſſem è Duodecim-viris Romae Sacri Palatij Apoſt. litium iudicandarum, & alijs in negotijs occupatus; vix ſatis otij huic ſtudio ſuppeditare potui, vt verear ne ei, quam ſuſtineo, intelligentiae omnis Antiquitatis opinioni non reſpondere queam. B. De his, quæ tu modica modeſtè nimis vocas, partem aliquam decidi velim, quæ nobis tanquam in tenebris verſantibus, lumen praeferat, denſamque ab oculis ignorantiae caliginem diſpellat. Equidem vix plura (fatebor enim) quam qui iam primis labijs litteras guſtare coepit, intelligo. Sed ne in his tempus teram, ſi modo eſt otium, & ſi vis, ſtudeo primum ex te audire, cur *Medallias* vulgo vocent lingua Italica, Hiſpanica, & Gallica, quaeq; earum vis & natura ſit, & quae hinc redeat vtilitas: poſt, pace tua, reliqua, quae nos fugiunt, ſciſcitaturus. A. Quod à Latina, tanquam ab vberrimo fonte linguae illac fluxerint, veri mihi quidem ſimile eſt, nomen illud formatum ab ea Voce *Metalla*: tametſi non eadem vtrique notio eſt. Verum quòd earum materia fere ex his metallis *Auro, Argento, Aere* conſtet, ab ea *Medalliae* nomen veteribus Nummis à noſtris hominibus inditum. B. Idem-ne *νόμισμα* vel *Nomiſma*, Graecè, Latineque loquentibus, quod nobis Medallia? A. Illud latius patere exiſtimo, vt & Latinis *Nummum*, & *Monetam*: quòd licet in Monetis, olim Medalliae numerarentur, cum nummi erant, pretijſque vt hodie, in coëmendo vendendoque pecunia ſeruiebat, nunc tamen Nomiſmata, quae vſu valeant, eſſe deſierint. B. Atqui aliter in veteri Iuris-prudentia cenſuit Pomponius I.C. *Nomiſmatum*, inquit, *aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti ſolent, vſus-fructus legari poteſt.* A. Erras. Adiecta enim vox *veterum* nodum omnem diſſoluit. conſtat namque monetam veterem eſſe. B. Horatius Flaccus alicubi *Nomiſma* vocat monetam Philippi Regis Macedoniae eius, qui Alexandri Magni parens fuit:

Pompon. cap. 28. de Vſufruct.

Lib. 2. Epiſt. 1. v. 234.

Rettulit acceptos, regale Nomiſma, Philippos.

Quod meo quidem ſenſu tanquam de Medallis (vtar enim tua venia propter ſermonis Latini inopiam hac voce) intelligi nihil vetat. A. Non infitior id quidem, verius tamen de certo monetae & pecuniae genere. Nam & *Nomiſmatis* etymon apud Ariſtotelem lib. v.* Ethicorum ad Nicomachum à lege, quae Graecis *νόμος*, argumento eſt pro quauis moneta accipi, & noua & vetere, quae in emptionibus venditionibusque ſoluitur, vi legis, qua nummi valent. Horatij vero carmen de nomiſmate, quod Alexander Magnus Choerilo Poëtae pro paucis verſibus bonis appendit, de veteribus nomiſmatis intelligi non poteſt, cùm Philippi Regis filius Alexander fuerit. B. Alibi vero & Vlpianus Iuriſconſultus, quantum memini, cenſuit, Si quis aurum argentumue monetae inſtar ſignatum legauerit, Philippos item & nomiſmata contineri. A. Verba Vlpiani recita. B. *Si autem aurum vel argentum ſignatum legatum eſt; id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod eius aliqua forma eſt expreſſum, veluti quæ Philippi ſunt, itemque Nomiſmata & ſimilia.* A. Ex his verbis effici videtur Nomiſmata vetera, *Philippos*, vt & cetera in monetis numeranda, itemq; aurum, vel argentum ſignatum, & Nomiſmata. B. Quoniam in Codice Iuſtinianeo *de veteris Nomiſmatis poteſtate* Titulus exſtat, rectène de Medallis explicabitur? A. Rectè quidem, ſi, vt diximus, haec in vetere moneta numerentur: quamuis non retrò commeant: Non enim quaeuis moneta vetus Medalla nominatur, ſed ea tantum, qua, vt Pompon. I.C. ait, pro gemmis vti ſolent: vt nec ea Nomiſmata, quib. pileos, galeros, aut galeas milites exornare ſolẽt, licet Medalliae appellentur in vulgus, Moneta vocanda eſt. C. Cupio & ipſe, niſi moleſtum id tibi, vetera-ne iſthaec Nomiſmata olim Graecorum ac Romanorũ, aliarum-ve gentium

** Cap. 5.*

Vlp. cap. 27. The. 4. de auro & argento leg. Vide Briſſonium libr. 1. Selectar. Antiquit. ca. 18.

A tium monetae fuerint, cognoſcere. A. Non deſunt qui id negent, propterea
quod incredibile illis videatur Numiſmata quaedā affabrè adeò efficta vulgi mani-
bus trita fuiſſe; ea praeſertim, quae hodieq; magni fiunt apud Italos, harum rerum
peritos exiſtimatores: vt ſunt aerea quaedam, maioris notae: in quorum auerſā
parte ſigna multa viſuntur, aerugine ſplendentia, tanquam ſandarache, quae vulgo
Verniz, atri, viridisve coloris: qualia ſunt Neronis nonnulla, vel Hadriani Impp. à
ſummis, vt apparet, artificibus ſculpta: quae idcirco minoris olim aeſtimata, quam
aurea vel argentea, minoris ponderis, credere iidem abnuunt, quòd illis haec cum
aereis comparata vileſcant; cum tamen Pomponij I.C. aetate, qui Hadriani illius
Imperatoris aequalis fuit, Nomiſmata aurea, & argentea gemmarum loco ſint aeſti-
B mata: De aereis verò nulla mentio exſiſtat, in eo quod attulimus, Legis capite. C.
Sed quid erant, obſecro, Nomiſmata; & cui Vſui, niſi monetae, aut quae moneta
alia à Nomiſmatis valuit? A. Affirmant, qui contra diſputant, vt hodie nummo-
rum alij monetae loco ſunt, quae cuſa circumfertur, vſuque valet: Alij vero con-
flata Nomiſmata ſunt, quae Legatis Principum oblata, vel in vulgus ſparguntur in
coronatione Pontificis Maximi, aut Imperatoris: ſic & olim duo Monetarum ge-
nera fuiſſe. Ex praeſtantioribus Nomiſmatis dona largitioneſque conſtabant, &
quae *Miſsilia* Romani vocabant, & inter gemmas reſque ſacras collocabant: Vi-
liores vero Nummi, inquiunt, Monetae vicem praebebant, vt ij qui hodie in aedi-
bus Monetariorum cuduntur. Equidem quantum memoria teneo, niſi quae mo-
C netae vſum ſpeciemque haberēt Nomiſmata nulla videre memini, praeter id vnum
aeris in cuius parte altera lauri ramus ſignatus, in auerſa vero duae armillae & tor-
ques, quam duo angues efficiunt, hoc elogio: IO. IO. TRIVMP. qua inſcriptio-
ne cuſum eſſe, vt triumphi tempore in vulgus ſpargeretur, facile adducor vt credam:
His enim vocibus militum triumphantis currum ſequentium, immo & vulgi ac-
clamatio conſtabat; vt hodie Romae recens creato Pontifici Maximo, *Viuat Paulus,
vel Gregorius Papa*, acclamatur. C. Nomiſma iſtud videre optarem. Sed ecquid
hae litterae ſignificant? A. IO. IO TRIVMPHE ſeu *triumpe*, vt antiquiores
illi, aſpirationem fugientes efferebant; ſic IO *Bacche* in Orgijs Bacchi, IO *Paean*
in Apollinis feſtis acclamari ſolet. Denique ab hac IO Interiectione, vt vocant,
D *Jubilare & Iubilum* quidam deriuant, niſi potius ab Hebraeorum *Iubileo* conformata
vox eſt. C. Lauri quidem ramis in triumphis vſos in vulgus notum: cetera, ama-
bo, quae hic conſpicio ſigna, ecquid demonſtrant? A. Nimirum triumphandi
morem. Vt enim triumphantis currum milites corollis laureis redimiti, & lauri
etiam ramos praeferentes ſequebantur, ſic vt fortiſſimi quique & praeſtantiſſimi
virtutis ergo, re praeclare geſta, armillas & torques aureas dono conſecuti eas geſta-
bant in pompa, publicaque illa celebritate atque frequentia. Armillae, manuum
monilia. Torques vero catenae aureae collo appenſae. Ab hac, quam hoſti detraxe-
rat, T. Manlius *Torquati* cognomen, poſterique eius adepti. C. Suppetuntne alia
rationum momenta, cur in monetis numeranda Nomiſmata videantur? A. Sup-
E petunt ſane quamplurima, vt hae litterae ſingulae S.C. quae in aereis nummis Ro-
manorum, & in argenteis nonnullis leguntur ex S.C. quae *Senatus-conſulti* aucto-
ritate cuſos ſignificant, idque ad Senatum pertinuiſſe ex Polybio colligo. In argen- *Polyb. lib.* VI.
teis quibuſdam Ex. A.P. obſeruaui, hoc eſt ex Argento Publico. Clarius vero in
alijs haec legitur: AS. TRESSIS. OBOAOC: ACCAPIA TRIA. SACRA
MONETA AVGVSTI NOSTRI. Et voce ſingulari MONETA. In alijs
imagines Deae Monetae cum bilance. Saepe tres matronae, quibus triplex Monetae
ſpecies deſignatur, metallorū *Auri Argenti & Aeris*. Quibus autem id munus incum-
bebat *Monetales* dicti, vel *Treuiri Monetales Auro, Argento, Aere flando, feriundo*. Vnde
manauit haec inſcriptio in plurimis Nummis III. VIR. In alijs ſingulares hae lit-

terae A.A.A.F.F.quae sic legendae, vt dixi, fidem secutus Valerij Probi aliorumq. A
* Epist. 13. l.7. ad Fam. Qua de re Epistola elegans * circũfertur Petri Bembi Cardinalis, qua hunc Ciceronis locum accurate explanauit: *Treuiros vites censeo; audio Capitales esse: mallem Auro, Argento, Aere essent.* Illud tamen prætermisit, eundem M. Tullium vsum hac voce *Monetalis* in Epistolis † ad Atticum. Adhæc Pomponius I.C. de officio eorum, & appellatione in Pandectis Tit. *De origine iuris,* * agit.
† Epist. 13. l. 10. ad Attic.
* L. 2. Initiũ D. de Orig. Iuris.
Moneta vero eadem, qua hodie vtimur, subiecta notione veteres vsos fuisse didici ex illo Martialis versu lib.I. Epigram.

Et centum dominos nouae Monetae.

Et item altero libri vltimi, cum hoc Epigrammatis titulo: *Loculi eburnei.*

Hos, nisi de flaua loculos implere moneta,
Non decet, argentum vilia ligna ferant. B

Flauam nimirum *monetam* in hoc Epigrammate vocat à colore eam quae aurea pecunia est, vt in altero monetam Imperatorum, quos *dominos nouae monetae* appellat, imaginibus signatam. In quo illud est obseruandum, arculis eam ligneis, vel eburneis seruari solere, quas *thecas, arcas,* vel *loculos* appellabant. B. Commodùm mihi in memoriam reuocas eiusdem Celtiberi Poëtae & alium versum lib. XII.

An de moneta Caesaris decem flauos?

Quod itidem de aureis Nummis decem Imperat. specie notatis exaudiendum. Ad *loculos* quod attinet, obseruare memini eos alteri Poëtae *sacculos* esse:

—— *Nam tui Catulli*
Plenus sacculus est aranearum. C

A. Rectè tu quidem: quin & fiscellis, & sportulis vsos ex Cicerone clarum, & Asconio Paediano in Verrinas. B. Si, vt ais, *Tresuiri monetales,* cur quaeso, in plerisque nummis veteribus praesertim Hispanicis *II. vir* non *III. vir*: in alijs *IIII. vir* legitur? A. Fuluius Vrsinus sentit tantum in C. Iulij Caesaris Dictatura cusos argenteos eos, qui *IIII. vir.* præferant: alias semper *III. viri monetales* exstiterunt. Quae vero Numismata *II. vir* habent, ea Coloniarum sunt, & Municipiorum extra vrbem Romam, nec *Monetales,* sed Duumuiri, qui eo anno Coloniam, Municipium-ve cum imperio regebant, designantur. B. Exstat-ne in Nummis nota illa H-S, passim in Cicerone obuia, quae *sestertium,* quae est Denarij quarta pars, significat? D
A. Denarij nota ferè est X. Quinarij seu Victoriati v. Sestertius vero his signis HS. exprimitur, quae signa, & in Nomismatis apparent. In promptu vero causa est. *Denarius* enim initio decem assibus pendebat: *Quinarius* quinque, *Sestertius* vero duobus cum dimidio, seu, vt Latini vocant, semisse: Hoc enim hae litterae H-S loquuntur. nam, qui sic depingunt H-S, rem obscurant. Quamqnam nonnulli Denarij notam X transuersa virgula pinxerunt, licet in Sestertio H-S pro IIS. *Victoriati* dicti, auctore Plinio, quod victoriae signum praeferrent: vt *Bigati,* vel *Quadrigati* dicti denarij qui bigas, vel quadrigas, hoc est, currus bijugis, vel quadrijugis equis ostendunt: & *Ratiti asses,* ratibus insigniti. B. Videor legisse denarios, non decem tantum, aliquando sedecim assibus constitisse, & quidem, si recte memini, in tuis libris Emendationum Iuris ad legem vltimam Cod. *de donationibus*; Quae cum ita sint cedo, cur non X. notam in XVI. mutauit. A. Non infitior id quidem; omnia post esse commutata, & XVI. notam in Denarijs, vt VIII. in Quinarijs aliquando videre memini; at in Sestertijs IIII. nunquam. nec illam notarum varietatem diu durasse, sed veteres notas statim reuocatas existimo. Vt Bononiae, exempli gratia, ex campano horologij tinnitu horae audiri consueuerant XXIIII. molestissimum porro negotium erat crebra illa decimaeoctauae horae, vndeuicesimae, vicesimae, & ceterarum inter numerandum prolatio. Sex igitur duntaxat horas in posterum sonare statuerunt. Si qui vero hebetiores essent, in eorum gratiam, E

Plinius lib. 33. cap. 3.
Lib. 2. Emẽdat. cap. 7. Iust. Lipsius lib. 1. Elect. cap. 2.

manu

A manu per certum hominem ad aes admota, horas cursu numero-ve non interrupto pulsari. Annis tamen aliquot elapsis, vsu & consuetudine aurium hoc praetermissum est; satis iam omnibus intelligentibus primae pulsu, vel primam, vel septimam, vel tertiamdecimam, vel vndeuicesimam horam significari. B. Expressáne alia signa, vt in argenteis, ita & in aereis nummis conspiciuntur? A. In alijs I. littera vel L. quae libram significat, aut assem, in quibusdā S. pro semisse, hoc est, media libra, sex vncijs. In alijs quatuor puncta vel orbes pro quatuor vncijs, quae Trientem efficiunt. Sunt quae tribus punctis tres vncias, quae quadrantem constituunt, designent, qua mercede in balneis olim lauabant, & *Quadrantal* dicebatur. Vidi & binis punctis duarum vnciarum, quibus sextans constat, signatos. Sunt id genus signorum complura, quibus vel pondus, vel pretium monetae notatur. Ex quibus omnibus efficitur necessario, nomismata partim argentea, partim aerea, Romanis monetae loco fuisse. Notarum vero, quibus insigniri solent, diligens Interpres exstat Volusius Metianus, libro *de Asse*. Praeter notarum haec signa, exstat & in plerisque vrbis *Romae* nomen, & in quibusdam *Iani bifrontis* imago, & in auersa parte nauis prora. Qua nota iam inde à Regibus veteres Romanorum nummos insigniri solitos litterarum monumentis proditum accepimus. B. Exstant-ne antiqui ponderis numismata, quae *Aeris grauis* dicebantur? A. Extant nonnulli libriles nummi magni ponderis, qui in loculis gestari non poterant, sed arcis, vel saccis, & curribus: vt auctor est T. Liuius. Quales & penes me nonnullos asseruari deprehendas. Visuntur & alia signa monetis indita. Qualia sunt pugiones duo, cum pileo, à M. Bruto edita, extraque vrbem Romam, vt apparet, signata hoc elogio: EID. MART. diem tempusque designans, quo cum ceteris coniuratis tribus & viginti vulneribus Caesarem confodit. Ceterum vetus scribendi ea ratio est EIDVS, pro quo vulgo IDVS. B. Quid pileus, libertatemne significat, quam his pugionibus Marcus & Decimus Bruti constituerunt? A. Opinor sane. Porro Capricorni natalis sui signo Augustum Caesarem delectatum auctor est Suetonius, vt & nummis publicandum curarit. Quod genus nummos reperies cum aereos, tum argenteos, & maxime insignem ex aere Corinthio, duobus Capricornis, mundique globo, & quernea corona insignitum cum hoc elogio: OB. CIVES. SER. vel SERVATOS. Equidē Tiberium Caesarem ab Augusti excessu hos edidisse opinor. Verum argentei aliquot exstant, Capricorni signo, ipso adhuc superstite in vulgus editi. Refert adhaec idem Tranquillus, Neronem Caesarem fidibus canere frequenter solitum, vt & citharoedi nomen affectarit, eoque habitu nummos, amentiae suae testes, signandos curarit. Quales etiam nunc reperiuntur affabrè facti. B. Qui haec, luce meridiana clariora, infitiari audet, eum ego quiduis negare ausurum affirmo, imo & Euangelio fidem derogaturum, quod CHRISTO oblatam monetam refert Caesaris, siue Augusti, siue Tiberij imagine ac titulo inscriptam. Quae res argumento sit, ceterorum etiam Impp. imagines monetam omnem praetulisse. A. Sanè, qui Constitutionum Titulos Codicum Theodosij, & Iustiniani Impp. *De falsa moneta; &, si quis solidi circulum exteriorem inciderit, &, de veteris numismatis potestate*, diligenter inspexerit, discet priscos illos Imperatores imagine ac specie sua notasse monetam. Et vero simul imperij summam adepti erant, prima haec cura fuit nummos sua, mox coniugum, denique & liberorum effigie insignire. Quod vt Romanorum Nomismatis verum esse docui, ita & Hebraeorum siclo, Graecorumq; drachmis, didrachmis, & tetradrachmis confirmari facile potest. Exstant apud Iulium Pollucem in Onomastico ad Commodum Imp. variarum gentium nomismata, quae variis signis drachmas notant: qualia in hunc vsque diem Graeca pleraque visuntur in *Magna Graecia & Sicilia* Hub. Goltzij, teruntur que Antiquariorum manibus. Tu, ne quis

Liu. lib. 4. extremo.
Dion lib. 47.
Festus, & in fin. Dial. IX. Ang. Polit. Miscell. c. 70. ex Dionis lib. 47.
Math. 22. 20.

dubitandi posthac locus relinquatur, nummum inspice cum noctua aue, quam Athenienses cum Pallade religiosè coluerunt, primisque litteris quibus vrbis A- A
thenarum nomen scribitur. Vetus quoque Graecorum Colonia in Africam deducta, quae Cyrene dicebatur, vnde Romam, atque in ipsam vsque Graeciam *Laserpicium*, quod Graeci *Silphium* vocant, deferebatur. Aristoteles sane de Cyrenensium Rep. Silphij nota monetam signasse auctor est, si modo Aristophanis Scholiastae fides habenda. Quod genus nomismata ostendere quamplurima possem, quae herbae huius nostris hominibus incognitae formam repraesentant. Hinc recte doctissimus Poëtarum Catullus:

Interpres Aristoph. in Pluto, & in Equitibus. Plautus in Rudente Cyrenis acta. Inf. Dial. vi.

Quam magnus numerus Libyssae arenae
Laserpiciferis iacet Cyrenis,
Oraclum Iouis inter aestuosi, B
Et Batti veteris Sacrum sepulcrum.

Idem Tarentinorum nummis probari potest, in quibus Taras Neptuni filius Delphino inuectus conspicitur. Alijsque innumeris, de quibus alias † erit dicendi locus.

† Inf. Dial. v.

De Vtilitatib. è Nummorũ studio capiendis.

Ceterum Silphij iniecta mentio aurem mihi vellit, monetq; vt alteri quaestionis tuae parti respondeam, de vtilitatis, quae ex Nomismatum studio capitur, fructu vberrimo. Illud in primis apud omnes constitutum est; pictores, sculptores, aurifabros, ceterosque id genus artifices, praecipue vero eos, qui aut Monetam ipsi

I. feriunt, aut feriundam curant, magna in omnem partem ex veterum nomismatis vtilitatem capere posse, & solere. Quod hae artes mirifice degenerarint à pristina illa C
elegantia, vt, vel me tacente, quiuis non omnino hebes inspectis operibus retro annis ab hinc centum elaboratis, deprehendet. Apertissime vero ex omnibus omnium aetatum Nomismatis iam inde ab Alexandro Magno: quo regnante in Graecia, & Asia hae artes ad summum perductae viguerunt, vsque ad Gallienum Imperatorem; qua tempestate simul cum Imperio ceciderunt. Circumferuntur tamen nummi omnium fere Imperatorum Rom. in Iustinianum vsque, sed in quibus veterem illam elegantiam, artificiumque desideres. Nam quae ab ipsa Iustiniani aetate conflata reperiuntur, adeo inepta sunt, vt artis nitoris, atque elegantiae vix vola, vt aiunt, atque vestigium appareat. Hunnis, Vandalis, Alanis, Gothis, & Longobardis, qui in magna Europae parte imperarunt acceptum id plerique referunt. D
At vero iam tum artes iacêre coeperant, ab ipsis lutulentis & inquinatissimis pedibus porro conculcatae, atque oppressae, paeneque exstinctae fuere. Quamquam non defuere ea tempestate praestantissima ingenia, hominésq; litterarum studiosi, qui si in felicius saeculum incidissent, maiori haud-dubiè in pretio haberentur. Ceterum in antiquis, vt dixi, nummis, magna exstant perfectae picturae signa, ad viuum delineatis hominibus, rebusque tam affabre ad viuam imaginem expressis, vt suprà nihil possit; quaedam etiam nomismata sic leuiter exstantia, vt in auro argentóve pustulato, alia altius exurgentia reperiantur, & quaquauersum, vt non in plano impressa signa ac tabulae, sed integrè sculptae statuae esse videantur. Sunt & alia artis perfectae documenta, quae non nisi à summis artificibus cognita, tam accuratè expressa vulgo teruntur, vaeneuntque, vt aegrè à veris discerni queant. E

Adulterini veterũ Nummi.

B. Optarim sane hoc discrimen nosse verorum atq; adulterinorum Nomismatum, ne quid posthac errans fallar, iacturamque pecuniae in coëmendo faciam; quod & dici solet, pro lepore felem. Quamquam non admodum molestè feram, si id genus expressos aemulatione quadam nummos consequar, certus exstare alicubi archetypa: quod legi à rudibus nobis possint commodius, prae rancidis illis, exesis, ac vetustate iam consumptis, vsuque attritis litteris. A. At, mihi crede, vix reperias tam accurate effictos, nihil vt discrepent: quemadmodum pictores, & antiquarij plerique, qui Nomismatum imagines ediderunt, dum plus operae studijq; in deli-

A in delineando egregie, quam summa fide repraesentando, peſ ierint, non raro nos fefellerunt. C. Quid ita obsecro, cum exemplar quod exprimerent, propositum esset? A. Pauci profecto exemplar secuti sunt. Plerique editas aliorum imagines referunt. Nec defuere, qui arbitratu suo commenti sint nusquam gentium extantes: quales videre memini patris, matrísque Iulij Caesaris. In alijs falsi tituli, elogiáque inscripta leguntur. Nonnulli certam Imperatoris effigiem temerè alteri tribuunt, additis fictis inscriptionibus. Sunt & aliae aberrandi causae, quòd rudes Antiquitatis titulos Nomismatum legant, non intelligant, fingant, falso narrent, resque peruertant. B. Cedo, si modo est otium, qua tandem nota adulterinos à veris distinguere, déque editis iudicare queam. A. De adulterinis erit, cum disseram copiosius. Nam & horum nummorum acerui in officinis reperiuntur. *In fine Dial. XI.* *Dial. XI.*

B De editorum vero Nomismatum Imaginibus mendosis, quòd sint innumerae, dicturũ me alias copiosius non ausim, nisi extremo Dialogo, polliceri. Illud monuisse sat sit, recens expressis non temere esse fidendum, minus vero editis, delineatísque. Sed (vt à diuerticulo redeam ad eum, qui ex † Nomismatum studio capitur, fructum vberrimum) nón contemnendus & hic; Regum, Imperatorum, Ducum, ceterorúmque praestantium virorum domi, militiaéque illustrium multis retro saeculis cultum, gestum, ornamentáque eorum, & effigies posse internoscere. Vt enim Historiarum lectio earum rerum, quae, antequam nasceremur contigerint, mirifice recreat, & semper scire cupimus omnes, qualis fuerit aliquis, sic & viuas illustrium virorum imagines intueri iuuat. Nec est, credo, ab omni humanitate quisquam tam alienus, quem non Regis, vel parentis, vel amici imago delectet. Vt quo expressa melius, eo inspecta afficit magis; sic boni, imagine rebúsq; bonorum, atq; honestorum virorum, fortes fortium; sapientes sapientium, mirifice delectantur. *† II. Vtilitas Nomismatũ.* *Salluſt. initio Iugurth.* *Plin. lib. 35. cap. 2.*

C Plerique etiam naturae quodam ductu, Virtutem, qua carent, in alijs, etiam in hoste, suspiciunt; quaeque eorum sint omnia, tametsi ijsdem vestigijs non insistant, admirantur. B. Bene narras, & placerent magis, quae dicis, si modo Christianorum, Principum tantum sapientum, doctorum hominum, aut eorum saltem, qui res praeclarè gesserunt, Nomismata exstarent. Verum cur *Neronis, Caligulae, atque Elagabali,* ceterorúmque id genus, quos monstra verius, quam homines dixeris, tanti Nomismata aestimemus? quorum animae aeternis inferorum ignibus cruciantur, poenásque meritas delictorum luunt, & nondum mortali corpore exuti,

D omnibus se flagitijs contaminarunt; in tantos se errorum, turpitudinis atque infamiae laqueos induerunt, damno publico vitam transigentes, non vrbi tantum Romae, sed & orbi vniuerso, & mortalium generi perniciosi. A. Equidem non infitior in tanto Nomismatum cumulo flagitiosorum id genus hominum, vel, vt vere ais, monstrorum potius complures exstare imagines: sed & feras raras monstráque depicta videre interdum iuuat, quo de infra dicendum videbatur. Ex veterum nummis & illud discitur, qua forma Crocodilus, qua Hippopotamus, pingi debeat; qua specie Sphinx praedita, qua Rhinoceros, denique qua figura Scyllam, atq; Charybdim, Chimaeram, Sirenas, Pegasum, atque id genus innumerabilia veteres

E depingere solebant. Sic & Neronis improbitate, qui *Petrum, & Paulum* Sanctos, primósque Euangelicae veritatis praecones tyrannide quadam, crudeli morte multauit, omnes commoti, imaginem illius vt ferae, vel monstri alicuius inspicere interdum optamus. In quo & illud commodi, huius ceterorumq; similium Tyrannorum commemoratione de vita turpiter transacta, atque huic non dissimili excessu, memoriam refricare; admonere etiam omnes, vt quammaxime dissimiles illis esse studeant: Deóque Opt. Max. gratias agant, quòd in tam infelicia tempora non inciderint; Principésque nobis pios, ac Christianos praefecerit. Adhaec, qui Augusti Caesaris imaginem nummis caelatam viderit, meminerítque CHRISTVM,

eo imperante, nasci, hominem induta carne voluisse: cui *Augusti* nomen in Euan- A
Lucae 2. 1. gelio legitur, legeturque in omnem aeternitatem, non potest non vehementer ista inspectione tam iucunda affici, vosque & ego in primis, cum quod Cesaraugustanam Ciuitatem patriam nostram fundauerit noménque indiderit, tum quod gentis
†Ioã. Gerundensis in Paralip. Hisp. nostrae Augustinorum nomen attingere videatur. B. Sed quid habes de Augusti Caesaris Edicto, Tarraracone, vt referũt,† euulgato, ac de veteri lapidis nuper hic reperti Inscriptione *Caij Valerij Augustini*. A. Lapidis inscriptionem mox in horto huius domus inspicere licebit. Quae de Edicto illo Caesariano vùlgò feruntur,
Luc. 3. 1. Act. 11. 28. & 18. 2. 1. Mach. 1. & 6. & 10. incerta sunt. Ceterum *Tiberij, & Clauaij* Impp. nomina quoque in Euangelica historia leguntur: quorum illo Tiberioque imperante CHRISTVS Saluator noster praedicauit, mortémque obijt. In Machabaeorum historia mentio est Ale- B
xandri Magni, Demetrij, Antigoni, Ptolemaei, aliorúmque Regum Syriae, Asiae, atque Aegypti, quorum etiam praeclarè gesta narrantur. Horum plerique in nummis ad viuum expressi circumferuntur, quibus eorum facta confirmantur, vel, vt melius dicam, conformantur. Quid? gentis nostrae Hispanicae Imperatores, puta *Traianum, Hadrianum, & Theodosium*, eorúmque stirpem intuens Hispanus, nonne mirificè recreabitur? Nemo est, credo, tam ab omni humanitate alienus, quin patriam ac natale solum, ciuésque suos adamet; quin horum Imperatorum facta ad caelum laudibus ferat; quin illustrium Hispanorum domi militiaeque praeclare gesta extollat: quorum vtinam omnium signa effigiésque haberemus. Quod & de Constantino Imperatore, eiusque matre Sancta Helena dictum videri volo, vt & C
de ceteris Catholicis Principibus, quorum imagines Nomismatis expressae in pretio habendae, atque adeo tamquam pignora, & monumenta relicta sunt aestimandae. B. Exstant-ne Constantini nummi, addito *Crucis* signo, quae cum Romam versus contra Maxentium exercitum duxit in caelo apparuit, hoc ferè, quod in Ecclesiastica legitur historia, elogio: IN HOC SIGNO VINCES? A. Constantini nullum huiusmodi videre memini, sed Constantij filij hac inscriptione: HOC. SIGNO. VICTOR. ERIS. Ceterum in auersa nummi parte Imperator ipse conspicitur, manu signa militaria, vexillumque gestans, & ponè *Victoria* est, coronam capiti Imperatoris imponens. Porro vexillum seu labarum quadratum est, duabus his litteris inscriptum ☧: quae in CHRISTI nomine primae sunt: du- D
rántque hodie non solum apud Hispanos, sed & toto terrarum orbe haec notarum compendia IHS. XPS. iam inde ab origine nascentis Ecclesiae Graecae ad nostram vsque aetatem tamquam per manus tradita consuetudine. Nam templorum
Cyrillus Hierosol. post Catechesim. portis hae notae appinguntur Α ☧ ω Inquibusdam etiam signis X litterae decussatim scriptae, S, subijcitur. Quae de cruce in caelis conspecta, déque labaro cum
*Li. 1. & Eccles. Histor. li. IX. ca. IX. Sozom. lib. 1. ca. IV. Baron. Card. in Annalib. Eccles. ea nota ☧ confecto in vita Constantini *Eusebius, séque ex Constantio Constantini filio, cuius is, vt dixi, nummus est, audiuisse affirmat. Adhaec Magnentij & aliorum Imperatorum Nomismata eadem specie insignita reperias, & in quibusdam alijs sola Crux inspicitur.
† Scholion Octauiani Sadae. † [*Mirum cur dicat audiuisse à Constantio, non à Constantino eius patre. nam cum Euse-* E
bius ea de re pluribus ageret lib. 1. de vita Constantini cap. 22. ab ipsomet audiuisse se, & iuramento praedictam historiam affirmare narrat.] B. Emoriar, si vnquam audiui libentius huiusmodi Antiquitatis monumenta, ac pietatis vestigia in nummis hactenus
Apoc. 1. 8. esse conseruata. Sed cur quaeso, hae singulae Α & ω adduntur? A. Sancti Ioannis in Apocalypsi auctoritate: *Ego sum Alpha & Omega; principium & finis*. Quae prima postremáque littera est Alphabeti Graeci. B. Memini non ita pridem le-
Ambr. Moralis in Annal. Hispan. gere me in quodam libro Arianos hoc signũ sepulcris indidisse, litteras tamẽ singulas Α & ω de industria omisisse. A. Equidem fabulam puto, dum certiora non adferantur. Eadem nota pectori Imperatorum quorundam impressa visitur; vt in

alijs

A alijs nummis, in quibus Labarum exstat hastaéque, quae vocantur signa cohortium, & refert Ioan. Curopalata in vita extrema Ioannis Zimiscae Imp. ad annum CHRISTI nongentesimum septuagesimum; hunc Imperatorem primum CHRISTI imagine monetam signasse, addito hôc elogio: IHS. XPS. REX REGNANTIVM: [*Imo antiquior longe vsus pingendi* CHRISTVM *Dominũ in throno regio sedentẽ, eodem titulo:* IHC. XOC REX REGNANTIVM *ex illo Apocal. Ioannis:* Rex Regum, & Dominus Dominantiũ: c.17.14.& 19.16.& 1. Tim. 6.15. *In nummis Christianorum Caesarum aureis vt FL. Iustiniani Caesaris, anno Christi 576. imperantis: vt notat Octauius Strada de vitis Impp. Rom. pag. 265. item Adolphus Occo pag. 583. ad Chr. ann. 527. Rursum Strada p. 272. in Heraclij Constantij IV. nomismate. Quin &* B *Diuae Virginis imago throno sedentis visitur in Heracleona Caesare anno Christi 616. Ibidẽ Strada p. 273.*] Quandoq; Graecos titulos idẽ indidit, Latinis tamen characteribus, BASILEVS BASILEON. Complures id genus nummos reperias. Sed vt rudi admodum saeculo à rudibus sculptos facile deprehendas. CHRISTI imago est vmbilico tenus depicta, tiara, vmbonis instar cum signo crucis capiti imposita, qua forma fere in templis Christianorum hodieque conspicitur. Librum clausum manu gestat, significans, quantum conijcio, librum illum clausum, de quo Beatus Ioannes in Apocalypsi scribit. B. Mihi quidem in mentem nunquam venerat tantum vtilitatis ex Nomismatum studio capi posse. Habeo igitur beneficio tuo, quod respondeam ijs, qui id tanquam rerum gentiliũ studium omnisque commodi expers vituperant. Verumenimuero perge, amabo, & reliquas vtilitates, praeter eas, quae ex artificij praestantia a i pictores, sculptoresq; C redeunt, recensere. A. Minima haec esse dixeris, si cum auersae Nummorum partis imaginibus contuleris, in quibus infinita cum acutè inuenta atque ingeniosè excogitata, tum praeclarè expressa, & ob oculos posita, curiosorum animos pascunt; magnámque Antiquitatis cognitionem suppeditant. Cernas hic celeberrimas prouincias, vrbes, flumina; aedium partim sacrarum, partim priuatarum substructiones, columnas, arcus, forum Traiani, villã publicam, viam Traiani, Rostra, vrbis Romae suggestum, Puteal Libonis, Portum Ostiae, forsitan & Anconae, aliáque innumera magna arte exsculpta. Huc accedunt virtutum omnium simulacra, ac matronarum, quae illas comitantur: puta *Nobilitas, Honor,* & nouem *Musarum* chorus, *Deorum* adhaec *Dearumq;* veterum, tam ij qui in vulgus D noti, quam ignoti; *Harpocrates* nimirum, *Isis, Onocephalus, Alagabalus, Diana Ephesia, Venus Paphia,* ac cetera. Discunt hic Antiquitatis curiosi obseruantq; quid sistrum, quid crotalum, quae sacrorum instrumenta, armorúmque varia genera; in his Parazonium, Ancilia, gaesa, deniq; vestimentorũ, cum sacrorum, tum profanorum innumeras species, habitusque. Praeterea scribendi ratio, quam *Orthographiam* litteratores appellant, nusquam certius quam ex nummis petitur, nominum praesertim propriorum, ciuium Romanorum, Latinarúmq; vocum. Nomismatum quoque titulis illustres pleraeque Romanorum Familiae reuocatae, vt Fuluius Vrsinus amicus noster docet. B. Equidem non putarim tantum mo- E menti positum in auersa nummorum parte; & Tu sane paucis verbis multa complexus conuasare & sarcinas colligere mihi videris, quasi nauem cum tuis Nomismatibus conscensurus; tam multa paucis, & generatim perstrinxisti. Ego vero omnia singulatim cupio cognoscere, &, si per Te licet, singulos etiam Nummos inspicere volo. A. Ne dubita igitur, vt apud M. Tullium in Oratore, suadet Scaeuola, rogare Dominum vt proferat, quae recondita sunt, nobísque singilatim spectanda proponat. Sed priusquam ad opus accingamur, ne excidat memoriâ, Nomismatum genera in varias species exterarum gentium, vnde ad nos allata, diuersarumque linguarum diduci. Alia enim quae Romanae Reip. Latina sunt; alia

Apoc. 5. 1.

III. Nomismatum vtilitas, de qua in Dial. III. & IIII.

IIII. Vtilitas, Virtutum, Deorumq; imagines, de quibus Dial. II.

V. Orthographia.

Li. 1. de Orat.

vero Coloniarum ac Municipiorum Italiae, Galliae, & Hiſpaniae, itidem Latina: quaedam Graecè ſunt inſcripta: eaque locorum, Italiae, Galliae, Hiſpaniae, Siciliae; pleraque vero Achaiae, Peloponneſi, Thraciae, Macedoniae, finitimarumque inſularum. Alia ſunt Aſiae Nomiſmata, quaedam etiam Africana, vt Cyrenarum. Peregrini vero idiomatis nummi exſtant Carthaginenſium: Exſtant & Siciliae Punicis characteribus notati. Reperiuntur & Iudaeae, ac Syriae, ſuis litteris inſcripti. Quin & Italici viſuntur ignotis characteribus inſigniti, linguae fortaſſis Oſcae, vel Etruſcae. Hiſpanicos quoque videre memini, qui veteris atq; obſoletae iam linguae veſtigia praeferrent. C. Exſtant-ne Gothica Nomiſmata? A. Credo equidem, ſed quae Gothorum Regum Italiae, & Hiſpaniae legi poſſunt, ea Latinis litteris nomina inſcripta habent: dempto aureo, quem mihi Aluarus Gomezius Toleto Graecarum doctor litterarum miſit. Quamuis enim Latinas litteras aliquot praeferat, legi, aut ſaltem intelligi non poteſt. B. Arabicine vlli reperiuntur? A. Ipſe aliquot penes me ſeruo, hinc Arabicis, altera ex parte Graecis characteribus notatos: ſuntque à Chriſtianis in Sicilia facti, vnde eos accepi: quoſdam etiam ibi repperi, vt & in Hiſpania, integrè Arabicos: de quorum Antiquitate nihil habeo quod dicam. Sed hoc hodiernae diei penſum ſit. De auerſa enim Nomiſmatum parte erit, cum differere licebit copioſius. B. Equidem tantam nobis hic rerum copiam oblatam ſenſi, animoque percepi, vt plurium dierum ſtudium impendendum eſſe videatur.

DIALOGO II. CONTENTA.

VIRTVTVM, SOCIARVMQVE SYLLABVS.

Virtvs.
Pietas.
AEternitas.
Religio.
Fides.
Concordia.
Pax.
Spes.
Iuſtitia, AEquitas.
Clementia & Moderatio.
Conſtantia.
Securitas & Tranquillitas.
Victoria; & Victoria naualis.
Prouidentia.
Felicitas.
Fortuna. Fortuna redux.
Abundantia, & Vbertas.
Liberalitas.
Munificentia.
Indulgentia.
Annona.
Moneta.
Salus.
Laetitia.
Hilaritas.
Iuuentas.
Pudicitia.
Fecunditas.
Nobilitas.
Honos.
Libertas.

Παρέργως obſeruata.

Siclvs *Hebraeorum.*
De auerſa nummorum parte.
Parazonium quid.
Ritus ſacrorum.
Filij parentes per Aetnae flammam deferentes.
Mercurius cur cum caduceo & virga?
Dextrae implicatae Fidei ſymbolum.
Cornu-copiae cur flores & vomerem teneat.
Irenae pacis, & Auguſtae nomen.
Imago Spei *quae?*
Bilanx Iuſtitiae typus.
Cur alata Victoria *& coronata.*
Trophaea de hoſtibus poſita.
Ludorum Graeciae celebritas.
Triumphi ſplendor.
Columnae & Coronae roſtratae.
Coronarum varia genera.
Virga & Lituus quid?
Felix, *ſine diphthongo ſcrib.*
Peripateticorum de Fortvna *Sententia.*
Lapides milliarium in via indices, & quomodo inſcripti.
Congiarium quid, & vnde.
Cybele Dea quomodo picta.
Crotali forma.
Digamma Aeolicum quid.
Teſſerarum veterum forma ac tituli.
Ivno moneta.
III. Viri Monetales A.A.A.F.F.
Toga praetextata & pura.
Veſtes Romanorum quo colore.
Palladion, qua forma.
Toga & Tunica quid differant.
Sinus in ſtatuis Romanorum qualis.
Pileus, libertatis inſigne.
Vtilitas Virtutum Nomiſmatis depictarum.

ANTO-

ANTONII AVGVSTINI V. C.

DE VETERVM NOMISMATVM ANTIQVITATE

DIALOGVS II.

De Virtutibus ac Dijs gentium in Nomismatis, earumq́ utilitate.

A [1] PRIVSQVAM de auersa Nummorum parte agas, & inuolucra heri ostensa aperias abaci vestri, scire aueo, veré-ne illud dicatur, ostendi Romae denarium vnum de triginta, quibus Iudas CHRISTVM Dominum vendidit ac prodidit, & cuiusmodi denarius sit. A. Illud certum. In templo S. Crucis in Ierusalem, vbi plurimae, si vsquã alibi gentium, reliquiae exhibentur, vt S. Crucis, qua redempti sumus, titulus nummusque asseruatur, pondere ac valore duplicis hodie denarij, quem Regalem vulgo nominamus. Quem vidimus ipsi, & expressum inde asseruo. B. Placet quod narras. A. Verumenimvero non ille cusus nummus est Hierosolymis, nec in Iudaea, nedum in Syria. B. Quid narras? A. Dicam; Quandoquidem Graecae litterae sunt, cusum arguunt in Rhodo insula, quae Graecis ΡΟΔΙοΝ. Vltima

B littera ο paruo, vt antiquissimis illis temporibus pingere pro ο Graeci solebant. In altera parte facies est radijs vndique cincta, vt Solem demonstret; repraesentatq; Colossum, sic in Rhodo nominatum. Auersa vero parte flos spectatur, quem Rosam quidam opinantur, alij Heliotropion, nonnulli Rosolaccium interpretantur. Verum de hoc equidem certi nihil pronuncio. Est & alterum nomisma argenteum, & item aereum eiusdem insulae, eisdemque & characteribus & flore insigne. B. Posset-ne fieri Iudae proditori vario nummorum genere satisfactum esse, & in his etiam Rhodiensi nummo? A. Equidem non infitior, vero tamen simile magis est, Siclos illi persolutos fuisse, aliamue eius gentis monetam, praesertim quod de publico illi sit persolutum. B. Quod genus monetae, amabo te, *Siclus* est? A. Erat princeps hic nummus Hierosolymis, cuius imae parti vas impressum instar calicis, alteri vero flos triplex, circum circa prodigiosi lit-

C terarum characteres visuntur. Quantum ex homine perito colligere licuit, litterae sunt Samaritanorum, Rabbi quidam Gerundensis vnius latus interpretabatur significare, HIERVSALEM, CIVITAS SANCTA. Alterius vero sensum esse aiebat: *Siclus sanctuarij*. Flore vero virgam Aaronis florentem designari asserebat. Calice autem Manna repraesentari: quod cum virga illa ac decem praeceptorum Dei tabula in arca foederis, & adytis, quae *Sancta Sanctorum* dicta, asseruabantur. B. Sunt-ne ad manum huiusmodi Sicli? A. Vnum possideo argenteum, pondere quatuor drachmarum, similem ei, de quo B. Hieronymus in Ezechielis cap. 4. & Septuaginta Interpretes pro Siclo aut medio Siclo vertunt *Staterem*, aut *Tetradrachma*, aut *Didrachma*. Quanti in Euangelio didrachma valet, quod

Hieron. prologo in libros Regum.

Ad Hebr. 9. v.4.

Matth. 17. v. 26.

Lib. II. Emēd. cap. VIII.

quod à Christo exegerunt, & stater, quem Petrus in ore piscis repperit. B. Haec A eadem pridem mihi lecta in tuis Pandectarum Emendationibus. A. Alterum habeo exiguum nomisma aereum, iisdem & litteris, ac figuris, ac fortasse Obolus est, aliaue eius aeui pecunia. B. Redeamus, si videtur, ad institutam de auersa parte disputationem. Hic primo cognoscere libeat, vnde vox deriuata, quidue significet? A. Pars auersa, quam *Rouessam* Itali hodie vocant, à vertendo dicta, quòd facies primo atque effigies exhibeatur: dein pars altera sit. Latini melius *Auersum Nummum*, appellant. C. Reperitur-ne nummus, qui auersa careat parte? A. Reperiuntur quidem nummi, qui vtrimque effigiem praeferant, vt in quibusdam Neronis cernere licet vultu quidem eodem, & iisdem interdum titulis, interdum diuersis: Nonnumquam etiam effigies minime variant, inscriptio B tamen diuersa; vt in Bruti nummo, cui imprimitur *Brutus*: in auersa vero parte *Ahala*, significando originem duci à duobus re gesta paribus. Vna enim L. Bruti facies est, qui Tarquinios Roma exegit. Altera vero C. Seruilij Ahalae, qui Spurium Maelium tyrannidem regnumque Romae affectantem, interficiendum curauit. Tales & nummi, qui hinc Caesaris, illinc Augusti effigiem referunt, & hinc Ti. Claudium, illinc Agrippinam eius coniugem ac neptem. C. Sunt-ne nummi quidam qui facie careant, sed titulos, aut quid aliud praeferant? A. Sunt profectò Graecorum, aliarumque gentium, qualis Siclus supradictus, ac triumphi, quo de supra facta mentio est. Tarraconensis quoque, qui nummus hinc taurum impressũ exhibet, illinc vero arã, cum palma, his additis litteris C.V.T.T.

Dial. I.

Lib. VI. cap. IV. Instit. Orator.

B. Sed palma ac litterae singulares, quid quaeso significent, doce nos. A. Au- C ctor est M. Fabius Quintilianus in dictis Caesaris Augusti, enata palma in ara ipsi consecrata, misisse Tarraconenses Legatos, gratulatum Romam, quod victoriae omen esset, atque aeternitatis: quòd victoriae symbolum palma in ara exstitisset. *Apparet*, inquit, *quam saepe accendatis*. Intellexit nimirum Augustus, nasci herbam aut arboris ramos in ara, sacrificijs atque ignibus minime frequentari altaria, nec fumare admodum. Respondit itaque non videri suo admodum deuotos esse Numini Maiestatiq. quod arae suae innata palma conspiceretur. Nihilominus hoc symbolum nummis imprimere pergunt, & ab Augusti excessu cuderunt nummum inscriptum DEO AVGVSTO. In auersa autem parte his litteris AETERNITATIS AVGVSTAE * C.V.T.T. Pro his quatuor vltimis litteris, legi in quodã Nomismatum libro CVST. quasi CVSTODI, In alio autem libro AVGVSTAE D vocem interpretatam, de Liuia Augusta, omissis quatuor litteris illis singularibus, quibus *Tarraco* designatur. Templum quod hic plerumque spectatur, illud est cuius Corn. Tacitus meminit extremo lib. I. quod Tarraconensi Coloniae, rogantibus Hispanis permissum erat Imp. Augusto à morte aedificari. Quod idem alijs quoque gentibus ac prouincijs, si poscerent, permissum. B. Verum quatuor hae litterae, amabo, quid significant? A. Nomen & cognomen ciuitatis Tarraconensis, vt dicam, cũ ad eius Vrbis nomismata ventum erit. B. Promissi equidem huius tunc memor ero, sed ad auersa vt redeam, si effigie carent nummi, alterove signo, qui auersam cognoscemus partem? Dicemusne vtrimque E esse auersas partes, aut duas habere facies asseremus? A. Qui quaeso? si nullam faciem habent? aut quomodo duae erunt auersae partes, si nullam faciem habent? Dicemus igitur facie carere nummũ, hoc aut illo symbolo insignitum. C. Idemne est titulus, & auersa nummi pars? A. Minime vero. C. Quid igitur illud est, quod Augusti Caesaris nummum ostendunt cum anchora quam delphinus implicat, adscripto titulo FESTINA LENTE? A. Talem equidem nummum videre nunquã contigit: scio tamen dictum Augusti fuisse ΣΠΕΥΔΕ ΒΡΑΔΕΩΣ. nec illud me fugit Titum Vespasianum Aug. nummos cudisse cum anchora ac delphino,

**Colonia vetus togata Tarraco.*

Dial. VII. initio.

Sueton. in August.

A phino, causa tamen huius signi non addita, vt spectare in nummis licet. Aldus
Manutius Romanus, Erasmus Roter.* aut Aeneas Vicus Parmēsis aliiue fortasse
tales, Augusti nacti sunt nummos, quos mihi videre nondum contigit. C. Vi-
deor anchoram symbolum abs te vocari, estque in auersa parte huius nummi Ti-
ti Aug. Anchora igitur & symbolum est, & auersa nummi pars. A. Quemad-
modum non omnia symbola librorum Pauli Iouij, & Hieronymi Ruscelli, auer-
sae sunt nummi partes, sic nec omnes Nomismatum partes symbola sunt appella-
ta, verum quae in auersa nummorum parte spectantur, *Auersa* vocanda sunt, non
tamen in ijs nummis qui facie carent. C. Quae igitur apertè symbola in num-
mis vocabimus? A. Nimirum quae duas res significant. Alterum clarè, vt Ca-
pricornus, vt Cometes, vt anchora, vt clauus, similiaque: Alterum vero obscu-
B rè, vt cum Augustum per Capricornum accipimus: per Cometem Iulij Caesaris
animam: per anchoram Constanciam; per clauum nauis, Reipublicae administra-
tionem. C. Credo sic dicta Hieroglyphica, de quibus Horapollo scripsit, no-
straque memoria Ioannes Pierius Valerianus, homo doctissimus. A. In mul-
tis inuicem consentiunt. Negat Iouius symbola dici, si dicto careant: Alij vero
huic repugnant. In nummis fere nunquam symbola reperias, addito obscuro ti-
tulo, & sine ipso plurima, vt in ipsis Hieroglyphicis litterae aberant, quod illae
ipsae imagines litterarum praestabant vicem. Dicta verò symbolis addita in num-
mis, explicant ipsa symbola, verbi gratia: *Fides Publica*, duabus implicatis mani-
C bus declaratur, & sic de reliquis Virtutibus, aut plerumque Virtus suo nomine de-
monstratur. B. Quomodo autem VIRTVS in auersa nummorum parte pinge-
batur? A. De hac ceterisque Dijs Deabusque dicere in praesens non possum, ni-
si commodùm incidissem in pagellas olim in Italia hac de re à me notatas.

*In Adagio: Festina lente.

VIRTVS.

In nummis quibusdam Imperatorum spectatur instar Amazonis galeatae, cum
parazonio, hoc est, lato gladio, cui acies desit, itemque cum lancea, pede altero
galeam calcans, aut globum, cū alijs femineo habitu indutis, vt Domitiani num-
mi: aut Virili, idque variè: Interdum etiam nudi sunt, vt in Galbae nummo Mi-
D neruae non dissimilis; ac ROMAE Deae, nisi quod illa parazonio careat, haec ve-
ro dextera Victoriae signum paruum teneat: etsi in nonnullis Galbae, aliorumq;
Caesarum VIRTVS cum eodem Victoriae signo visitur, quo *Virtus* ipsa, quae ip-
sam tenet, designatur. In nummis alijs Cordi atq; Caleni geminae facies spectan-
tur, id est, VIRTVTIS armatae atque HONORIS, quae Latinis *Honos* dicitur, &
inermis pingitur. In auersa parte Italia spectatur, & Roma: Rursum in Vitellij
Nomismate *Virtutem* militari habitu videas, & *Honorem* muliebri forma adscri-
ptis litteris HONOS ET VIRTVS. In Alexandri nummis Imperator est, altera
manu orbem, altera hastam tenens, Virtute ac fortitudine mundum subiugari si-
gnificans. Apparet autem virili habitu Virtutem, aut mulieris armatae idcirco
E pingi solitam, quòd à viro, aut viribus, *Virtutis** nomen deriuet: masculam fingen-
do quod fortem esse, qui eam possideat, necesse sit. Ferunt quoque M. Marcel-
lum *Virtuti* † templū dedicare cum vellet, atq; *Honori*, augures intercessisse. Non
itaque duo templa aedificauit; sed vnicum, vt *Honoris* fanum ingredi posset nemo,
nisi per *Virtutis* templum; ostendens honorem adipisci neminem nisi prius virtu-
tis via graderetur. B. Ingeniosè excogitatum profectò: verum de Parazonio, ce-
do, vnde natus hic ensis, & cuspide cur summa caret? A. In Martiali * distichon,
nisi me fallit memoria, hoc reperias:

Militiae decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma tribunitium cingere digna latus.

* *Cic. Tuscul.* II.
† *Cicero* I. *de Nat. Deor. &* 2. *de Legib.*
T. Liuius lib. XXVII.
C. Plinius lib. 35. *cap.* 10.
Plutar. de Fortun. Rom.
M. Vitruuius lib. III. *Architect. &* VII.
Val. Max. lib. 2. *c.* I.
B. August. V. *de Ciuitate Dei cap.* XII. *& lib.* IV. *cap.* XXIV.
* *l.* XIV. *Epig.* 32.

Ex quo efficitur Tribunos militares, quos vulgo nunc *Capitaneos* nominamus, id A genus gladios gestasse sine cuspide, vt de Rege apum aculeo carere commemorant: quo docemur, eos qui praesunt, corrigere quidem oportere; non autem ijs qui parent minas intentare aut occidere. In nummis cernere interdum est inscriptum VIRTVS EXERCITVS: vt in vno Postumi Tyrãni, in quo miles armatus est, non tamen Virtutem designat. In altero Valentiniani Caesaris nummo, aut Theodosij, dextra videas signum tenere, quod *Labarum* vocatur: sinistra vero orbem terrae continet, sinistroq; pede mancipium calcat. In Manij Aquilij argenteo nummo Virtutis armatae caput visitur, his litteris adscriptis: VIRTVS. In altero Gordiani Hercules nudus: In auersa parte spectatur, adscriptumq; VIRTVTI AVGVSTI. Rursus in altero Maximiani aureo, Hercules similiter: in auersa est ceruum cornibus tenens, qui vnus est è duodecim illius laboribus; adscriptumque: B VIRTVS AVGG. pro *Augustorum*: Cui Imp. probè quadrat imago, quòd *Herculeum* se nominaret, vt eius adoptione pater Diocletianus *Iouius* dici voluit. Gordiano quoque *Herculis* effigies accommodata, quod esset è gente Antoniorum, qui originem ab Herculis filio deriuabant.

PIETAS.

Nunc de *Pietate* dicendum, cuius tantummodo caput video in Drusi quibusdam nummis, velo opertum, supraque ornamentum formâ diadematis. Feminas caput velare in templis praecipit Paulus. Romae sacerdotes caput velabant, C & Impp. sacrificaturi, quod & Nomismatá ostendunt & antiquorum picturae. Meminit & Maro, quod qui Troia fugissent sacrificantes cauebant, ne ab hostib. viderentur. Sic enim vates Aeneam hoc praecepto imbuit:

1. Cor. 11. 6.

AEn. III. v. 405.

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Ad quem locum Seruius, & in Numa Plutarchus, atque in Problematis. In argenteo Decimi Bruti nummo PIETAS cuditur capillata, absque diademate, nomine adscripto. In Caligulae autem, hinc spectatur *Pietas* sedens, dextra craterem seu patinam tenens, qua thura altaribus igni inspergere soliti. In auersa vero parte, templum erat cum sacrificio, his additis litteris: DIVO AVG. id est *Augusto*: In alijs nummis ara est, incensis ignibus: Ponè astat *Pietas*, precantis habi- D tu, tendens in caelum manus: Alibi vero non femina, sed sacerdos hac forma visitur. In quibusdam etiam femina arculam portans thure, credo, refertam. In alio praeter feminam cum capsula, ara est accensa, ex quo liquet clarius quid manibus gestans agat. Alibi manus extendit, vt solent Episcopi benedictionem impertientes. Interdum etiam propè astat puellus, quasi clericus ministrans, quos *Camillos* Romae nominabant. In quibusdam nummis instrumenta sunt sacrificiorum, quibus victima caedebatur, vt secespita, culter quo discindebatur; vt vasculum, quo sanguis excipiebatur; vt aspersorium aquae infundendae; quae omnia ad pietatem Deo debitam pertinebant. Alteri vero PIETATI, quam parentibus liberi debent, alijsque vt praeceptoribus. Q. Metellus Pius ciconiâ iuxta feminae faciem num- E mo cudebat, hac ipsa aue ostendens *Pietatis* eam esse * imaginem. B. Ideo fortasse quod iuniores ciconiae vetulas alant parentes. A. Ita est: Hinc & Graeci vno verbo ἀντιπελαργεῖν pro *rependere beneficium*, ac paria facere dicebãt: quod Latinis esset ad verbum, *Ciconiare*, si fas esset vocem cudere, vt Poëtis, quib. maior est indulta licentia. In Antonini Pij nummis femina spectatur brachijs vtrimque infantes amplexa, totidem etiam ad pedes astantes habens, (quae vocari posset *Caritas* apud Christianos) & altero etiam modo hic designatur. Notandum & illud quod in Sex. Pompei nummis cusum visitur, eius qui Cn. Pompeij Magni filius fuit; adscriptis hisce notis, MAG. PIVS. IMP. ITER. PRAEF. CLASS. ET ORAE MARIT.

* Petron. Arbiter de ciconia: pietati-cultrix, &c. Vide Zenob. in Adag. Cent. 1. & ibi à me notata.

EX

A EX.S.C. Est haec parentis illius imago, Neptuni habitu, & illinc iuuenes duo nudi vtrimque, quorum alter senem humeris gestat, qui manu viam commonstret: alter feminam portat flaccidam, at doloris timorisque plenam. C. Verum ecquid Pompeio cum *Pietate* commune est? A. Dicam: Hi duo iuuenes Siculi sunt Catanenses, qui in magno incendio, cui obnoxia est ciuitas Catana, ob Aetnae vicinitatē (qui mons hodie *Mongibello* vocatur) patrem matremque periculo eripuerunt, dum alij bona fortunae seruare student. Hinc & Pausanias pios dictos, & quotannis festo die cultos ait. Locus quoque in quo eorum erant statuae, vocatus ab indigenis Εὐσεβέων χῶρος. Factū hoc vsque eo temporib. illis praedicatum, quanti solet Aeneae pium factum aestimari, qui Anchisem patrem humeris sublatum Troiae flammis extulit; qui hinc etiam *Pij* cognomentum inuenit. Pausan. li. x

B *Sum Pius Aeneas.* Nomina laudesque iuuenum, qui *Pietatis* symbolum praeferunt, exstant apud varios auctores, & in Aetnae poëmatio, Cornelio Seuero à Criticis attributo: Alijs *Philonomum & Calliam* vocantibus; alijs *Anapium, & Amphinomum*; quibusdam etiam *Emantiam & Critonem*. Historiae etiam meminere, Strabo lib. v. Pausanias in Phocicis, Arist. de Mundo ad Alexandrum in extremo: Valer. Max. lib. v. cap. IV. Solinus cap. XI. Polyhistoris, Aelianus, Martialis, Ausonius de claris Vrbib. in Catina. *Hanc ambustorum Fratrum Pietate celebrem.* Sed omniū maxime Claudianus, qui eos egregio carmine celebrauit, cuius hoc initiū: Virg. 1. Aen.

Aspice sudantes venerando pondere fratres,
Diuino meritos semper honore coli.
C *Iusta quibus rapidae cessit reuerentia flammae,*
Et mirata vagas reppulit Aetna faces.
Complexi manibus fultos ceruice parentes,
Attollant vultus accelerentque gradus.

Pompei autem Magni filius militari assentatione Neptuni filius hic dictus est, seq; *Pium* vocat, quod parentis mortem captis armis vindicare studuerit. Dein quod Metellus Scipio Pius, pater esset Corneliae matris ipsius; vtque hanc Pietatem ostenderet, non Anchisae filium posuit Aeneam, ne Iuliam gentem sibi inimicam honoraret; verum iuuenem Siculorum historiam sumsit (qua in insula annos est plurimos versatus) exemplo pietatis longe maioris: Aeneas enim patrem dumtaxat è flammis extulit: hi vero patrem matremque humeris sustulerunt. Adhaec Virg. 2. Aeneid.
D Veneris filius Aeneas fuit: Sextus vero Pompeius Neptuni soboles dicta, qui Deus, longe maior potentia est habitus, quā Venus, voluptatum Deliciarumq; Dea. B. Quantum oblectat antiquorum sensa cognoscere ac penetrare posse? A. Absque eo esset, nulla sane huius studij Antiquitatis nummorumque iucunditas foret, imo fastidium pareret: Siculi autem duo, de quib. verba fecimus, spectantur & in nummis Catanensium. Aeneas autem cum Anchise in Iulij Caesaris Nomismatis, & in M. Herennij. Nunc de *Aeternitate* differendum, an veteres eam cognorint: Cum enim de Virtute ac de *Pietate* dictum sit, reliquum est vt de vltimo fine dicamus.

E

AETERNITAS.

In nummis Titi Imperatoris AETERNITAS spectatur forma virginis vestitae longo syrmate: capilli galea teguntur; pede altero pilam calcans, quae Mundum significat, & hastae innixa; altera manu cornucopiae gestans. Virgo pingitur, quod integra sit & incorrupta *Aeternitas*. Capillis est candidis, hinc cooperti sunt; dein quia aeterna principio carent, hinc caput velat. Mundum, vt rem conditam, sub pedibus habet: hastae nixa, quia Fatum aut Prouidentia est. Copiae cornu felicitatem beatitudinemque designat. Vestis illi demissa, quam in altero

nummo

nummo non cincta manu tenet: longa enim *Aeternitas* est, quam nemo stringit, A comprehendit nemo. In Domitiani nomismate ac Traiani altera caput tenet radiatum, Solem denotans; altera vero muliebre caput cum Luna. In alio spectatur velum capite longius, ostendens hominis in principio Aeternitatis cognoscendae caecitatem. Sunt quibus altera mundum manu gestet: in alijs vero altera coelum ostendit, significare volens Aeternitatis illic sedem esse. In nonnullis globo insidet, seu sphaerae, qua caelestia cumprehēduntur, sinistrâ vero hastā tenet, dexrra vero extensa Vniuersitatis sibi imperium vindicans. In Philippi Aug. nummis cuditur AETERNITAS cum elephante, cui puer insidet manu gubernans: In alijs phoenix auis visitur supra mundum, quē virgo dextra gestat. Viuunt elephanti annos plurimos, longaeui: phoenix quoque ex se ipsa renascitur, hinc B Aeternitatem verè repraesentat. De Tarraconensi nummo cum templo sic inscripto: AETERNITATIS AVGVSTAE supra differere memini. Exstant & nummi, cuius in auersa parte Imperatorum apotheosis ostenditur: item Augustarum vitâ functarum eodem ipso titulo AETERNITATIS, vt in nummis Faustinae coniugis M. Antonini Pij, matris alterius Faustinae; digitum in Aeternitatem, quasi eam adepta iam esset, intendens. B. De his nihil habeo quod quaeram amplius, nisi forte cognoscere ex te queam, an, quae de phoenice sparguntur in vulgus, ex his confirmari possint, aut è nummis Antiquitatisque monumentis? A. Minime vero ex his, neque ex omni adeò Antiquitate, quae de phoenice varij variè fabulantur auctores, magis confirmari queant, vt vera, quàm quae de Amadisio C Gallico otiosae nugae ab otiosis aulicis cupide leguntur, atque creduntur. Quarum fabularum primum fuisse auctorē *Vascum Loberam* Lusitani iactant. C. Iam & illud, quod me fugerat, de ineptiarum primo auctore didici. B. Religionis-ne, ac fidei exstant Nomismata? A. Exstant sane, *Religionis* tamen pauciora, plura vero *Fidei*, etsi non Virtutis Theologicae.

RELIGIO.

Occurret nummus M. Aurelij Imp. cum templo Mercurij, cui subscriptum RELIG. AVG. In altero eiusdem Imp. Mercurij imago est ijsdem ambientibus litteris: Item in denario Decij iunioris Augusti, idem Deus pingitur his litteris. D PIETAS AVGG. Cur autem *Religio ac Pietas* huius potissimum Dei effigie demonstrentur non habeo dicere. Illud tantum, Iurisconsultos nostros *loca* appellare *religiosa* vbi mortuorum cadauera sita essent, ossa quoque ac cineres. B. Virgilius *Aeneid.* IIII. virgam Mercurio tribuit, qua & morti detrudat animas, & reuocet Orco: vt hinc fortasse Religionis aliquam praeferre speciem videatur. A. Afferere id equidem non ausim: ad *Fidem* itaque transeamus, in qua res minus obscura est.

FIDES.

FIDEI in nummis priscorum commune symbolum, dextrae sunt duplices inuicem implicatae. Quo pertinere putant illa Maronis: *Accipe, daque fidem.* Et E *Aeneid.* VIII. & XII. alibi: *Iunximus hospitio Dextras.* Collocant alij sub dextris flores aut spicas, vel caduceum, quibus fructum ostendunt, qui existere solet è *Fide, Pace*, atque *Concordia.* In plerisque Nomismatis perticae seu hastae cernuntur, quibus eas ferre milites solent Romani, quae pro signis ac vexillis cohortis cuiusque erant, fidem significantes quam Imperatori miles sacramento dedisset. In nummis *Eliogabali* seu *Elagabali* femina spectatur sedens, quae altera manu turturem teneat, *Fidei* symbolum, quod comparis fidam esse sociam tradant Physici, altera vero cohortis illam hastam tenet, similemque ante pedes lanceā, hoc titulo: FIDES EXERCITVS. In alijs FIDES MILITVM. In Domitiani Aug. nomismatis femina stantis

A tis habitu spicas binas altera gestans: altera lancem fructibus plenam aut auiculis, aut cordibus, vel denique, vt existimo, cymbam spicis refertam, siue ea tritici mensura est: his circũ-circa vocibus adiectis: FIDEI PVBLICAE. Horatius Flaccus de fide verba faciens: *Et fides albo velata panno*: Virgilius quoque *Cana Fides* dixit. Fidem autem proxime excipiat *Concordia*.

CONCORDIA.

Spectatur haec eodem symbolo Dextrae duplicis: quo de elegans est Cornelij Taciti locus; *Centurionemque Sisenam dextras, Concordiae insignia Syriaci exercitus nomine ad Praetorianos ferentem, varijs artibus aggressus est.* Et alibi: *Miserat ciuitas* (Hist. Aug. lib. I. & II.) B *Lingonum vetere instituto dona legionibus dextras, hospitij insigne.* In quibusdam matrona sedens visitur, cum patera aut scypho in dextra manu, sinistra vero cornucopiae. Patera rem esse sacram denotat, cui sacrorum honos deberetur. Hinc etiam Romae templum *Concordiae* fuit. Cornu-copiae autem vbertatem è *Pace atq; Concordia* nasci solitam, demonstrat. In nummis quibusdam geminum videas Cornu-copiae, vel, vt apertius loquar, duplex est Cornu-copia duplicis vbertatis, maiorisque fecunditatis argumentum ac fertilitatis, quae his virtutibus amplian-tur. Alibi spectatur stans matrona hastae innixa, *Concordiae* robur designans. In alijs ara incensa, ante pedes illius, seu altare, veluti Deae, cui & patera, vt iam diximus, eo nomine tribuatur. Sunt & plurimi sic in auersa parte inscripti: CONCORDIA MILITVM EXERCITVS, ET EXERCITVVM, ET AVGVSTI ET AVGV- C STORVM, ET CONCORDIA FELIX, ET CONCORDIA AETERNA. In Imperatorum quorundam nummis Graecis OMONOIA inscribitur. B. Conueniret probe *Concordiae* lanx cordibus referta, vnde & nomẽ deriuatum esse videatur. A. Imago *Concordiae* exstat in nummis P. Fonteij Capitonis, & Pauli Lepidi, item L. Vinitij.

PAX.

De *Pace* nunc agendũ *Concordiae* gemina. Videas in nummis *Pacem* accensa face armorum cumulum inflammare.* In alijs plurimis virgo est, altera oleae ramum, altera gestans Cornu-copiae, vel caduceum aut certe virgam. Virgo est, vt sim- D plex & integra: clara Pacis argumenta. Bello namque virgines contra ius stuprantur ac rapiuntur. Olea, signum est pacificatoris, vt Legati, teste Virgilio. Mineruae quoque symbolum est, cui haec arbor sacra, artium habita praeses; quae artes ad lucernam noctu lucubrando nimium quantum crescunt, in qua lucerna & oleum adhiberi solet: eo denique pugiles in lucta inungi soliti. Haec sane, vt *Pace* augentur, sic contra bello euertuntur. In Cornu-copia obserues spicas, vuas aliosque fructus, cum vomere, omniaque in hoc cornu, quod Acheloi fuit, cum in taurum mutatus Herculem superare conabatur: qui alterum fregit cornu, quod Nymphae acceptum floribus, & pancarpio, vt Naso † fabulatur, implerunt. C. Sed Ouidium illum vomeris meminisse, non equidem recordor. A. Plura E sane, ne erres, in Antiquitate quam in libris reperias. Inuentumque nostra memoria Romae ingens aereum Cornu-copiae, visum à me tractatumque, in quo vomer apertè spectabatur, & post Antiquarij diligenter obseruarunt. Imo raro admodum Cornu-copiae sine apice in medio fructuum videas, quae acies vomeris seu aratri est; tametsi pictores quidam pinnum, alij aliud quid effingant, vt passim cernere est in editis nomismatum libris. Quam iusta autem de causa *Paci* haec tribuantur, quid attinet explicare, haec enim copiam rerum gignit, quantum vitae vsus indiget, atque vbertatem, easdemque tuetur ac propagat. Bellum contra segetes destruit, arboresque: boues item & agricolas abducit. *Caduceus* vir-

* *Vt in Psal.* XLV. v. 10. *de Pace:* Arcum cõteret & cõfringet arma, & scuta comburet igni. *Et Isaiae* II. v. 4. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.

† *Metamorp. lib.* IX.

gula diuina à nonnullis dicta felicitatis symbolum est, vt dicam, cum de eo disseram copiosius: & vero absque *Pace* nihil mortalibus feliciter accidit. In Claudij Imp. nummis virgo caduceum ad terram demittit, vbi serpens est, qui veneni sibilo bellum repraesentat, & tametsi caput erigat, caduceo tamen vis eius comprimitur. Pax etiam alteram manum oculis obijcit, velumque obtendit, serpentem ne videat; volens significare quisquis hunc nummum cudit, belli odium. In Vespasiani nummo muliebre caput cernitur, his etiam insculptis litteris: PACI ORB. TERR. AVG. Cui vt Deae templum Romae exaedificauit, cuius hodie ruinas iuxta templum Sanctorum Cosmae & Damiani spectamus. In Graecis Locrensium nummis, sedentis habitu & alata visitur, gestans caduceum, Legatorum in Pace facienda insigne, his litteris adscriptis: ΕΙΡΗΝΗ. Alae attribuuntur tanquam spiritali: & supra terram se tollit, veluti caelestis. Sedes autem robur, constantiamque significat, vt felicitatem caduceus, vt iam dicere memini. Exstant & hi tituli: PAX AETERNA. PAX PVBLICA. ET PAX AVGVSTI, ET AVGVSTA. B. Graecum hoc nomen nonne idem Augustae fuit, quae Concilium septimum aduersus Iconomachos indici curauit? A. idem sane vtriusque nomen. IRENE enim coniux fuit Leonis pessimi Imp. Constantinopolitani, & Constantini mater: à quo post Concilium illud Nicaenum alterum, dissensit, & alteri alter mortem machinabatur; ipsa etiam nubere Carolo Magno Occidentis Imp. voluit. C. An hic igitur *Leo* est, de quo auctor *Orlandi furiosi* canit? A. Non sum adeo furiosus vt id asseuerem. B. Quod vulgo de *Pacis* templo iactatur, collapsum nimirum nascente CHRISTO, & quotannis decidere eodem ipso natalis tempore, verum-ne sit an fabulosum, Romae comperisti? A. Minime vero. Certus enim à Vespasiano esse constructum, nihil vltra erat cur quaererem. Anus tamen quaedam, memini, narrabat non Natalis modo CHRISTI nocte, sed multis alijs anni festis ruere indies; vetustate scilicet; quae verior narratio, caussaque existit.

SPES.

B. SPEM qua ratione pingit Antiquitas? A. Audies: & valde distat visitata pictura à prisca; quantum interest inter *Spem* Theologicam, & Romanorum gentilium superstitione imbutorum. Haec enim in omnibus nummis iuuenculae specie visitur, hilari vultu, vesteque demissa ac pellucida & discincta: quae & digitis dextrae herbam teneat trium dumtaxat foliorum: sinistra vero vestis laciniam tollit, ac pedum summis articulis ambulat. Vehementer scire aueo picturae causas: Inprimis vero cur iuuencula? A. Quia tunc incipit *Spes*: vtque pueri spem bonam de se concitant, viros se probos fore, quodq; in ea aetate *spes* non res, vt Cicero ait, laudari soleat; ad eundem modum sperat quisque, non tamen re plene potitur. B. Sed cur hilaris? A. Quod omne quod sperat homo hilaritatem adferat. B. Vestis quare longa ac pellucida? A. Quia spes omnis longa, & sic res desiderata transparens. B. Quamobrem discincta? A. Quod nondum comprehendat rem veram, sed ventis huc illuc rapitur. B. Herba trifolij quid notat? A. Credo equidem primum, quod iacto grani semine existit, germen esse, cuius adhuc *Spes in gramine esse* vetere Verbo dicitur: vtque granum recens colore ac tempestiuitate bonam malamve spem messis concitat. B. Cur summis pedum articulis incedit? A. Quia non stat solida, quasi res sit adepta, neque timore caret, semperque vsu-venit vt maior res quaeque appareat dum expetitur, quàm dum possidetur. B. Non habeo quod hic quaeram amplius: optarim tamen Te ad *Iustitiam*, cuius sacerdos es, & pridem fuisti, accederes. A. Es & tu, sisque annos plurimos precor.

A

IVSTITIA.

Tiberij Caesaris nummi IVSTITIAE imaginem praeferunt: qua forma Chrysippus, teste Aulo Gellio, depinxit; nimirum virgo est integra, sine fuco, delicijs & ornamentis; seuera, viuida, ac diademate roseo; quod Regum sit munus *Iustitiam* administrare, vnde fragrans odor, velut è rosis emanat. In alio nummo Adriani, item Antonini Pij, & Alexandri Seueri Augustorum, sedentis est habitu, sinistrâ virgam tenens, dextrâ vero pateram gestat. Sedet autem, quòd sapientem maturitas ea deceat: Atque ideo sententiam pronuntiaturi Iudices sedebant, vt Iudices sedere dicerentur, quemadmodum *stantes* Oratores dicebant. Sceptrum notat imperium mundi ac Reip. administrationem: quamobrem & virgam gestat. Patera vero diuinitatem significat. B. Reperitur-ne gladium gestans & bilancem? A. In nummis nondum equidem vidi; bilancem tamen in *Aequitate* videas, de qua proximè dicendum. Lib. xiv. Noct. Attic. cap. IIII.

B

AEQVITAS.

AEQVITAS omnibus paene nummis virgo est erecta, quae dextra bilancem teneat, pondere aequalem; altera vero scipionem aut virgam gestat. In promptu ratio est; quia omnibus aequa, & pertica metiri loca solet. Hinc & Latini *Aequare* dixerunt: Quidam nummi cinctam exhibent, alij discinctā, ac sedentem. Reddi vero singulorum ratio potest. B. Quomodo fieri id potest, in re adeo contraria, ratio vt reddi queat? A. Contraria non sunt, si rectè interpreteris. Sedet enim ea ratione, quam de *Iustitia* iam exposui, hoc est, ab effectu maturitatis, quae illius propria: discincta vero quod subijci nolit; & in alijs nummis cincta stat, quod Rationi se accommodet, vtque aeris summa aequa sit ac iusta necesse sit. B. Veri haec magnam continent similitudinem. A. Ridiculum est Regum Neapolitanorum inuentum, qui monetam olim cudebant, cum titulo EQVITAS REGNI, equo impresso, à quo & monetae nomen illic inualuit, quasi Caballinum. Nec desunt, qui insignia esse vrbis Neapolis affirment. C. Audiui qui narraret, haud scio an ioco, Neapolitani Regni insignia equum esse infrenem, cum clitellis antiquis, & calces ille iaceat, vt excutiat, aliudque dorso accipiat, quod ephippium stringat magis, vt maiora gestet onera; ducta hinc occasione, quod cupide Dominum identidem mutare studeant Parthenij illi. A. Equi certe regni Neapolitani, vt generosi magni sunt precij, & Equites generosi, multaq; Nobilitas illustris item & vetus. B. *Clementia ac Moderatio*, quid ab *Aequitate* differunt? A. Antiquitus diuersè signabantur.

C

D

CLEMENTIA ET MODERATIO.

In Tiberij Caesaris nummo spectatur CLEMENTIA non obliqua facie, sed plana & integra. Rex enim *Clementiam* adhibens summa vtitur maiestate. In Vitellij Augusti sedentis habitu est ramum lauri dextra tenens, sinistra vero baculum, longiusculè remotum. Sedes autem quietem animum notat: scipio vim, auctoritatemque, qua sine rigore vtatur. Lauro autem qui Deos violasset, expiari solet. In Hadriani nomismate stat hastae innixa, dextra vero patinam gestat, adscriptis litteris: CLEMENTIA AVG. Transeo ad *Constantiam*, quae, vt & Virtus ipsa in nummis pro *Fortitudine* cuditur: vt *Prouidentia* loco *Prudentiae*.

E

CONSTANTIA.

Duobus haec modis visitur in Claudij Imp. moneta, cum sedentis, tum stantis habitu. Stans capite galeam gestat, & sinistra scipionem seu sceptrum: vtraque in-

dicem dextrae manus faciem verſus tendit, quaſi conſtanter aliquid affirmantis. A
Sedens autem inermis eſt, virga carens, requietem oſtendens ac firmum robur: illa militari eſt habitu, ſago induta ac paludamento in tergum demiſſo, vt Fortitudinis ſociam dixeris ac Iuſtitiae. Decet enim milites, iuxta ac Iudices *Conſtantiam* adhibere: hinc duplex ea forma eſt, cum militaris armatae, tum iudicis ſedentis. Conſtantini Imp. filia *Conſtantia* dicta, cui etiam Romae templum dedicatum exſtat, quod antea Baccho ſacrum fuit: ſpectanturque hodie antiquae ibidem picturae Gentium ac veterum Chriſtianorum. *Securitatem Conſtantiae* ſubijcio.

SECVRITAS ET TRANQVILLITAS.

Pleriſque in nummis femina ſedenti ſiniſtram capiti ſupponens, ac ſedi incumbens; dextra ſceptrum tenet. In Gordiani Imp. moneta erecta ſtat columnae in- B
nixa, dextra quoque ſcipionem aut ſceptrum ferens. In alijs aram foco incenſo ad genua poſitam video. Quod ita interpretor; qui Deum propitium habet (cui ſoli res fieri diuina conſueuit) eum demum quietam ſecuramq; vitam degere: inſcriptiones porro ſic variant: SECVRITAS PERPETVA. SECVRITAS PVBLICA. & SECVRITAS IMPERII & AVGVSTI, & REIPVBLICAE, ORBIS, ac TEMPORVM. In Othonis Caeſaris Auguſti inſcriptum video SECVRITAS P.R. hoc eſt, *populi Romani*, ſtanſque erecta ſpectatur ſiniſtra ſceptrum, dextra vero lauream tenet corollam. Alias etiam ſiniſtra Cornu-copiae, ſecurum reddere nimirum Victoriae volens populum Rom. Quamobrem & in M. Antonini Imp. palmam etiam manu geſtat, quae parta Victoria à triumphantibus geſtabatur: de qua re mox C
erit differendi locus. Verumenimuero antequam de *Victoria* verba faciam, de *Tranquillitate* prius agendum, quae in Hadriani Aug. nummis columnae innixa, dextra ſcipionem ſceptrumque tenet. In Antonini Pij eadem dextra ſeruat nauis clauum, ſiniſtra vero ſpicas duas, frumenti vbertatem ſignificans, quam mari deportare pacatis temporibus liceat.

VICTORIA.

M. Varro lib. IIII. de lingua Latina *Victoriā* ita depingit, quomodo innumerabiles Graecorum Romanorumq; nūmi exhibent; puta virginē dextra laureā coronam tenentem, ſiniſtra vero palmā, & alata eſt & alis induta, vt clarius oſtendit Graecum Epigramma lib. IIII. Anthologiae, cap. XXI. cum forte fulmine ictae atque D
exuſtae eſſent alae Victoriae, quam Romae ſtatua manu geſtabat, ſignū eſſe poëta, Pompeius nomine, auguratur, fore nimirum vt victrix perpetuo Roma exiſteret, quod eam Victoria alis deſtituta fuga deſerere nō poſſet. Verſus ſic legitur:

Ῥώμη παμβασίλεια τεὸν κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται·
Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.

ROMA *potens, alis cur ſtat* VICTORIA *lapſis?*
Vrbem ne valeat deſeruiſſe tuam.

Vel ſic:

Praepetibus nunquam fugiet VICTORIA *pennis:*
Sic erit aeternum gloria ROMA *tibi.* E

Alatam quoque fingi, pingique ſolitam ob velocitatem dixeris. Quo enim citius Victoria parta, ac breuiori ſpatio victi fugatique hoſtes, eo illuſtrior eſt ac celebrior. vt Cn. Pompeij de piratis Victoria; vel quod nobilis ſit, nunc his nunc illis ſecunda: quod vſu-venit Romanis, Poenis, Atticis, Spartanis, ac Thebanis, nunc victis, nunc victoribus. *Palma Victoriae* tributa, quod eius rami, vt auctor eſt Ariſtoteles, Plutarchus, Plinius, & A. Gellius lib. III. Noct. Attic. cap. VI. ponderi impoſito reſiſtunt, nec premi ſe patiuntur, imo contra obſiſtunt. *Corona* datur *Laurea*, quia eſt vinculum, quo & victi hoſtes alligari ſolent, aut verius praemium

A mium est victori. Ceterũ laurus Apollini sacra, vt Daphnes amore capto, quodq; ea coronatus est, Pythone serpente deuicto. Causam alij referunt, quod caput firmet, vireatque perpetuo; qualis & militum viuida sit virtus, ac fortitudo necesse est. [*Refert Pausanias lib.* VIII. *Theseum ludos in Delo instituisse, primumque victori palmae coronam imposuisse ex ea arbore, quae in Delo Apollini consecrata; cuius palmae Homerus alijque deinceps meminerunt. Post alijs in ludis victores palma donati, & vbi alij coronabantur ramis, palmae quoque semper ramus, qui rectus manu gestaretur, adijci solet. Adhaec qui Delphis Pythia vicisset, lauro coronatus, quod Apollini sit dedicata, vt idem Pausanias vltim. lib. commemorat.*] In auersa nomismatum quorundam parte VICTORIA trophaeis haec inscribit: DE PARTHIS. DE GERMANIS, & id B genus deuictarum gentium titulos. Trophaeum autem, vt in Thucydide apparet, ceterisque auctoribus, monumentum erat victis iam hostibus positum, arborum truncis arma victorum appendendo, quae tollere nefas erat ac flagitium. Maro autem Trophaeum initio lib. XI. sic describit:

Vota Deum primo victor soluebat Eoo:
Ingentem quercum decisis vndique ramis
Constituit tumulo; fulgentiaque induit arma,
Mezenti Ducis exuuias, tibi magne Trophaeum
Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas,
Telaque trunca viri ——

Venit mihi saepe in mentem cogitare, quae nobilium virorum armamentarijs ac C funeribus, quaeq; porticibus ac foribus, portarumq; postibus galeae & arma, clypeique appendi solent, ea Trophaei speciem praeferre. Quamobrem subijcit ibid. Maro:

—— *Clypeumque ex aere sinistrae*
Subligat, atque ensem collo suspendit eburno.

Et lib. III. *Aere cauo clypeum magni gestamen Abanthis*
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
AENEAS HAEC DE DANAIS VICTORIBVS ARMA.

Sunt & nummi quibus victoria Imperatori coronam imponit. In alijs bigis aut quadrigis, hoc est, binis, quaternisque equorum iugis imperare videtur, vt signi- D ficare queat Circensium Ludorum victoriam, & his lõge antiquioribus in *Olympicis, Isthmijs, Pythijs, & Nemaeis* certaminibus, quae vicisse summus erat antiquitus honos, vt è Pindaro Lyrico paret, alijsque Scriptoribus. Cicero quoque, oratione pro L. Flacco, de Graecorum inani hac gloria loquens, tantum ait laudis in Craecia fuisse lucta, saltu, aut simili re victorem declaratum, quã Romae triumphasse. Adhaec Vitruuius ingenti pompa victores hosce patrijs ciuitatibus acceptos mire praedicat. *Li.IX. Archit. in princ.* B. Ridicula sane res tanta Gentium vanitas. A. Ita est. In nomismatis Seueri ac Commodi *Victoria* clypeo insidet, alterumque scutum sinistra tenet, puta victoris. In Augusti, Neronis, Vitellij, & Traiani scutum habet singulis hisce inscriptum, S.P.Q.R. id est *Senatus Populusque Romanus,* E nec coronam habet neque palmam: Videas & inscriptos sic nummos: VICTORIA AETERNA, VICTORIA PARTHICA, MAXIMA VICTORIA, GERMANICA, & VICTORIA DACICA.

VICTORIA NAVALIS.

Cum *Victoria* prorae hostilis nauis insistit, aut iuxta Trophaeum posita, in quo nauium partes, puta clauus, anchora, remique spectantur *Naualis Victoria* nuncupari solet. Hinc obtenta Romae Victoria de Antiatibus in Tiberi, insculpebant proras nauium lapidi, indéque pulpitum in foro Romano constructum

Rostra appellabant. Quo in loco ad populum verba facere soliti. Amplificatus hinc locus è marmore iisdem prorae signis. B. Exstat-ne nomisma tali pulpito insignitum? A. Exstat vero, vt Palicani, quo in nummo, melius quam alibi *Rostra* videas. Item in Augusti Caesaris nummis duo insident huiusmodi pulpito [adscriptumque: C.SVLPICIVS * PLATORIN.] In alijs alia spectatur columna rostrata. Item in Vespasiani Imp. nummis, ac rursum in Augusti Caesaris, & M. Agrippae, corona spectatur rostrata, parta iam victoria nauali ab Augusto de Antonio & Cleopatra ad Actium promontorium. [*Vel vt alij tradunt, multo ante, deuicto nimirum Sex. Pompeio, vt auctor est Dio lib.* XLIX. *Velleius Paterculus libro posteriore, & Maro lib.* VIII. *Aeneid. extremo:*

*Fort. Praetor.

Ioseph. Castalio Obseruat. Decade IIII Cap. I.

A

Parte alia ventis & Dijs Agrippa secundis
Arduus agmen agens: qui belli insigne superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona.]

B

C. Quam vocant, amabo, columnam, & coronam rostratam? A. Cum columnae, atque coronae prorae nauium paruae exstant. C. Coronarum autem quot sunt genera? A. Omnia recensere longum fit, sed cum duas iam explicauerim, nimirum *Lauream*, quam & *Triumphalem* quidā nominant, ac *Rostratam*, qua donabatur, qui primus in hostiū nauem insiluisset, tres alias quatuorve, quarum memini, adijciam. *Ciuica* corona è quercu cum glandibus ei dabatur, qui ciuem seruasset; & per assentationem Augusto Caesari tributa, quòd populum Rom. seruasset. *Graminea* donatus Dux, qui alterum Ducem seruasset, exercitumq; hostium obsidione (nude & *Obsidionalis* Latinè dicta) liberasset. *Vallaris* corona dicta, dataque militi, qui primus hostium vallem castraque saltu occupasset. Est & *Muralis* quaedam, ei attributa, qui primus hostiles muros, moeniaque inuasisset: in qua & turres pingebantur, vt & in *Vallari* vallis forma. Harum duarum, quas vltimo recensui, nullum exstare arbitror in nummis vestigium: Spectantur tamen Coronae turritae varijs in Nomismatis, vt in M Lepidi, caput est Alexandreae ciuitatis, ac Deae Cybeles Matris Deûm, quos vana coluit superstitio. Visitur eadem in alijs, vt Faustinae Augustae, hoc titulo: MATRI MAGNAE. Haec fere *militarium coronarum* praecipua sunt genera. Erant enim & Ludorum, quas *sacras coronas* appellabant: item festorum dierum propemodum innumerabiles. Nunc de *Prouidentia* dicendum.

A. Gellius lib. V. Noct. Atti. cap. VII. C. Plinius lib. XVI. cap. 4. Ant. Thilesius, & Carol. Paschalius, de Coronis.

C

D

PROVIDENTIA.

Hanc videas virga globum monstrantem: ostendere nimirum vult, *Prouidentia* mundum gubernari, quam & Stoicorum fuisse sententiam (quib. & ΠΡΟΝΟΗ dicta) facile intelliget, qui Ciceronis de natura Deorum libros legerit. Globus autem à virga seu sceptro abest longius, significans necessitate, aut vi Orbem minime compelli. In alijs Hadriani ac Traiani nummis, non virgam, sed digitum in globum intendit. In Tiberij Caesaris nummis ab excessu Augusti cusis, adscriptum: PROVIDENT. sub ara circumscriptis litteris: DIVVS AVGVSTVS PATER. quasi diceret: ARA PROVIDENTIAE DIVI AVGVSTI. Constantinus vero Aug. turres collocat, & vrbis portam, significans nimirum, vt opinor, *Prouidentiam*, qua Constantinopolitanam Vrbem condidit: qua etiā forma eius filij nummos cuderunt. Antoninus Pius Fulmen exhibuit, cum aue, quae sceptrum rostro teneat. Hanc quidam aquilam, alij columbam esse dicunt. Haec auis Pij ingenio magis conuenit: illa eiusdem maiestati, quasi alter in terris sit Iuppiter, cum sceptro, aquila, ac fulmine, addito titulo: PROVIDENTIA DEORVM. In Vespasiani Caesaris nomismatis virginem videas, quae terrarum orbem Imperatori in manus tradat litteris adiectis: PROVIDENT. AVG. Sunt qui *Prouidentiae* caduceum tribuant,

E

A tribuant, nonnulli Cornu-copiae, quorum illo felicitas ostenditur, hoc vbertas. Quidam columnae innitentem pingunt, vt firmam validamque. In alijs nummis Orbem dextrâ gestat non pedibus calcans; mundum à se gubernari declarans. B. Aueo nunc vt *Felicitas* in nummis signaretur, ex te audire. A. Rectè quidem, quando ab omnibus expetitur describi par est.

FELICITAS.

Nummis plerisque insculptam videas matronam, quae dextra caduceum: sinistra vero Cornu-copiae gestet. Illo caelestia bona, hoc terrena designantur: vt vtraque possidens, is demũ felix sit habitus ac fortunatus. Porro *Caduceum* Mercurio olim attribuerunt, vt Deorum interpreti: quem Maro & Horatius mire

B versibus celebrant, quasi vitae iuxta ac necis arbitrium teneat, habeatque potestatem: quod ab Homero mutuati videntur, qui alijs quoque Dijs virgas assignat. Cicero etiam *virgulam diuinam* nominat, qua, quidquid in orbe terrarum expetendũ, obtineri queat. Adhaec sacrae litterae admirandas assignant virgas Moysi, Aaroni, atq; AEgypti Magis: Romani deniq; & Etrusci Augurib. Lituũ. B. Ecquid *Lituus* est? an in nummis cernitur? A. Duo Lituus significat: baculum recuruum, quale est pedum pastorum, & Episcoporum; itemque tubae genus est, quam qui inflarent *Liticines* dicti. Spectatur Lituus in Caesaris Iulij, qui Pont. Maximus fuit, aliorumque complurium Imperatorum nomismatis: imo & his antiquioribus, Consulum tempore cusis. Videas, vt ad *Felicitatem* redeam,

Lib. I. offic.
Exod. VII.

C rotam iuxta pedem habere, vt *Fortunae* appingi quoque solet, vtriusq; inconstantiam notando; contra vero in alijs columnae innixam obseruo: quasi firma sit, minimeque variãs *Felicitas*. B. Haec nonne pugnant, firmam esse & instabilem? Cur igitur sic finxerunt, aut qua de causa diuersè cuderunt? A. Idcirco fortasse, quod qui instabilem pingunt, res saeculi huius & orbis inconstantiam signant. At firmam qui fingunt, quam voto optabant designant, aut assentantes alteri blandiebantur, vt Sullae atque Imperatoribus. Etenim de *L. Sulla* memoriae proditum, cum dux esset fortissimus, rerumque Romae armis potiretur, victor hostibus minitando, *Felicis* cognomentum induit, vt in nummis quibusdam cusum geminata littera cernitur FEELIX. Filio adhaec *Fausti*, filiae vero *Faustae*

D nomen Sulla indidit. C. Vtro scribendum modo, *Foelix*, *Felix*, an *Feelix*? A. De ceteris vocabulis, quorum in scriptura peccatur, id vnum quoque, dum *Foelix* per oe diphthongum edunt: cuius scripturae nullum in nummis vestigium aut volam reperias, ac ne in marmoreis quidem Inscriptionibus, quae FELIX ac FELICITAS praeferunt. Verũ quod sit e productum, longius antiqui pronuntiabant, cudebãtq; in nũmis Fausti, & scribebant Feelix. Firmatur adhaec sonus iste balatu ouium, (etsi id absurdum videri queat) quae non Be, sed Bee sonant: Legiturq; in versu Cratini Poëtae Graeci, qui de quodam stulte in morem ouium balantium iactari ait BH.BH. apud Eustathium in IX. Iliados Homeri ex AElio Dionysio:

ὁ δ' ἠλίθιος, ὥσπερ πρόβατον, βῆ, βῆ λέγων βαδίζει.

E *Hic stolidus ouis in morem Bee, Bee, sonans ambulat.*

C. Si ita est, cur hodie Graecissantes, *Alpha, Vita*, non *Alpha, Beta* pronunciant? A. Quod corrupta pridem sit tot retro saeculis germana apud Graecos litterarum pronunciatio, vt hodieque apud nos: & idonei testes suppetunt, qui secundam litteram *Beta* non *Vita* nominent, quod & herbae notae nomen est, & hinc *Alphabetum* dici coeptum. Sed hac de re melius ac copiosius Petrus Ioannes Nunnesius Valentinus, singulari Grammatisticae libello post Adolphũ Mekerchium Brugensem disseruit. Redeo paululum digressus ad *Felicitatem*, cuius varia exstant nomismata, quae Cornu-copiae loco oleae ramum sinistra praeferunt, non secus

B. August. lib. II. de doct. Christ. c. 24.

atque PAX ipsa: aut VICTORIA lauri ramum gestans: Propterea quod *Pax* ac *Victoria Felicitates* adferant, pariantque. In alijs nummis sceptrum vel scipionem gestat, quae instrumenta multis virtutibus applicari solent. In nonnullis globos tenet, in vestis lacinia; haud scio an vt opes ac diuitias ostentet; an denique ve- A ctigal sit acceptum. In Hadriani & M. Antonini nummis nauis seu triremis, quali illis vtebantur temporibus, adscriptum FELICITAS AVG. vel AVGVSTI. Notans Imperatorum illorum secundam felicemque nauigationem. In Commodi Augusti scriptum video TEMPORVM FELICITAS, ibidemque duplex Cornucopia, & in medio caduceus. In alijs nummis FELICITAS PVBLICA scribitur, vt in C. Vibij Volusiani, & in altero Iuliae Mammeae, matris Alexandri Seueri Imp. inscriptum FELICITAS TEMPORVM, quam Christiana sacra suscepisse B quidam asseuerant, & Origeni familiarem fuisse. Nummi tamen eius Gentium fuisse superstitione imbutam arguunt. Legitur & in monetis FELICITAS SAECVLI, qui sunt Alexandri Seueri & Iuliae Maesae Aug. auiae Elagabali, & Aledri Augustorum. Sed de *Fortuna* nunc differendum.

Io. Tritheminus de Eccl. Scriptorib. in Origene.

FORTVNA.

Oportunè vanos inter Deos gentilium & haec collocabitur, iuxta Satyricum.

Iuuenal. Sat. x.

Nullum numen abest, si sit Prudentia; sed te
Nos facimus Fortuna Deam, coeloque locamus.

Recte igitur & hic locabitur. Exstat autem in omnibus omnino nummis, tum Graecis tum Romanis, eadem forma quam Lactantius Firmianus ei tribuit; te- C nens dextra nimirum clauum nauis, & sinistra Cornu-copiae. Persuasum verò superstitiosae genti res omnes humanas Fortuna regi, dum res quasque maximas casu fieri obseruant, vt Imperatorem creari; idque saepenumero fortuito. Interdum quidem probos ad Imperium vehi; saepius tamen improbos: nonnunquam nobiles, alias ignobiles; nunc diuites, interdum inopes: saepe Iuuenes, aliquando & senes. Cornu-copia vbertatem rerum omnium significat, vt saepius iam ostendimus. Bonorum autem genera sic partiuntur Philosophorum filij, vt alia sint *Animi, corporis* quaedam, ac denique *externa* seu *Fortunae bona*. Immo ea ipsa corporis bona Fortunae adscribebant, nonnulla etiam animi, quem & *Fortunae* subijciebant, vt diceret Poëta, nescio quis:

Lib. III. c. 28.

Vitam regit Fortuna, non Sapientia. D

Quod à Cicerone disputatum memini V. Tusculana Quaestione & lib. v. de Finibus bonor. & malor. B. Quae cum ita sint, efficitur *Fortunam* ius regnumq; sociae occupasse. Verum quo id mihi euadat clarius, exemplo rem declara.
A. Placet. Peripateticae familiae *Felicitas* in bonis animi potissimum posita, puta Virtutibus, *Iustitiae, Prudentiae, Fortitudinis & Temperantiae. Corporis* item in bonis, vt venustum esse ac pulchrum, corporisq; dignitate Imperio digna: agilem quoque ac robustum, alijsque naturae praeditum dotibus, quae in nostra non sint potestate, memoria nimirum vegeta, atque ingenio, & docilem. Adhaec *Fortunae* quoque bonis felicitatem metiebantur, puta *diuitijs, nobilitate, valetudine integra, nominis celebritate, imperio*; omnibus denique *quae vulgus miratur & optat.* E Quis enim credat temperatum, fortem, aut prudentem esse eum, qui amens sit, nullaque memoria, aegro corpore atque infirmo; ignarus denique? hunc quis à tot tantisque rebus imparatum iustum iuste dixerit? B. Fortunae ergo tribuit antiquitas, quod Dei proprium est. A. Deo profecto acceptum id omne est referendum, quod Euangelica luce illustrati melius philosophemur, censeamusque verius. Verum ad intermissum de *Fortuna* sermonem vt reuertar, Cornu-copia inquam ideo antiquitus illi attributa, quòd illi omnia in mundo ferrent accepta

caeci

A caeci homines. Plutarchus enim Romanos ait *Fortunae* imputaſſe, quod longe lateque dominarentur. Quamobrem & in vrbe Rom. templa illi varijs cognominibus, araeque conſtitutae: qua tota de re pluribus agens, concludit tandem *Victoriam fortuito* parari. Graecos autem viribus ac fortitudine gloriam merito adeptos. In nomiſmate Graeco Antonini Pij, matrona lecto incumbens viſitur, dextra magnum nauis clauum tenens, caput etiam turrita, quae Graecis *Fortuna* ΤΥΧΗ ΦΕΡΕΠΟΛΙϹ dicta, teſte Pauſania. [*In altero parte anteriore inſcriptum video*: ΑΥΓ. ΚΑΙϹΑΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. *In auerſa facie*: ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΝΙΚΟΜΗΔΙΑ.] Lecto autem inſidet, quo ſitu rerum omnium quietem notabant, ac *Fortunae* delicias. Altero in nummo praeter clauum, pilam ſeu orbis terrae globum retinet, quo Vniuerſum hoc regi Fortunâ denotabant, vt falſo illi quidem, B mentis caligine occoecati, opinabantur. In alijs ſedentem cernas, & rotam ſedi additam: quod ſymbolum erat, etſi tranquillae res eſſent, mutari tamen cito & poſſe & ſolere. In pluribus autem naui inſiſtere panſis velis videas: felicem ſucceſſum demonſtrans, adſcriptis vocibus: FORTVNAE FELICI, & FORTVNAE AVGVSTI. Tranſeo ad vnam de multis *Reducem* cognominatam, ſimilitudinis gratia. *Lib. de fortuna Rom.*



FORTVNA REDVX.

C Hanc quoque ſedentem cum clauo nauis, & Cornu-copia Romani eduerunt. Huic ſacrificare ſoliti, qui diu multumque Patria extorres, domum poſtliminió reuerterant. Sedentis autem habitu quietem iam ſe nactos, recuperatis Fortunae bonis, oſtendunt. Spectantur nomiſmata Antonini Pij, Iuliae Auguſtae. Septimij Getae, Hadriani, Veſpaſiani, Traiani, aliorumque: inſcriptumque frequentius: FORT. RED. Integrè autem FORTVNAE REDVCI: In Antonini Pij etiam repperi FORTVNA OBSEQVENS, & FORTVNAE MANENTI: Memoria teneo vidiſſe me quondam Romae in vinea Rodolphi Pij Cardinalis Carpenſis lapidem, quem eo delatum exiſtimabam, auulſum à miliario lapide ſeu columna, quae vno ab vrbe miliario collocari ſolet. Quae pars Romam ſpectabat vrbe digreſſis monadem D inſcriptam columnae exhibebat, ſic: I. quo ſigno vnum iam miliare ambulando confeciſſe oſtendebatur. Praeterea virginis erat figura cum rota vehiculi, & aurigantis ſcutica, monſtrans quae via melior agazonibus eſſet, ac curribus, potiſſimum vero viatoribus. In altera marmoris parte *Fortuna* erat, qualis in nummis ſpectatur, & Romanae Vrbi ſe appropinquaſſe, & ſacrificare *Fortunae* poſſe, oſtendebat. B. Imaginem marmoris huius delineatam aueo ſpectare. A. Habeo in aduerſarijs. Erat ſub pedibus adſcriptum: SALVOS VENIRE, quaſi diceret, *Exſpectati veniſtis*: In auerſa autem lapidis parte, cui virgo inſculpta & columna legebatur SALVOS IRE. Quid E amplius alibi adſcriptum fuerit, cum ſchedas excutiam, obſeruabo. C. Sed cur Romam verſus columna miliarij ſpectabat? & litterae ad viam publicam pertinebant? A. Viam publicam, ideo litterae ſpectabant, vt à cunctis legerentur, cum Roma digredientibus tum ingredientibus. I. enim Roma digreſſis miliare iam confeciſſe oſtendebat. Romam vero ingredi paratis nouemdecim iam confeciſſe declarabat. Viginti enim miliaria diei eſt iter habitum, vt è Pandectis Legum colligimus. B. Saxa iſthaec, ſeu columnae, ſunt-ne de quibus ijdem Pandectae loquuntur: Ad *primum lapidem* vel *ad centeſimum lapidem*?

Sic de Fortuna huiuſce diei, Briſſonius lib. I. Formular. & Paul. Leopardus li. I. Miſcellan. ca. 14. De Boni Euentus Fortuna C. Plinius li. XIIII. cap. 8.

L. I. D. Si quis cautioni, cũ alijs ibi adductis. L. Scire. 13. D. De excuſ. tut.

A. Sunt profecto, spectanturque tales columnae in Hispania, & Ilerdae aliquot, via augusta (quae iuxta Ilerdam est) erutas in hortis habui: habuisse & Itinerarij Antonini auctorem, qui *millia passuum* numerat, verisimile est. Sed vnde digressi sumus redeuntes de *Abundantia* & *Vbertate* videamus. A

ABVNDANTIA ET VBERTAS.

Hae signantur Cornu-copia nummos effundentes, quae crumena est antiquorum, eratque & olei mensura; idemque Cornu-copiae, vt saepius iam diximus, Fortunae attributum. Denarij autem effundebantur. [Non quod qui abundet, spargere possit ac disseminare, sed quod ab eo accipiant, qui abundet.] Dicta autem eadem Latinis *Vbertas*, ducta ab vbere seu mamma voce. Vt vero abundemus Deus per Genium seu Angelum largiatur necesse est, cuius & in Galieni Aug. nummis figura spectatur. B

LIBERALITAS.

Haec plerumque pingitur matronali habitu, sinistra Cornu-copiae, dextra vero quadratam tabellam manubrio tenens, in qua vtrimque puncta sunt varia pilarum instar. De Cornu-copia hactenus abunde egimus: de tabella quod dicam non habeo, nisi certum mihi videri congiarij signum fuisse, quod dandum militi esset. B. Quid sibi vult *congiarium?* & vnde nominis etymon? A. Congium mensurae genus est, quale ostendere tibi liceat ab antiquiore deriuatum, quod Romae fuit Achillis Mafaei: Inscriptas habet litteras temporis indices, factum Vespasiano Augusto imperante: Additis quoque singulis his litteris · Φ.X. hoc est *Pondo decem*. Consentit his Festus Pompeius: *Quadrantal* vini octo librarum fuisse & *Congium* octauam eius partem, & *Sextarium* sextam Congij partem. Cumque interdum hac vsi sint liberalitate, vt vini Congium viritim distribuerint, *Congiarium dare* hinc dicebatur. Post vniuerse adhiberi solitum in omni dono ac munere *Congiarium dare*. Quo fit, vt conijcere licet, in his tabellis notari punctis alijs-ve notis cōsueuisse, quantum aeris, vini, aut frumenti singulis distributum eo die fuisset. B. Capio nunc rem melius. A. Sunt & nomismata, vbi tabulatum altius, quo gradibus ascenditur, cui insidet Imperator monetam largiens vel tesseram: quod signum veluti reciprocum erat, quantum cuique largiendum, quasi scedula subscripta atque obsignata, qua Quaestor inspecta singulis tantum numeraret. B. Ita intelligendum arbitror locum illum in Pandectis qui *Tesserae frumentariae* meminit, & post Budaeum explicat Laelius Taurellus, libro de *militijs*, Tibi quondam inscripto. A. In angulo tabulati spectare licet hominem aliam quadratam tabellam tenentem, alteri persimilem, quam in *Liberalitatis* nummis videri iam diximus, quae buccinae fortasse instar populum, vt Imperatoris munificum donum acciperet, aduocabat. In alio etiam nummo eiusdem Antonini Pij matrona cum tabellis, & sinistra Cornu-copiae tenens, veluti lignea Liberalitatis statua, quam eo die spectandam proponebant, collocatur. Solent & in alijs nummis numeri apponi LIB. AVG. II. III. IV. V. VI: quoties Princeps beneficus exstitisset indicantes. In Hadriani Aug. nummis signum non dissimile *Abundātiae*, feminae aurum è Cornu-copia fundentis. B. Placent quae dicis, & spes est fore, vt multi deinceps scrupuli, visis id genus nomismatis, eximantur. A. Magna sane voluptate perfundi quis solet, cum quae dubia erant, certo cognoscere licet. Credo equidē his monitis paulo minus diffi-

A difficilia Tibi, quae nunc explicauimus, futura. Videamus *Munificentiam*, atque *Indulgentiam*.

MVNIFICENTIA.

Antonini Pij nummi auersa in parte elephantem cudunt, addito titulo MVNIFICENTIA AVG. suspicor eo factum quòd ludos exhiberet, commissis inuicem elephantis egregijs; vt de Indorum quodam Rege narrant, albo quotidie elephanto inuectum, quod alij exemplum Reges ibidem sequuntur. Et fortasse idem Imperator Pius multos in amphitheatro elephantos dederit, vnum tamen pro omnibus cuderit.

B

INDVLGENTIA.

In eiusdem Antonini Pij nummis sedet mulier, sinistra virgam aut sceptrum longius à se remotum tenens: dextra vero extensa pateram aut simpuuium tenet, quasi porrigere quid volens, atque offerre; virga autem longius semota est, quod *Iustitiae* rigor ac vigor ab *Indulgentia* segreganda sit. Patinam autem extendit, quasi liberalis, potestate veluti diuina pollens. In Gordiani nummo femina stat leonem inter & taurum, cicurans veluti feras ferocesque domans animos: aut quia de leone dictum: *In sibi prostratos non nouit esse feram:* Et Maro: *Parcere subiectis & debellare superbos;* quo Romani populi Virtus laudatur, Benignitasq;: aut deniq; C quia Iuris rigorem mitigat *Indulgentia*. In alteris Seueri Aug. & Antonini Caracallae eius filij nummis matrona leone inuecta crotalum dextra tenet, idq; iuxta flumen. C. Ecquid *Crotalus* est? Memini enim non deesse qui *cymbalum* aut *tympanum sonans* interpretentur. A. Quo Lusitani sonant similem sonum edit, cum Crotalo Deae Cybeles, aut sacerdotum eius Gallorum, atq; Eunuchorum. Posset eadem esse Deae Cybeles imago; cui leonem Crotalumq; tribuunt, Ouidius, Catullus, Appuleius, ceteri. C. Sed cur quaeso flumini apposita? A. Equidem non facile dixero. Ratio igitur ab ijs exigenda, qui de Cybele Dea canunt, aut ex Seueri Imperatoris vita, cur in eius nummis adscriptū: INDVLGENTIA AVG. IN CARTH. *Apparet Carthaginensibus ignouisse Caesarem. [*Vel fortasse fluminis est Almon, quò ritu certo statuas Deae Cybeles lauandas deportabant, vt refert Valerius* D *Flaccus libr.* VIII. *Argonauticôn, & Arnobius libr.* VII. *aduersus Gentes.*] Ex Dionysij Sadae Romana interpretatione: Huic Deae adiungi *Clementia* queat; sed de ea abunde supra tractauimus. Pergo ad *Annonam*.

* *Abr. Ortelius in Parergo Theatri, in Carthagine, de Vrania* Dea. & *Laeuin. Vlsius in Seuero.*

ANNONA.

Multis haec modis in nummis cusa spectatur, cum tritici ac frumenti modio, cum Cornu-copia, cum spicis, item cum nauibus ac scaphis seorsim, aut cum Dea Cerere: Rursum cum anchora, aut nauis gubernaculo; item cum infante prope astante, qui modio frumentum mensuret, vel ipsa denique sine puero mensuret. E Quae omnia frumenti copiam, ac tritici demonstrant, cuius vbertatis curam *Annona* gerat, terra marique deportando. Puer autem in partiendo, distrahendoq; puritatem denotat. Vidi & nummos cum ramis oleae, & canistro fructuum ad pedes, quo olei fertilitas signatur, aliarumque quas terra producit, frugum. Obseruatum & illud, rarius tritici spicas in his nummis spectari, sed papaueris, vt qui vescitur, capere somnum queat: aut quia Ceres Dea raptam à Plutone Proserpinam filiam dum quaerit, somno oppressa quieuit. SCHOL. *Cur in Cereris manib. nummi praeferant papauer cū spicis tritici, verior fortasse haec caussa, quod Cererē repertis frugib. glandib. abstinere mortales docuisse fabulatur, & papaueris genus quoddā ad esum*

seminatur, teste Dioscoride lib. IIII. *cap.* 55. E satiuis *inquit*, papaueris genere, quod hortense semen in panem densatur, qui sanis in vsu sit. *Hinc Maro lib.* I. *Georgic.* A

Nec non & limi segetem, & Cereale papauer

Tempus humo tegere ——

Idemque lib. IIII. vescum *nominat:*

Lilia, verbenasq; premens, vescumque papauer.

Vbi Seruius Honoratus: Vescum, *quo vescimur, huncque panem ille ipse Dioscorides θυλακῖτιν vocat, quasi canistris asseruatum.*

In nummis quibusdam *Annona* virgam tenet duplicem, ea forma, qua Claudij Caesaris digamma pingitur. B. Duo hic non assequor, *digamma* illud Claudij, & *virgam duplicem?* A. Faxo intelligas. Ti. Claudium Caesarem auctor est Suetonius & Tacitus certas Alphabeto litteras adiecisse, etiam Latinas. Apparet id quoque in marmoreis Inscriptionibus eius imperij, quibus pro V. consonanti vncinus hic subijcitur. Ⅎ. vt pro *locauit* scriptum sculptumque videas LocaⅎIT. B. Sed cur *digamma* nominatur?. A. Quod è duplici *gamma* fiat, quae Graecorum tertia littera est, itaque pingitur Γ. B. Cur autem inuertitur? A. Ne sit F Latinum. Vncus autem quem *Annona* tenet tessera, meo quidem iudicio, videatur, qua Congiarũ (quo de iam in *Abundantia atque Vbertate* differere memini) dabatur, aut sportula, & cum frumentum distribueretur. Vidi equidem Romae apud Achillem Maffeium quinque aut sex tesseras, quae, quantum coniectura assequor, pro sportulis erant: etsi aliorum * alia de his mens fuit, atque interpretatio. B. Sportulae quomodo fiebant, & earum quis vsus? A. Ex ossibus erant vel eburneae, forma bacilli, & quatuor lateribus inscriptae. In vna parte S.P. sequebaturque serui aut liberti Romani, aut ciuis ipsum nomen. B C

I. Lipsius in Corn. Tacit., ad Libr. XI. Annalium.

* *Vt Fuluij Vrsini apud Octauianum Sadam.*

Verbi-gratia: SP. EVTYCHES FL. CANDIDI SER. idest, *sportulã Eutyches Flauij Candidi seruus accipiet*; & si *lib.* loco *Ser.* scriptum erat *Libertus* legendum. Sin fuisset SP. T. FLAVIVS CANDIDVS: sic legebatur, *Titus Flauius Candidus sportulam accipiet*. In altero latere dies, & annus Consulum nominibus designabatur: Exempli gratia KAL. MARTII. M. CICERONE. C. ANTONIO COS. diem, quantum conijcio, quo sportulam ciuis accipere coepit, designat. Geminae autem fiebant (vt hodie ligneae tesserae fissae, numerisque scalptae, fieri solent) quo pars vna ciui, Quaestori altera, eius qui sportulam daret, quique acciperet, relinquebatur; & deinceps assignato die sportulae capiendae cura erat. Petrus tamen Ciacconius, homo doctissimus, monuit per epistolã, alteri inscriptum fuisse SPECT. quod non sportulam, sed *spectaculum* aut *spectionem* significat. C. Sportulae vox vnde fluxit? A. Asconius Paedianus in secundam Verrinam M. Tullij, à sporta ὑποκοριστικῶς deriuat, vnde & *sportella* dicta, forte quod in ea dari solita sportula, recipiebantque veluti diarium à Romanis ciuibus potentiorib. vt à patronis clientes. [*Alias se apud Fuluium Vrsinum inscriptas Tesseras vidisse scribit Dionysius Octauianus Sada, eruditus Hispanus Romae: & And. Schottus lib.* II. *Nodorum Ciceron. cap.* 67.] B. Formam spectare *Tesserae* magnopere iuuaret. A. Non est nunc quidem ad manum, memoria tantum teneo paruoque impendio ac labore fabricare liceat; Verum de *Moneta*, hoc agendo, nunc videamus. D E

MONETA.

Iunonis Monetae templum olim Romae fuit, sic dictae, quod loqui ibidem Dea visa est, monendo Romanos, vt scropha praegnante facerent, remq; diuinam peragerent, quo terrae-motum, qui impendêre videretur, effugerent, vt M. Tullius lib. I. de Diuinatione commemorat. Etsi non desunt, qui de nominis etymo aliter differant: in his Lactantius Firmianus lib. II. Diuinar. Instit. cap. VII. Longo

A post tempore iuxta templum illud *Monetae* aedes constructae, quibus & pecuniae cudendae, qui praeessent, *Monetales* nuncupati vel *Treuiri* seu *Triumuiri*, vt supra Dialogo I. docuimus. In Domitiani itaque nummis MONETA inscriptis, femina est bilancem dextrâ tenens, sinistrâ Cornu-copiam; significans ponderis aequi & iusti esse oportere, cui potissimum trutina adhibetur. Cornu-copiam tenens diuitias demonstrat rerumque vbertatem. In alijs posteriorum Imperatorum, vt Diocletiani, aliorumque, tres sunt matronae eaedem singulae gestantes tria metalli genera, quibus pecunia cudebatur, notantes, puta *aurum, argentum, & aes*, scribiq; solita triplici A. A. A. in nummis prope innumerabilibus, & quibusdam marmorum Inscriptionib. Cumq; metalla illa aut conflari soleant, aut feriendo cudi,
B hinc & binas litteras F. F. hoc est *flando, feriundo* appositas videas. Interdum etiam opificum instrumenta, quibus cudi moneta solet, apposita; vt mallei, vt forcipes, & incus. Nunc à *Moneta* ad *Salutem* gradum faciamus, quod duae res sint, quae à senibus expetantur, & in *Fortunae bonis* numeranda. B. Si senum idem esset tecum ingenium, parum his addicti essent. Studiorum enim assiduitate ac vigilijs nullam, aut paruam valetudinis habes rationem: Pecuniae multo minus, qua es in egenos liberalitate. A. Mittamus haec. De his alias dicendi locus.

SALVS.

In antiquis nomismatis sic pingitur matrona serpenti cibum porrigente, vt in alijs dextrâ serpentem teneat, in alijs serpens altari insistens, iuxta pedes sit, edatq;
C è scutella, quam femina extendat.

SCHOL. [Melius fortasse de Lanuuina virgine, quae quotannis serpenti cibum praeberet è patella, interpretemur, luxq; hinc alluceat Propertio lib. IV. Elegia VIII. haec narranti, licet interpretes cetera eruditos, hoc fugerit, non inspecto hoc nomismate. Poëtae verba apponere, si quis requirat non pigebit,

Lanuuij annosi vetus est tutela Draconis,
Hic vbi tam rarae non perit hora morae
Quo sacer abripitur caecis descensus hiatu,
Quo penetras virgo. Tale iter omne caue.
Ieiuni serpentis honos cum pabula poscit,
Annua & ex ima sibila torquet humo.
D *Talia demissae pallent ad sacra puellae.*
Cum temere anguineo creditur ore manus
Ille sibi admotas à virgine colligit escas:
Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.
Si fuerint castae redeunt in colla parentum,
Clamantq; agricolae: Fertilis annus erit.

Et verisimile est eos qui Lanuuio ducerẽt originem, in nummis talia de serpente signasse & cudisse in patriae honorem, vt è Mettijs, Papijs, ac Roscijs apud Fuluium Vrsinum lib. de Familijs apparet. Adhaec *Iuno Sospita* vt alibi Salus, religiose Lanuuij colebatur. Teste M. Tullio lib. I. de Nat. Deorum, & in Miloniana,
E & Mureniana extrema. T. Liuio li. VIII. IX. & XXII. itemq; Silio Italico li. XIII.

Lanuuio generate, inquit, quem Sospita Iuno
Dat nobis Milo, Gradiui cape victor honores.]

Serpens autem Aesculapio ac *Saluti* sacer, auctore Festo: quod instauretur quotannis positis exuuijs, vt & medicamentis aegroti mutantur. Diligentiae quoque attribui queat, quae virtus medicinam facientibus necessaria. Sinistra hastam tenet, vt Deae solent ac Virtutes. Romae quoque *Salutis* aedes sacra iuxta Quirini seu Romuli. Et scipione adniti, dum se corroborent aegrotantes, consueuerunt.

Cuditur nonnunquam pedibus ſtans, quaſi recuperata iam confirmataque valetudine, & ſurgere lecto ſolet. In alijs ſedet, quo ſitu requietem ſalus adfert; vel quòd ſedere identidem debeant, qui conualeſcunt. Domitianus Imp. arâ illi poſita adſcribendum curauit: SALVTI AVGVST. recuperata forſitan valetudine vota perſoluit. Tiberius effigiem eius exhibet, additque SALVS AVGVSTA, & conciſè SAL. AVG. Nero ſerpentem ſuſtulit, nihil venenatũ Saluti tribuendum ratus. Hadriani nummi SALVS PVBLICA praeferunt, alterâ lancem, clauum alterâ tenens; idque à tergo, pede etiam globum calcans, ſignificans ſe imperante orbi Salutem publicam datam. In nummo Manij Acilij Glabrionis hinc *Salutis* effigies, illinc *Valetudo* cuditur *Salutis* ſocia, quae & ipſa *Salus* eſt: ſerpentem enim & ipſa dextrâ tenet. Nunc de *Laetitia* & *Hilaritate* dicendi locus. A B

LAETITIA.

Haec eſt virguncula floribus coronata, idcirco in nummis pingitur, quod pueri plerimque laeti exſiſtunt. Quamobrem ludis publicis ac feſtis coronari ſoliti, poſtes etiam aedium priuatarum, templorumque: Adhaec animalia victimis deſtinata, vt Tertullianus lib. *de corona militis* refert. Interdum in nummis dextra corollam tenet, & ſiniſtra virgam, ſceptrum-ve, vt Dea, vel clauum globo impoſitum, quem vt nauis gubernator teneat, orbemque *Salus* gubernet, vt in nummis Criſpinae Aug. Philippi quoque & Taciti Impp. Interdum & anchoram, vt in eorundem Auguſtorum nummis, adſcriptumque LAET. FVNDATA. Dextra quoque patinam porrigit. C

HILARITAS.

Matrona ſpectatur duos inter pueros iuxta pedes collocatos; quorum alter palmae ramum porrigat, alter veſtis laciniam teneat. Geſtat ipſa Cornu-copiam ſiniſtrâ. Palma vero *Hilaritatis* partâ iam de hoſtibus victoria, ſymbolum eſt. In nummo Fauſtinae M. Antonini coniugis, vel Didiae Clarae, ſine pueris matrona inſculpta dextrâ palmam ad terram dimiſſam, ſiniſtrâ Cornu-copiam geſtat. Dominicâ Palmarum nouimus Chriſtiani qua pompa CHRISTVM Seruatorem Hieſolymis Hebraei acceperint occurrentes Ramis palmae atque oleae. Nec deſunt qui Syriaca lingua *Oſanna* nihil aliud ſignificare affirment quam *Date ramos*. Cum vero de puerorum Hilaritate ſit actum, de *Iuuentate* nonnihil dicendum. D

Graecis Βαϊοφόρ☉ *Oliuarũ ſolemnitas.*

IVVENTAS.

In M. Aurelij Caeſaris nummis, iuuenis etiamnum matrona eſt, patera ſeu ſcypho aromata altaris foco imponens, ſiue potius *Hebe* eſt, Herculis coniux. Iuuenis autem cum Romae primum barbam poneret, hoc eſt, vt Terentij verbo vtar; *poſtquam exceſſit ex ephebis*, ſacrificare ſolitus IVVENTATI ture, quam vt Deam indigitarunt. Eratque Laetitiae dies, cum comam barbamque ponerent, vt è Martialis Epigrammate colligo. item cum praetexta poſita *Togam virilem* ſeu *puram* induerent. C. Quaenam *Pretexta toga & pura* ſit, quia ſaepius occurrit nobis, ediſſere. A. Carolus Sigonius, homo doctiſſimus, credidit Romanos candida veſte perpetuo vſos: pueros vero atque adoleſcentes in veſtis fimbria ſeu limbo purpuram intextam geſtaſſe à quarto-decimo aetatis anno, vſque ad ſextum-decimum; Tum veſtem illam praetextatam deponentes, virilem togam, purpurea carentem lacinia, ſumſiſſe puram. Octauius Panagathus, Italiae quondam in litteris oraculum Romanorum, togam exiſtimabat è quatuor illis colorum generibus fuiſſe, quibus Circenſibus in ludis currentes vtebantur factioſi illi, *Albati, Ruſſati, Praſini, & Veneti*; qui colores albo, & rubeo, viridi, & caeruleo reſpondent. E

Lib. xi. Epigr. 40.

De his factionibus Caſſiodorus in Varijs & in Vitruuiũ Gul. Philander.

A dent. Feminae gilueo seu croceo indutae procedebant. In luctu verò candida feminae induebantur, vt in problematis auctor Plutarchus. Viri contra pulla atq; atra veste vsi Romae, solique in Magistratu, vt Censores, purpurea veste incedebant.

*SCHOL. *Romani liberis decimo-sexto aetatis anno* Togam virilem *dabant, vt colligo è Suetonio in Augusto, cap. 8. & Cicerone Epistola* 1. *ad Atticum, & Epistola* 20. *lib.* 9. *cum Tullio filio auctus, anno* IↃCCXIV. *Vrbis conditae virili toga donauit: Quo die adolescentes in Capitolium ascendebant: Argumento est, quod Val. Maximus lib.* V. *ca.* 4. *de M. Cotta scribit, de quo & Dion lib.* 36. *Item à patre, & agnatis in forum deducebantur: vt Plutarchus in Bruto de Caßij filio scribit, vbi* Togam virilem, ἀνδρεῖον ἱμάτιον *appellat: Dion vero lib.* 45. ἐσθῆτα ἀνδρικὴν *vocat. Latini etiam* Togam puram, *& Grae-*
B *ci* ἀπόρφυρον *nominarunt.* C. Purpureane in cocco tincta vestis est serica, an lanae nobilis coccus? A. Sericum ea tempestate Romae in vsu non fuit, qua de loquebantur, vt nos de tabaco hodie, vel Indico Mechoacano. Quare in vestibus vsui tunc nō erat, sed purpura punicei erat coloris, seu hyacinthini, ac ferruginei, quem Galli atque Itali *pauonazum* de insignium coloribus agentes vocitant. Verum à diuerticulo domum redeamus, & à *Iuuentate de Pudicitia*, quae toga serica est, ac purpurea longè prastantior, disseramus.

PVDICITIA.

Scalptam video nomismatis matronam sedentis habitu velato capite, vestis lacinia, ac dextra velum, seu calanticam tenens, aut vestem denique, quam, vt pudica, gestat, dictaque Latinis Virtus illa PVDOR. Sedet autem domi, vt mariti bona custodiat, non vaga, vicos-ve oberrans, vt impudicae solent atq; inuerecundae, sed quieta, constans, & honestatis amans. Igitur tecta incedit, non vt scorta, corporis partibus, quae velandae sunt, nuda. Sinistra virgam tenet aut sceptrum, veluti Dea, interdum & erecta conspicitur, veste tamen velata. Huic matronarum seu vxorum fertilitatem, quae Latinis *Fecunditas* est, subiungam.

FECVNDITAS.

Cuditur in nummis mulier infantem vlnis gestans, geminos etiam ad pedes liberos habens, alterum tamen natu maiorē. Fecunda autem dicta, quae parit quotannis, vt quae ternos in imagine mater gestat. Augustus quoque trium libero-
D rum parentibus, *lege Iulia de maritandis ordinibus* multa indulsit, quae si alteri non parienti indulsisset, *Ius trium liberorum* dictum. De quo multa Vertranius Maurus scripsit. In alijs nummis binos videas vlnis gestare matrem, totidemque ponè astantes. Raro etiam sedentem, vt mammam lactanti praebeat. In alijs erecta est, curae sibi esse significans, si quid humo tollēdum. In nummis Iuliae Mammaeae & Saloninae Augustarum stat matrona, sinistra Cornu-copiam ferens, & dextra infanti blandiens colludit. In Plautillae Augustae nomismate duos dextras implicantes video, veluti coniuges, adscriptumque PROPAGO IMPERI. A feminarum *Fecunditate* transeo ad *Nobilitatem* & *Honorem*.

E
NOBILITAS.

In nummis quibusdam Commodi & Getae matrona sinistra gestat statuam paruam, fortasse Palladium. Nam similis figura tribuitur Deae Vestae manibus, cuius in templo Palladium asseruabatur. B. Quid amabo *Palladium*, vsque eo decantatum? & quid illi cum nobilitate commune? A. Dionysius Halicarnasseus, curiosus Romanae Antiquitatis Historicus, *Palladium* statuam fuisse ait, armati forma militis: sic dictum cum parua esset Palladis figura, allatamq; à Naute Troiano, à quo *Nautia familia* originem duxerit, cuius & Maro meminit, vt

cari

cari Palladi & in delicijs: à quo & *Palladium* coeperit. Ideo armati militis imago Palladis est, hancque gestat Vesta Dea, ac *Nobilitas*. Cuius rei signum est, quia galeam capite portat, sinistra clypeum, dextra lanceam, quae Palladis arma. Magna haec statua Troianis in veneratione fuit, à Diomede atque Vlysse furto sublata, & capta demum Troia, à Naute, & Aenea recuperata, qui Albam transtulerunt, indeque Romam delata est. Cum autem Romanae nobilitatis principes è Troia appulsis originem duxerint, Albamq; condiderint, hinc manu Palladium gestat, vt dixi, *Nobilitas*, vt & Vesta Dea. A

HONOS.

In M. Aurelij Antonini nummis quibusdam iuuenis spectatur, in toga & lato clauo, vt equidem arbitror, ac sinu vestis splendidae, qua Romae vsi, multas habente plicas, estq; perlucida; qualis *Honos est*, ventosus & caducus. Gestat & Cornu-copiam, significans verum laudabilemq; honorem vtilitati coniunctum esse oportere. B. Quid *latus clauus*, & *toga picta*, quae plerumque coniungi solent? A. *Latus clauus* tunica erat, non toga; Senatorũ habitus. *Toga picta* triumphantium dumtaxat, & Regum, atque Imperatorum: cuius forma visitur in Augusti Caesaris nummis quibusdam. B. *Toga* & *Tunica* quid quaeso differunt? A. Hoc nimirum interest, quod inter intimam & superiorem vestem. *Tunica* enim interior erat vestis, exterior vero Toga; estque pacis indumentum. *Sagum* contra militaris tunica ac breuis, quae tunicae respondeat, aut, qua hodie vtimur, *casaccae*. *Paludamentum* autem vestis erat Imperatoris militiae, quod sago imponebat: quales hodie laenae sunt villosae iter agentium. B. *Lati claui tunica*, quid ab alia tunica differt? A. Erant claui depicti, aut intexti, quam reliquarum tunicarum latiores. B. *Picta toga* an aurea erat, an serica, vt, quo hodie vtimur, textum Italicum, vulgoque *broccatum* nominatur? A. Diximus iam, quantum memini, sericum Romae in vsu non fuisse, nisi Imperatorum posteriorum temporibus: etsi aurum erat ac purpura, operis belluati, in toga picta seu triumphali intexta. C. Quid, quaeso, intextũ erat, an forte figurae, quales hodie in tapetib. conspiciuntur? A. Equidem ignoro. Illud tantũ; togas id genus quasdam *palmatas*, dictas forte, quod palmae intextae viserentur. B. Quid *sinus*, quem in ea veste spectari affirmabas? A. M. Fabius Quinctilianus sinus geminos (quales in statuis spectamus non raro) affirmat in toga fuisse veluti fascias, quibus tunicae toga adnectebatur. Quales lacinias Veneti hodie *Becchas* nominant, & Hispani *beccas*, & varijs in oppidis Consules, Decurionesq; gestant è byssino rubro, alia-ve materia. His adhaerebant veluti cuculli, quibus certis etiam temporibus caput velabant, vnde & alibi *Caputia* nominata. B. Non dissimiles igitur ei laciniae, quam Collegae Salmanticenses & Complutenses gestant? A. Ita est, & ipse Bononiae gestaui, collega cum essem antiquissimi ibidem Gymnasij ab Aegidio Albornotio, Card. homine aeterna memoria digno, exaedificato. Quin & antiquitus Doctorum, atq; Equitum is habitus fuit, hodieque Monachi quidam *Della Calza* dicti, eodem vtuntur. Redeo ad *Honorem*, quo de iam diximus, cum de *Virtute* sermo esset, M. Marcellum templum illi statuisse, quod ingredi nisi per *Virtutis* templum nemo posset. In Cordij Caleni nummis contra *Honoris* facies *Virtutis* faciem tegit, vt haec parum appareat. Recte tamen: *Honos* enim illustrior est, vt si honore ornatum quem foris aspicias, intus quoque *Virtute* praeditum esse arbitreris, vt iustus sit honos ac debitus. *Honoris* autem facies iuuenilis est, lauro coronata, ac promissis capillis crispis ac cincinnatis. *Virtus* vero galeam sine comptu & ornatu gestat. Supra quoque diximus duas has effigies in Vitellij nomismate spectari. *Virtutem* quidem armatam, *Honorem* inermem, & absq;

Quinct. l. xi. Instit. orat. cap. v.

B C D E

corolla

A corolla, sinistra Cornu-copiam tenentem, dextrâ vero sceptrum gestat, imperium, honoris plenum designans. *Libertas* ingentis semper omnibus saeculis pretij agmen hoc *Virtutum* claudet.

LIBERTAS.

Hanc repraesentat matrona erecta, dextrâ pileum rotundum tenens, sinistrâ vero virgam. Serui autem & mancipia cum manu mitterentur, attondebantur, pileoque capiti imposito veste candida induebantur. Clarû id ex M. Plauti Amphitryone, & Polybij fragmentis. Adhaec liberti post longam seruitutem pileum gestabant, vt & bello libertate donati ac seruitutis iugo excusso, triumphantis vt B liberatoris currum ponè sequebantur, vt in triumphis aliquot T. Liuius li. XLV. extremo commemorat. Qui & à Romanis per iocum irrisum ait Prusiam Regem, quod Romam delatus pileum album gestans Senatores non secus atque liberti Patronos, consalutaret. In Caligulae Caesaris nummis solis pileus spectatur. In M. Bruti autem nummo, vt Caesaris percussoris, duobus vtrimque pugionibus pileus cuditur, quod Dialogo primo explicare memini. B. In Pandectarum titulo *De Latina Libertate tollenda*, seruorum mentio fit, qui pileati patronum tumulo conderent: quamobrê & Libertate donarentur. A. Lectum id à me recordor. Virga quam sinistrâ matrona gestat, ea fortè est quam *vindictam* nominabant, qua seruus percussus non à Patrono, sed Praetore aut Consule: quib. praesentibus libertate serui donati. Quae quidem virga lictoris è manu, qui Consu- C lem aut Praetorem deduceret, sumi solita. In alio nummo *Libertas* manus volam diductam ostendit, quasi ferire velit palma: qui gestus etiam in Pandectis *Libertati* tribuitur, & *Manumißio* dicta. In Antonini Elagabali nummis quibusdam adscriptum LIBERTAS AVG. Femina pileum dextra, & sinistra Cornu Amaltheae gestante, ostendere volens rerum omnium vbertatem è *Libertate* exsistere. Exstant & hi tituli in nummis, LIBERTAS PVBLICA, & AVGVSTA, & RESTITVTA. Item in Consularibus C. & Q. Cassij LEIBERTAS. In Bruti autem nummo eius dumtaxat effigies cum titulo spectatur.

I. Lipsius de Amphitheatris & Lazarus Baysius.

L. I. §. Sed & qui D. De Lat. lib.

SCHOL. Libertatis *templum Pub. Victor in Auentino collocat, & Atrij* Libertatis *T. Liuius meminit, lib. 45. Et alterius ab Asinio Pollione conditi, Suetonius. P. Clodius, Ciceronis patria pulsi domum in Palatio incendit, atq; in area templum* Libertatis *exstru-* D *xit, vt auctor est Plutarchus, Dion lib. 43. & Cicero ipse orat.* Pro domo sua. *Graece est Plutarcho* νεὼν ἐλευθερίας, *quod idem Tullius 2. de Legib.* Licentiae templum *vocat. Erat quoque Graecis festa* Libertatis, ἐλευθέρια *dicta, forte qualia Romae* Saturnalia *à seruis celebrata. Plautus in Sticho, & in Persa:* Basilice ἐλευθέρια agito. *Iouis quoque* Eleutherij *meminit Plato in Theage, Tu vide & Lilij Giraldi Syntagma de* Deorû cognom.

Libertatis quoque vsus beneficio finem hic dicendi de *Virtutibus* faciam, etsi nô me fugiat deesse imagines aliquot, si Nomismata curiosius inspicere libeat, vt *Gloriae* & *Memoriae*, aliarumque rerum, quas arbitratu tuo subiunges.

B. Quam pulchrum sane & vtile foret tapetia seu aulaea hisce *Virtutum* imaginibus contexta, ceterisque rebus iam pertractatis confecta possidere? sed dic, quae- E so, ecquaenam vtilitas hinc exsisteret? A. Primo, vtilissimum sit nomismata isthaec memoria tenere, quia libris praestant, & omni adeo antiquitati antecellunt. Deinde libri hac de re conscripti melius intelligentur. Tertio valent imagines in componendo scribendoque, & ad inueniendum explicandumque potissimum *Poetas*, qui *Famam, Famem, Somnum, Discordiam, Pacem, Bellum*, similiaque describunt. Vtque ad veterum imitationem fiant nummos inspicere pretium est operae. Quarto, ad inueniendum apte icones. Incidunt enim tempora cum festis publicis, pompis, ac ludis ornare pegmata picturis oporteat, vt in

I. II. III. IIII.

V. Principum inauguratione aut coronatione Regum, Imperatorum, ac Pontificum. A
VI. Adhaec in ludis, velitationibus, belli simulacris, symbola sunt effingenda. Palatium interdum Principis depingendum: Curia quoque aedesque, tum publicae tum priuatae.
VII. Denique, vt dicis, aulaea hinc, ac vela aulae, & cortinae texi queant. Maxime tamen expedit has *Virtutes* non memoria modo tenere, verum
Cic. 1. Offic. etiam, cum opus est, reapse exequi. *Virtutis* enim laus omnis in actione consistit. Verum de his satis superque.

PERIOCHA

DIALOGI III.

Evropa.
Hispania, & Hiberia.
Gallia, quae hodie Francia.
Africa, & Mauretania.
Italia.
Roma.
Germania.
Pannoniæ.
Dacia.
Sicilia.
Asia.
Iudaea.
Aegyptus.
Alexandrea.
Arabia.
Armenia.
Cappadocia.
Mesopotamia.

Flvmina.

Tiberis.
Nilus.
Tigris.
Danubius.
ΚΑΥϹΤΡΟϹ Cayster.
Maeander.
ΜΕΛΗΣ.
Via Traiana.
Portus Ostiensis.

Obiter admista.

Tyrrhenum mare.
Tyrrhenica Tarraco.
Scutorum genera.
Aquae Bilbilitanae arma temperant.
Martialis emendatus.
Elephantis serpens cur in nummis appingatur.
Metelli Nummi & Caesaris tum Elephantis.
Ficus Ruminalis.
Picus auis.
Lupa lactans Romulum & Remum.
Faustulus Pastor.
Ibis auis Aegypti.
Crocodilus.
Aquilae legionum.
Nobilium insignia.
Hippopotamus, qualis.
Nili augmenta cubitis distincta.
Sphingis forma.
Ichneumon Crocodili hostis.
Papiri origo.
Tigridis forma.
Maeander fluuius apud Virgilium.
Homerus Melesigenes.
Duumuir Quinquennalis quis.
Pharus Alexandrina.

Anto-

A

ANTONII AVGVSTINI ARCHIEPISC. TARRACON. DE VETERVM NOMISMATVM ANTIQVITATE.

DIALOGVS III.

B

QVI EST

DE PROVINCIIS, VRBIBVS, ET FLVMINIBVS.

B COEPI nomiſmata ſtudioſius, quàm antea conſueueram, inſpicere, & auerſas contemplari partes; videorque, niſi me amo, *Virtutum* hac conſideratione, plura id genus cognoſcere poſſe, praeſertim ſi titulos ac nomina Nummi repraeſentent. Aueo nunc, pace quod liceat tua, cognoſcere, de *Prouincijs, Vrbibus, ac fluuijs*, de quibus mentionem heri abs Te factam, quòd in nũmis occurrerent, memoria teneo. Etſi vero num- C mos cum titulis Vrbium videre contigit, cur autem ita cuderentur equidem, fatendum eſt enim, non aſſequor. A. Videre & mihi plures contigit, quamuis pauca de his dicere habeam: dicam tamen, quando ita vis, quae in mentem venient, quaeq; obſeruando, quantũ id eſt, ſum conſecutus. Prouinciae paucae ſunt, quaeque vniuerſè mundum partiuntur. EVROPA, ASIA, ET AFRICA numerantur. In EVROPA ſunt *Italia, Gallia* (quae hodie *Francia* nominatur) *Germania, Pannonia, Dacia*, & noſtra denique *Hiſpania*. In *Africa* vna in nummis *Mauretania* occurret. In *Aſia* vero, *Aegyptus, Iudaea, Armenia, Arabia, Cappadocia, & Meſopotamia*. Inſularum *Siciliam* tantum nomiſmata praeferunt. B. Scire cupiam, vt EVROPAM, vtque HISPANIAM (de ceteris enim non admodum laboro) anti- D quitus cuderint. A. *Europae Graeciaeque* in nummis imaginem nullus obſeruaui, niſi *Europam* tauro, hoc eſt, Ioue, vt Poetae fabulantur, inuectam, quod videas in Graecorum nummis Gortyniorum (qui Cretam inſulam, quae nunc *Candia* vocatur, habuerunt) cuius vt auctor eſt Plinius, incolae in admirandis numerant arborem, cuius ſub vmbra cum Europa Iuppiter cubarit. Ea erat coeca aeui illius dementia. [Eſt & Romanus nummus L. Valerij Aciſculi cum Europa tauro inſidente, & alter, neſcio an Graecus nummus, his tauro ſubiectis litteris ΕΤΘ.Λ. Ϝ.STRAB. Euthymij enim nomẽ Lucij filij cognomento Strabonis agnoſcere videor. In altero & taurum cum Europa. Auerſa autem parte Labyrinthum, qui E in Creta fuit, cum his litteris MA. Et ſupra infraque ΩΝ.ΩΝ. vnde niſi forte gentis nomen eſt, nihil exſculpas, niſi Minois fortaſſe nomen[Euboeenſes ſimiliter tauri caput nummis imprimebant, adſcriptis ſupra infraque litteris: EYB. quibus danda ſane venia, quod ſic Vrbis nomen quaſi à boue ductum propagarint. Europae adhaec figuram tauro ſedentis in aereo quoque nomiſmate vidimus, incertum tamen cuius vrbis, litteriſque varijs inſcriptum. Nam iuxta taurum tres hae litterae: M.C.F. Illinc vero iuuenilis imago litteris quatuor: L.Q. L.F. rurſum quinque litteris, Q.ISC.F. B. Denſae hic tenebrae, ſed quid ſignificare tibi videantur?

Lib.xii. Nat. hiſt. cap. 1.

deantur? A. Equidem non habeo dicere: illud tantum: nihil hic me videre: A etsi non me fugiat Lucianum Samosatensem, cum de Syria Dea differit, Sidonijs id tribuere, tales vt nummos cudere solerent; qui & raptae à tauro Europae fabulam Dialogo de vẽtis Zephyro ac Noto lepidè, vt omnia, narrat. Gortyniorum tamen ac ne Sidoniorum quidem nulla ibi mentio, sed antri iuxta Dicten, aut Dictaeum, qui Cretae, nisi fallor, locus est. Transeo ad HISPANIAM nostram; sic
II. enim à Latinis dicta; à Graecis vero IBERIA, nisi fallor; recta enim orthographia nummis astipulantibus cum spiritu, HIBERIA, scribendum. B. Ita-ne scriptum HIBERIA in nummis apparet? A. Non vidi sane, sed penes me est sic inscriptus MVN. HIBERA. & alter item sic, HIBERVS. De quo infra extremo hoc Dialogo; itaque in marmoreis Inscriptionũ tabulis legitur, atq; adeo in Pandectis Floren- B tinis, cuius Legis hoc initium: *Quidam Hiberus nomine.* C. Sed cur Aldus Manutius in Orthographia maiore, huius scripturae non meminit? A. Quasi vero non multas voces omiserit, saltem Inscriptionem veterem ex aedibus Card. Caesij, cuius hoc est principium: *Iam datus est finis vitae*, de scriptura vocis LITVS disserens, exhibuit; in qua bis HIBERVS his verbis nominatur.

Littore Phocaico pelagi vi exanimatas,
Illic, vnde Tagus, & nobile flumen Hiberus;
Vorsum Ortus, vorsum Occasus fluit alter, & alter:
Stagna sub Oceani Tagus, & Tyrrhenica Hiberus.

Qui versus duplici nomine proderunt, cum vt orthographia *Hiberi* cum spiritu astruatur, tum quod *Stagna Tyrrhenica* eam maris nostri partem vocat, qua *Hibe-* C *rus* flumen in mare delabitur, quod & Paulini hoc versu comprobatur:

Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Hiberus.

C. Nonne clarum id mediterraneum mare *Tyrrhenum* vocandum, Maronis auctoritate?

—— *Tyrrhenum nauigat aequor?*

A. Adhibet idem Poeta frequenter de Italia loquens. Verum vt *Hesperiae* nomen Italiae atque Hispaniae commune fuit, sic & *Tyrrheni* aut *Tyrrhenici* vocabulum, potissimum vero ea maris ora sic appellanda, quandoquidem in hac ipsa Inscriptione *Litus Phocaicum* nominatur ora *Emporiae* ac *Massiliae*, quae vrbes Mediterraneo adjacent, & quia altero Tyrrheni nomine *Hiberi* ostium designat. Hoc eo disertius exponere placuit in gratiam nomismatum Tarraconensium duplici D
Sup. Dial. II. T. T. inscriptorum, vt altera littera *Tyrrhenicam* designet, quomodo & Ausonius Poëta illam appellat, vt infra, cum Deo, copiosius exponam. Sed ad Hispaniam denuo gradum faciamus.

HISPANIA.

III. In Galbae Imp. nummis matrona spectatur, militari habitu cum scuto, telaq; duo sinistra tenens, dextra vero binas spicas. Militaris ideo, quòd bellicosa
T. Liuius lib. XXVIII. sit natio, fateturque ingenue Liuius diutius restitisse Hispaniam, quòd superari non posset, quam gens alia vlla, iam inde à Punico bello secundo, ad Augusti Caesaris vsque imperium. Scutum & tela Hispanorum propria, quibus hodieque E pugnant. Spicae autem tritici, quo abundant, copiam ostendit. In alio nummo *Hispaniam* video cum galea implicitas manus habere, foedus nimirum inter ipsos initum pro Galba contra Neronem Augustum demonstrat. C. Qualia Latinis haec arma? A. *Clypeus, pelta, & parma* Romanis fere dicta, & *Scutum, Tela* vero & iacula. BILBILIS autem, quae hodie *Calarajud* putatur, his antiquitus armis enituit. *Salon* enim eius flumen à Plinio praedicatur, armis ferroque temperando aptissimum. Martialis quoque Poëta, originem inde ducens, *Bilbilim* pa-

A triam laudans, corrupte vulgo editur, vt nos Hieronymus Surita, homo doctissimus, per litteras monuit: Sic enim Poëta canit:

Videbis altam, Liciane, Bilbilim,
Equis & armis nobilem.

Emendandum enim *aquis* pro *equis*. Neque enim equorum praestantia Celtiberia, sed armis, vt Trogi Pompei auctoritate Plinius docet, olim commendata.
B. Galeis & cassidibus etiamnum populares nostri è Calatajud aliisque cudendis armis ferri optimi excellunt, veteremque famam retinent. Verum idem Surita non patitur aequo animo asseri Municipium illud BILBILIM fuisse veterem Martialis patriam, sed in proximo monte *Bambola*, qui & veteris vrbis nomen quoquo B modo refert, seruatque vestigia, ac rudera oppidi perantiqui. A. Equidem Suritae in his libenter assentior, cum praesertim magnam in Hispaniae locis, nominibusque indagandis operam diligentiamq; ritè collocarit, edito nuper in Vbiis erudito in *Itinerarium Antonini Augusti* à se emendatum Commentario. Redeo nunc ad HISPANIAM. Quod talia eidem arma nummi tribuant, vellem profecto ensem breuem sine cuspide pariter attribuisset. quod gladij genus Hispanicum saepenumero T. Liuius praedicat. In Hadriani Imp. nummis, qui & ipse Hispanus fuit, femina sedens humi & pacifica oleae ramum praefert, & iuxta pedes cuniculum: vt ramus fortasse olei vbertatem, qua Hispania semper enituit, Romamque misit, designet: Cuniculus vero (quod animal in his terris frequens, rarumque admodum in Italia visitur) cuniculos significet subterraneos, venasque quib. meC talla auri, & argenti, ferrique effoderent. Tunc enim Romanis auri eam vim copiamque suppeditare *Hispania* solita, quam hodie Hispaniae praebet India. In altero eiusdem Hadriani nummo, matrona coram Augusto, altero poplite terram contingens, dextram tendit, sinistraque ramum oleae, vt antea, tenet: cuniculus quoque ad pedes stat, adscriptumque: RESTITVTORI HISPANIAE: Quo pertinet Catulli illud:

Cuniculosae Celtiberiae fili.

Quodque Strabo refert, & Aelianus, aliique plurimi de cuniculorum apud Hispanos copia, & voce illi non alteri linguae propria. Tametsi non desunt, qui à voce graeca κόνις, quae puluerem sonat, deriuent. His antiquior est Postumij Albini nummus, in quo effigies dumtaxat feminae passis capillis cernitur, velato D capite, cum litteris, HISPAN. Nunc de GALLIA seu *Francia* dicendi locus.

GALLIA.

Diximus non ita pridem in Galliae nummis videri *Hispaniam Galliamq;* dextris inuicem implicatis, vt foederatorum contra Neronê Augustum; habitum item vtriusque militarem, cum galeis & sagis. *Gallia* sinistra hastam tenet, aut scipionem. [Item in Hadriani nummo pariter spectatur quod de *Hispania* iam diximus, excepto ramo & cuniculo; quidam altero genu aduolutus coram Caesare, adscriptumq; in orbem: RESTITVTORI GALLIAE.] Maro *Gallis* militiae tribuit virgatas vestes, & torques aureos, binasque gaesas, quae Gallorum tela propria sunt, E & oblonga scuta. Sic enim ille: IIII.

Aurea caesaries ollis, atque aurea vestis
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur: duo quisque alpina coruscat
Gaesa manu, scutis protecti corpora longis.

Transeo ad ITALIAM. C. Cum ab Occidente, orientem solem versus tendere coeperis, AFRICAM prius velim, repraesentes. B. Placet conditio, quandoquidem *Gallia* & *Africae* nostrae sunt *Hispaniae* maxime finitimae.

AFRICA. A

V. In Hadriani Caesaris nummis matrona sedens spectatur, scorpionem dextra tenens: ad pedes calathus est herbis plenus. Capiti calanticae loco imposita est, proboscis elephanti; dentes enim exstant & auris oblonga. Ex Africa elephanti Romam delati: nam Indici, qui maiores sunt, raro ibi visi, crebro Africani: Punicis bellis notiores. In Metelli nummis plerumque elephanti spectantur, vt & in C. Caesaris Dictatoris, diuersa tamen de causa. Metellus enim vnus de pluribus multos bello Punico primo elephantos Romam duxit. Poenorum autem lingua hoc animal *Caesar* nominari aiunt: cumque gentis Iuliae elephātum quidam pugnando occiderit, primum *Caesarem* nominatum. Alij vero *Caesones* & *Caesares* appellatos autumant, qui caeso matris mortuae vtero infantes nati viuerent. B

B. Cur ad promuscidem elephanti serpentem specto in Caesaris nummo, cuius auersae partis sacrorum instrumentum Sigonius lib. de Rom. nominibus explanauit? A. Propterea quod serpentem elephas è terrae visceribus eruat, & enecet: quod & de ceruis † commemorant. Romani autem viso primum elephanto obstupuerunt: idque non iniuria: corporis molem, robur, naturaeque industriam magnopere admirati, hinc Pyrrhus Epirotarum Rex Romanos, elephantis vsus, cecidit, superauitque. Quamobrem *Africa*, vt dixi, pro calantica elephanti promuscidem gestat, indeque Romam magna vis eboris (qui sunt elephanti dentes) importabatur. C. Scorpio, & herba, quid hic notant? A. Magnam in *Africa* animantium variorum † copiam fuisse, etiam venenatorum, nemo nisi hospes in litteris, ignorat: & Lucanus Cordubensis Poëta in Pharsalicis multus est lib. IX. in ijs commemorandis: illo adhaec antiquior Macer & Naso, Latini Poëtae, de Graecis Nicander: quorum tamen Macri, & Ouidij poëmatia interciderunt, exstat vero Lucanus * & Nicandri Theriaca & Alexipharmaca in manibus sunt. Herbae quantum suspicor, medicae sunt ac rarae, quales *Silphium*, qua de Africana herba Dialogo I. disserere memini. In Seueri nummis quibusdam, femina stans habet Leonem & serpentem iuxta pedes, calanticam capitis elephantini vertice, vt diximus, gestans: sinistra scorpionem, altera velum, quo aspectum illius auertat, tenet. His antiquiores longe nummi sunt Q. Metelli Scipionis Pij, soceri Cn. Pompei, qui in Africa perijt, adscriptaeque capiti matronae ternae litterae: G.T.A. quas sic lego, *Genius totius Africae*, aut verius sic interpretor: *Genius tutelaris Africae*. Alibi in eiusdem Scipionis nummis, & L. Sestij, ac Caij Norbani Africae capitis effigies cum calantica illa capitis elephantini ac cornibus, quomodo iam diximus, spectatur: reperiunturque in Fuluij Vrsini nostri de Familijs Rom. opere erudito. Venio nunc ad Africae prouinciam *Mauretaniam*.

† *C. Plinius lib.* VIII. *ca.* 32. *& alibi.*

† *Hinc natū Prouerb.* Africa semper aliquid apportat noui.

* *Lucanus li.* IX. *Pharsal. ver.* 732.

MAVRETANIA.

VI. Hanc refert in Hadriani nummis femina militari habitu, dextra equum strigosum ac macilentum cursui aptum ducens; quales hodie equos Itali Barbaros nominant; sinistra vero virgam habet, & Sallustius, siue quis alius, in Mauretania virgas pro calcaribus adhibuisse referunt, & frenis carent equi, hinc Maro: *Et Numidae infraeni cingūt. Maurorū* ab hac prouincia nomē fluxit, qui à nostris *Mori* & *Morisci* nominantur; olim etiā *Maurusij* dicti, quos in Tingitania Plinius collocat: à quibus Hispania quondam vi capta, occupataque seruijt. Nunc de *Italia* dicendum. E

AEneid. IV. *ver.* 41.

ITA-

A

ITALIA.

Haec veluti Regina terrarum ac domina quondam alterius orbis terrarum partis Europae. In Titi Vespasiani nummis, & Commodi seu Antonini Pij, virgo orbis terrae globo insidens, manu sceptrum seu virgã tenẽs, altera Cornu-copiae: imperium notans, frugumque vbertatem: caput turribus ac muris coronatum, quod Vrbibus *Italia* abundet. In Cordi & Caleni nummis *Italia* visitur, ac *Roma*: altera quidem muliebri habitu Cornu-copiae tenens; altera militis forma, notans *Romam* armis bellisque pacatam rebusque affluentem *Italiam* constituisse. Huius in auersa nummi parte capita duo *Honoris* ac *Virtutis*, habitu quoque differentia. VII.

B *Virtus* enim armata, vt Roma, *Honos* inermis est, vtque *Italia* pacata ac fertilis, honoribusque abundans. Verum de his aliter paulo Dialogo II. cum de *Honore* verba facerem, disseruimus. B. De ROMA (amabo te) in nummis varijs quid extet, ordine, si vacat, expone. A. Mos tibi geratur.

ROMA.

In Vespasiani Caesaris nummis ROMA spectatur, militis forma, cum parazonio gladiolo, qui cuspide careret; quo de II. Dialogi initio de *Virtute* differentes egimus, meminitque Martialis lib. XIIII. Epigram. 32. & Xiphilinus, in Traiano, septem collibus seu montibus insidens, & flumen ante pedes, qui *Tiberis* est. VIII. *Simplicius in Epictetũ initio, vocat* ἐγχειρίδιον.

C In alijs videas armis insidere, *Victoriam* manu gestantem, vt in Claudij Caesaris nummis, ac Seruij Galbae, quae coronâ se, vt orbis victricem, ornari gestiat, Graecis ΡΩΜΗ, *robur, virtutem, fortitudinemque* significat. Hinc eadem quae Virtuti ac Mineruae, insignia *Romae* tribuuntur, vt & in Virtute à nobis supra est explicatum: nisi quod *Roma* Victoriam dextra teneat; *Virtus* non item, quae in actione consistit, & nisi moriens praemium victoriae non adipiscitur, & quum ascendit altius, cadere potest. Minerua non gladium, vt *Roma*, sed hastam tenet, scutumque, & in pectore Medusae caput. Visitur & *Roma* militari habitu, erecta, quomodo iam proxime de Cordi & Caleni nummis diximus. Alibi lupa spectatur, lactans Romulum & Remum; alibi arbor, ficus, *Ruminalis* dicta. IX.

C. Quid hoc verbi est, quod excidit? A. Ficus est, sub qua mammam lupa praebuit. *Ruma* enim antiquitus *mamma* dicta. Apponuntur & aues duae,

D pici nimirum, Marti sacri existimati, visu quidem pulchri, sed infausti.

C. An hi pici herbam inueniunt, quae à picis vulgo nominatur? A. Reperiant-ne herbam non facilè dixero, viderint Medicorum filij; illud tantum: sic dictas aues, nidumque rostro arborum trunco perforato construere. Rostrum enim rigidum, quo terebrare quiduis queant, si foramen quis clauo obserare tentet, frangere aiunt, aut rostro, vt equidem arbitror, aut herbae vi ipsis notae. C. Sed quid pico cum *Roma* commune? A. Dicam: quod Romulum Martis filium fingerent, & haec sit illis sacra auis, quam Latini *picum Martium* nominant. *Aelianus lib. I. Hist. animal. cap. XLV. & Plin. li. X. Nat. Hist. c. XVIII.* Hinc fabula fortasse inualuit, hanc auem & lupam Marti sacras liberis eius suppetias tulisse. C. Equi-

E dem citius credam, his Martis liberis opem tulisse, eius qui Faustulus dicitur coniugem, quòd ob vitae turpitudinẽ & impudicitiam *lupam* appellarint, vt hodieq; scorta lupas nominant. A. Verius id sane, & in nummis *Fostlus* pastor cuditur: & haud scio an quis Romae cognomentũ id tulerit, siue Põponius quis, aut Pompeius, gentis-ve alterius. Inscriptũ enim dumtaxat SEX. POM FOSTLVS. Sunt qui fausti ominis auem, felicisq; ingenij fuisse arbitrentur; hoc Ennij versu, *apud M. Varr. li. III. de re rust.* *Augusto Augurio postquam inclyta condita* ROMA *est.* Verum rarae istae sunt aues; Quas vero Romulus & Remus augurantes viderunt,

plures

plures ſane numero erant. *Romae* adhaec nomen frequens admodum argenteis in A nummis, interdum & in aureis: in quibus etſi auerſa in parte imagines longe inter ſe diuerſae, caput tamen caſſide cinctum omnes praeferunt, *Romamque* haud dubiè repraeſentant. Nunc de *Germania* videndum, quando & de *Italia* dicere coeptum, & poſt *Galliam*, Alemania ſequitur, quae & olim *Germania* dicta.

GERMANIA.

IX. In nummis Domitiani Aug. femina inſidet ſeminuda clypeis, pone trophaeum certis appenſis armis, iuxtaque captiuus ingenti ſtatura manibus à tergo reuinctis, adſcriptumque GERMANIA CAPTA. ſignificat gentem male tunc habitam, quod nuda ſedeat, & inermem fuiſſe, etſi vaſtis corporibus. In Hadriani vero no- B miſmate matrona eſt erecta, haſtam dextra tenens, laeua vero ſcutum. Nunc de *Pannonia* ac de *Dacia* continenter agendum.

PANNONIA.

X. In nummis Decij Aug. duae ſtant matronae, cum cohortis inſignibus altera tenentes, dextras vero in caelum tendentes, quaſi ſe dedant, aut pacem poſcant. Duplex autem *Pannoniae* prouincia fuit; *ſuperior & inferior*, quibus praeſidio Romanae cohortes impoſitae. In nomiſmate L. Aelij femina eſt pannis ſuffulta, quod frigore damnatam eam regionem declarat: turrib. caput reuinctum, vt vrbibus frequentem regionem oſtendat. Dextra haſtam cum vexillo tenet, ſiue co- C loniae id ſignum, ſiue militiae eſt, ſiniſtra veſtis lacinia pilas tenet, ſiue tributi id argumentum eſt, ſeu copiae auri, & argenti.

DACIA.

XI. In eiuſdem Decij nummis matrona ſpectatur veſtibus compta, dextra haſtam ferens, & in vertice aſini caput, alteriuſ-ve animantis inſignia, fortaſſe regionis illius, qualia in Auguſti Caeſaris nummis cum trophaeis ſpectare licet: ſiniſtra autem veſtis ſinum diducit. In alio nummo ſigniferi forma cuditur, pelle leonis aut lupi caput tegentis, cum coloniarum inſignibus. In altero rurſum eodem modo, excepto capitis velamento. In Traiani autem nummis, eiuſdemque columna Romae erecta, alio ſigniferi indumento viſuntur. C. *Dacia & Pannonia* quomodo D nunc appellantur? A. Credo equidem prouincias eſſe *Auſtriae, Bohemiae, Hungariae*, vicinamque *Tranſyluaniam, Valachiam, & Moldauiam*. Sed ad *Aſiam* priuſquam pergam, de *Sicilia* Inſula agendum, quae *Italiae* quondam vt pars † adhaeſit, aut ſi id minus verum eſt, finitima ſaltem iacet.

† *Virg. 3. Aen. Iuſtinus.*

SICILIA.

XII. Haec inſula plerumque in nummis tribus cruribus diuaricatis repraeſentari ſolita: in quibuſdam etiam in medio vmbilico feminea apparet facies † cum ſpicis. Neque dubium cuiquam eſſe poteſt, *Siciliam* antiquitus *Trinacriam* appellatam, à tribus promontorijs Inſulae, tres angulos formantibus, quod & triplici cru- E re deſignatur. Haec autem olim dicta ſunt, *Pelorus, Pachynus, & Lilybaeum. Pelorus* hodie portus Meſſanenſis, Italiae obiacet, Scyllaeque opponitur. *Pachynus* Pelopōneſum Graeciamq; verſus iacet: *Lilybaeum* autem Drepani portus Libyam verſus in Auſtrum procurrit. Spicae fertilitatem tritici oſtendunt: vnde nata fabula, Cererem dum raptam à Plutone filiam Proſerpinam quaereret, frumentum tuliſſe, quod ſponte primum in Sicilia ſit enatum: exindeque frugibus ac pane veſci homines, qui antea glandibus paſcerentur, coepiſſe. In Manij Aquilij nummis

† *Steph. Pighius prooemio in li. VII. Annalium Roman. Marc' III. Aeneid. Mela lib. II.*

A mis Dux ipse Romanorum fortis seruili bello in Sicilia profligato, victisque rebellibus spectatur, armis tectus, feminam humo tollens, inscripto insulae nomine, SICIL. Venio ad *Asiam*.

ASIA.

Duo Nomismatum genera hoc nomine cuduntur; in quibus multa occurrunt, XIII.
quae, quod non satis assequar, explicare nequeo. Augusti enim Caesaris sunt his litteris insigniti, ASIA RECEPTA. estque victoria columnae insistens, siue trophaeum id, siue pulpitum appellare libet, & vtrimq; serpentes gemini satis ab inuicem separati. Eâdem quoque formâ, litteris tamen diuersis, in Vespasiani nummis aliorumq; reperitur, & haud scio, sint-ne Augusti trophaea, in ostijs Asiae atque Europae collocari iussa, quod serpentum spirae denotare videntur. In
B Hadriani autem Caesaris nummis matrona est, sinistra nauis gubernaculum attollens, dextra vero serpentem tenens. In alijs vasi immittit Cornu-copiae non dissimili: quod vas vncum acutum velut anchorae, nisi potius vomeris est, ostentat: In medio sinu pilae ternae apparent, dextrumque pedem puppi nauis imponit. Pilae autem seu globi, vectigal notant: Clauus vero & puppis maritimam esse regionem, qua nisi naui, Romam perueniri non posset. Ephesus autem portus erat, quo Asiae Proconsules conscendebant, vt quidam in Pandectis refert Iurisconsultus: neq; amplius quid super hoc nũmo, prouinciaq; *Asiae* in praesens occurrit. Ad *Iudaeam* itaq; propero, cuius crebra est in sacris etiã litteris mentio. *Vlpianus L. 1. Tit. 16. L. 4. §. quaedam.*

C

IVDAEA.

In Vespasiani ac Titi eius filij nummis matrona sedet ad palmae radicem, quod finitima sit *Iudaea* Phoeniciae, à palmarum copia nomen sortitae. ΦΟΙΝΙΞ enim XIV.
Graecis & palmam arborem, & auem vnicam significat. Adhaec in Triumphali arcu Romae in Titi Vespasiani honorem exaedificato triumphus cernitur de Iudaea & Hierosolyma, spectanturque candelabra templi Salomonis adeo celebrati. Alia item de quibus alias erit disserendi locus. Pergo enim ad *Aegyptum*, quae & ipsa sacris in litteris frequenter occurrit.

AEGYPTVS.

D In Hadriani nummis ita inscriptum hoc nomen quarta vocali O: AEGYPTOS,
quomodo Graeci nominant, sedetque matrona sistrũ manu tenens, quod instrumentum reticulo illi simile, quo hodieque Franci pilas supra funem in sphaeristerio agitant, nisi quod tres quatuorque cordarum ordines transuersim praeferat. Musicum autem erat organum, quo *Isidis* Deae sacerdotes in Aegypto vsi, & in filij eius *Harpocratis*, & *Onocephali* sacris, quae Aegypti numina in nummis etiam cum sistro spectãtur. *Sistrum* autem Poëtae *Isidis* sacris adscribunt, vt Tibullus li. I. Eleg. III. Propertius lib. III. Eleg. XI. & Virgilius Cleopatrae Aegypti Reginae lib. VIII. Aeneid. ver. 696. XV. *Apul. lib. vlt. de asino aureo.*

Regina in medijs patrio vocat agmina sistro.

E *Harpocrates* autem manu silentium indicit, indice ori admoto. *Onocephalus* autem caput asini habet, cetera humana forma, dextra sistrum quatiens, vt in Valentiniani nummis spectatur, adscriptumque: VOTA PVBLICA: alibi vero: DEO SARAPIDI. Alterum adhaec animal canis capite superstitiosi Aegyptij in Dijs numerarunt, *Cynocephalum* hinc dictum, etsi in nummis videre non contigit, in alijs tamen Antiquitatis monumentis interdũ occurrit, & Isidorus Hispalensis Mercurium Trismegistum pingi sic solitum auctor est, ob ingenij sagacitatem, qua canes etiam commendantur. In Hadriani praeterea Imp. nummo illo basi colum- *Ausonius, & Io. Goropius Becanus in Hieroglyphicis, Tomo 2. Operũ eius. L. VIII. Etym. cap. XI.*

F nae

nae auis insistit peregrina; atque ignota, rostro oblongo, atque intorto, cetera ciconiae similis, quae *Ibis* dicta, cultaque vt Dea ab ipsis Aegyptijs, duo ob cōmoda. Primo, quod serpentes terra erueret, necaretque: deinde quod medicos clysteris vsum aluū sibi, rostro immissâ aquâ, purgans prima docuerit. C. Hinc fortasse Naso Satyricū opus inimico conscripsit, quod *In Ibin* inscripsit. A. Credo equidem. In Augusti nummis *Crocodilus* cuditur, additis litteris AEGYPTO CAPTA. Item in nummis Nemausensis in Gallia coloniae *Crocodilus* cernitur, palmae ramis alligatus, cum corona, qua victoria Caesaris Augusti de Aegypto designatur. In Iaspide rubro sculptum lepide vidi talpam pedibus erectum Crocodilo insistere & hydraulicas tibias duas inflantem. C. Quid sunt tibiae hydraulicae? A. Quae aqua plenae sonant, vt hodieq; pueri nostri solent figulina testa lusciniae cantum aquâ imitari. C. Sed *Crocodilus* cui similis? A. Similis lacertae, nisi quod dentibus vincat qui noxij sunt & grandiores, neque reperiuntur praeterquā in Nilo, & Nigro Africae flumine: &, vt quidam asserunt, in Indiae quibusdā fluminibus vbi lacertae nominantur. Catalaunus quidā Poëta Leandrum fingit cum mare tranaret Crocodilos expertum, sed

Plinius lib. VIII. c. 27. & X. c. 28.

—— *pictoribus atque Poetis*
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.

Verum quia de *sistro* facta mentio est, de *Alexandrea* nunc disseram.

A L E X A N D R E A.

XVI. Ita scribitur in nummis M. Lepidi, quibus facies matronae turritae spectatur, & in auersa parte Regem Lepidus coronat, adscriptumque: M. LEPIDVS TVTOR REG. Rem gestam Valerius Maximus narrat lib. IIII. Memorabilium cap. IIII. Meminit & Horatius lib. IIII. Carminum.

—— *Quo die*
Portus Alexandrea supplex,
& vacuam patefecit aulam.

In nummis Imperatorū cū sistro visitur dextra praeferens, altera vero scapham. *Alexādrea* enim ad Nili ostiū erat; qui fluuius in Aegypto caput habet, vbi & sistri vsus, & Alexandreae sacerdotes multi, qui sistro vterētur. In Hadr. nummis matrona sedens cū modijs tritici ac frumenti, spicas manu tendens, fertilitatē copiāq; demonstrans frumēti, quod Romam deportaretur, cuius rei & in Iure ciuili mentio, titulo *de frumento Alexandrino*. C. Vtro modo scribendum *Alexandrea* an *Alexandria*? A. Nihil sane interest, modo extendatur paenultima. Graecis enim diphthōgus est EI. Ab Aegypto rectè ad *Arabiam* cessionē faciā, vnde & *Arabi* in Hispania notissimi fluxerunt, vt & ab Aegypto ij, quos *Zingaros* vulgo nominant.

A R A B I A.

XVII. In Traiani Caes. Optimi nūmis, stantis est persona, Imperatoris ni fallor. Altera enim manu parazonium, dextra vero ramum tenet, qui, vt apparet, odoriferae arbori decerptus est. Alibi videas feminam capsulam longiorem tenere, altera ramum illum: ad pedes vero dromedarius est seu camelus, quo animal illud mitti solitum significant odoribus onustum, appositis interim literis, ARABIA. ADQ. hoc est *adquisita*. Adiungatur his *Armenia*.

A R M E N I A.

XVIII. In nummis M. & L. Antoninorum fratrum matrona armis insidens, in quib. arcus & sagittae. Pileumque gestat Barbaricum, qualem Venetijs duces, ac Troiani in Virgilio Bembi Cardinalis depicti. Reliquum nihil, nisi vt de *Cappadocia &* *Mesopotamia* dicamus.

CAPPA-

A CAPPADOCIA.

Mulier spectatur turrib. coronata in Hadriani nomismate, ostendens frequenter habitari, & manu pilam tenet, vt in *Pannonia* dicere memini, aut quia vectigalis prouincia; aut quia auro argento-ve abundat. Sinistra vexillũ tenet aut signum equitum proprium. Hinc & *vexillationes* de turmis equitum dictae. B. Peditum vero cohortes quo signo vtebantur? A. Legiones singulae *aquilam* sculptã gestabant, hastaeq; impositam, auro, argento-ve incrustatam. B. Bicepsne haec aquila fuit, vt nuper in Caroli quinti Augusti insignibus? A. Prodigij simile id fuerit. *Legio* decem cohortes tenebat, & singulae cohortes suum quaeq; signum pro vexillo gestabãt; siue lupi caput, siue Minotaurum, auctore Vegetio, aut dextram, rem-ve aliam, Tribuni militaris arbitrio. Hi antesignani signum similiter gestabant auro argento-ve intectum, aut quo vellent colore intinctum, hastae impositum, ac circulis ornatum, vt in nummis apparet, & in eo Mariani Scotti, vt creditur, libro qui *Notitia prouinciarum* circumfertur inscriptus, vbi cohortium aeui illius signa; Quem ego librũ colorib. depictum penes me seruo, qualis alter Romae depictus inspicitur. C. Dic, quaeso, nisi molestũ est, insigniũ familiae cuiusq; colores, in Hispania Galliaq; omniq; adeo Christiano orbe vsitati, antiquine sũt, & hinc sumpti? A. Pronunciare id alias licebit: Illud tantũ dixero, quib. hodie insignib. vtũtur, ea nõ vsq; eo vetera videri, vt vix quingẽtesimo ab hinc anno coeperint. Repetamus interim *Cappadociae* vexillũ Prouinciae fortasse propriũ, quod eã equitũ turmae tutarẽtur, vel quod colonia eo deducta sit, vt in patriae nostrae Caesaraugustae nũmis apparet: in quib. vexillũ est, & in auersa parte iugũ boũ arãtium, quod est Coloniarum symbolũ: quo de inf. erit Dial. VII. disserendi locus.

MESOPOTAMIA.

In Traiani Aug. nummis haec graphicè prouincia sculpitur, vt nomini figura probè respondeat. Dicta enim Graecis, quod in fluminum duorum medio sita sit. Hinc & femina duos inter fluuios sedet capite mitrata: & pone Imperator stans, cuius ad pedes illa sedet. Flumina autem *Tigris & Euphrates* sunt. B. Vt cognoscam *Tigrisne an Euphrates* sit? A. Planũ id mox reddam cũ eo ventum erit. Accingor n. ad flumina, prius tñ vt de *Tiberi* dicendũ sit: mox ordine de ceteris.

TIBERIS.

Cum de *Roma*, si meministi, verba facere, spectari in nummis Vesp. dixeram flumen cusũ, iuxta *Romae* effigiẽ, *Tiberis*, haud dubie. Fluuij autẽ fingi ac pingi sic soliti: senex acclinis vrnae incubans, oris angusti aquam euomentis, altera vero manu arundinem gestat, & arundinibus cinctum caput. Senex autem fingitur, quod ab orbe condito originem flumina duxerint. Hydra autem capita seu fontes fluuiorum notat. Arundines vero ingentes aquarum copiae, vbi nascuntur, est argumentum. Quandoquidem attribuũt & nomismata Cornu-copiae manu tenere, fertilitatem vbertatemque tritici, aliarumque frugum, quae ab aquis exsistunt, denotant. In M. Aurelij Antonini nummis fluminis titulo & absq; nomine figura iacentis spectatur, parua addita scapha, signans nauigari flumen solere, nisi forte barcã, qua Romulus & Remus Vrbis *Romae* conditores demonstrentur. In Vaticano Pontificis Maximi palatio Romae, in hortis, statuae duae ingentes marmoreae spectantur fluuiorũ principũ *Tiberis ac Nili*: Tiberis, praeter Cornu-copiae, cuius iam facta mentio est, lupam astantem habet lactantem geminos. Memoria quoque teneo, obseruasse me, in Capitolio Romano, visa lupa illa ex aere, infantem vnum mammam sedendo quiete ac iucunde ore trahere, Romulum equidem interpretor: alterum vero poplite vno terram contingere, aliamque mammam

attingere velle quidem, non posse tamen; hunc Remum accipio, qui fratri augurio victus seruijt. Sunt & in Vaticana illa imagine ad oram cymbae, quae sursum deorsum secundo flumine feruntur nauigijs apto, ostendentes quibus merces annonaque Romam mari deportatur: aliae item scaphae deorsum labuntur, alijs onustae mercibus. A

NILVS.

XXII. *Philostratus de imaginib. Lucian. in li. qui Rhetor seu Magister inscribitur.*

In Hadriani nummis, cum Romanis tum Graecis eiusdem Imperatoris *Nilus* cum Crocodilo pingitur, itemque Cornu-copia: quo de iam diximus. *Crocodilus* autem hoc in flumine degit, cuius in locum *Hippopotamum* alibi locatum videas. B. Huius animalis quae forma? an equi marini, quomodo quidam pingunt, & nomen sonat? A. Hi pictores nominis etymō secuti sic delineant: etsi tamē nomen sic sonet, nummorum tamen figura equo absimilis est, similis magis corporis mole vrso, quo tamen ferocior ore ac dentibus apparet. De altera Pontificij horti in Vaticano statua dicenda plura videntur, vt singulatim de fluminis incremento, certis cubitis per interualla designato, cuius loco puerulos artifex cubiti interuallo distinctos graphice posuit: qui pueri à pede sursum versus humerorum tenus consistunt. Cum autem qui summo est loco spicas adaequat, fructusque Cornucopiae, fertilitas summo incremento accommodatur: Qui autem infantes Cornu-copiae superant, eiusq; fructus sterilitas monstratur, quod Cornu-copiae cum Deo flumine mergatur. Hanc nobis explanationem C. Plinius suggessit; cubitos quibus incremento Nili fertilitas Aegypti comparatur, exhibet: quotque cubitis assurgat, cum sterilitas terrae accidit. B. Satis haec tua placet interpretatio. A. Accedit & alia figura veluti Sphingis, quam brachio senex tenet, capite virgo, corpore leo: qua ostendere voluerunt, Solem ingredi Leonis signum Zodiaci cum coepit Nilus crescere: Virginis autem signum tenente, decrescere ac veluti exhauriri. C. Contra mihi videatur crescēte nimirum Nilo Leonis signum collocandum fuisse. Ac reliquum Virginis cum decrescit ac desinit. A. Nequaquam; sic enim signa Zodiaci posita, vt Leonis signum extremum appareat, quomodo & Astrologi in phaenomenis collocant. Quamobrem hic postica pars, vt Virginis principium, quia Sol eius intrat initium. Et Horapollo, qui de hieroglyphicis notis scripsit, marmoreos leones pro foribus collocari solitos scribit; vt vbertatis augurium. Sic & *Nilus* Sole Leonem obeunte. Leones autem cum Virginis capite plures Romae vidimus ex Aegypti marmore. B. Quā modo *Sphingem* nominasti, estne formae eiusdem? A. Alias erit de his differendi locus. Illud tantum in praesens, alatam sphingem fingi; haec vero alis destituta; de quib. tamen versus Ausonij Galli exstat: B C D

Lib. XVIII. Nat. hist. ca. XVIII.

Sphinx volucris pennis, pedibus leo, & ore puella.

† *Dialog. V.* *Aelianus hist. animal. li. 12. cap. 7. & 38.* *Vide Iunij emblemata.* * *Lib. VIII. Nat. hist. cap. XXV. Diod. Sic. lib. 2. Bibliot.* *Melch. Guiland. de papyro Cōmentarius.*

In Nili statua, quae, vt dixi, † in hortis est Vaticanis varia circumcirca animantia spectantur, & herbae, Aegypti propria; vt Crocodilus, & Hippopotamus, vt Ibis auis, aliaeque, qualis Crocodili aperto ore dormientis, dentes purgans auicula, Plinio* auctore, Quo etiam dormiente aliud nihilo maius pede animal *Ichneumon* dictum coeno tectum, cui se identidem inuoluit, ac in Sole apricando indurat. Sic igitur armatum Crocodili ore aperto dormientis ventrem subit, visceraque arrodit: cumq; mortuū sentit, cute perforata, hostili satur sanguine victor egreditur. B. Haec pugna quā rectè in illa horti Pōtificij statua sculpta apparet? A. *Nili ac Tiberis*, de qua iam diximus statua, est Romae posita, cum illic Pontificius Iudex sederem, & amicus quidam meus interpretationem euulgauit. De herbis vero *Papyrus* est, quam propemodum vocem vulgari sermone Hispani tenemus pro charta. *Papyro* enim veteres pro charta vsi. C. Herbae illius ecquae forma? E

A. Equi-

A A. Equidé non facile dixero: folia tamen duo antiquae papyri monstrare queam, cum litteris inscriptis sexcentorum annorum, quibus discas non in omni folio, vt quidam credunt, scripsisse veteres, nec; vt in pergameno aut membranis, sed sic folia concinnabantur: Folia in longum, quaedam in latum extendebantur, & his rursum tertia agglutinabātur, quibus iam inscribere licebat; & ita fere Plinius, ad conglutinandum Nili fluminis aqua vsos. B. Folia illa videre equidem exoptem. A. Cernere mox licebit. Hic nihil aliud de Nilo reliquum quam illud: cum fontes eius originemque veteres, nisi diuersos admodum ostendere possent. Hinc in nummis capite operto est, & Ouidium puto cecinisse, loci naturam & Phaëtontem originem Nili texisse, quod mersus eius fonte caput ibi texerit, vt ludens ait Poëta noster Garsilassus. Lusitani nostri, & fontem scire se profitentur, & Niliaci causas incrementi, quarum illa certissima, mea quidem sententia, B quod Deus Opt. Max. sic condidit, & ignorari eius originem voluit, vt & quatuor Paradisi fluminum (quorum è numero & *Nilus* est) quae crescendo Vniuersi regionem irrigabant. Nunc de *Tigri* videamus. [*De Nili incremento ex Herodoto & Anonymo multa ad Ctesiae fragmenta in nupera Herodoti editione collegit Godefr. Iungermanus.*] Li. XIII. Nat. hist. ca. XI. & XII.

TIGRIS.

In nummo illo Traiani Augusti, in quo *Mesopotamiam* cusam diximus, & hic fluuius spectatur appictus. Itemq; in Graecis quibusdam nummis marmoreaq; Capitolij statua. nomen autem mutuari aiunt flumen à celeri aquarum lapsu, & C ab eiusdem nominis fera Tigride. B. Quaenam est ferae illius forma? A. Vidi equidem ex aere antiquo, & viuam videre memini, spectaturque cum Baccho in Graecis nummis, & Antiquitatis monumentis. B. Tuam vidisse imaginem sat erit; sed de *Euphrate* ecquod singulare signum est? A. In eodem illo *Mesopotamiae* nummo, titulo caret, ac signo, quo discerni queat: Sed quia *Mesopotamia* duos inter fluuios *Tigrim & Euphratem* sita regio cognoscitur, voxque ipsa indicat; *Tigris* ab animali cognoscitur, & ab eius vicinitate *Euphrates*. B. Quae flumina praeterea in nummis reperiuntur? A. Nulla quidem nunc occurrunt praeter *Danubium, Caystrum, Maeandrum & Melen*. XXIII.

DANVBIVS.

D Scribitur in Traiani Caesaris nummis geminata V. littera, DANVVIVS. DANVBIVS tamen in Constantini nummis est per secundam litteram. Spectaturq; senex velo caput obtegens, & sinistra vrnam tenens, aquam effundit; velato est capite, diuinitatem ostendens. diuina enim & aeterna principio carent; aut, vt cornua tegat, quae, vt post dicam, fluminibus appingi solent omnibus: aut denique quod cum nummus hic cuderetur, fons illius adhuc incertus lateret. Quo pertinet hic etiam Ausonij Galli versus, qui Poëta post Traianum Aug. floruit: XXIIII.

Danuuius penitus caput occultatus in oris.

Verum C. Plinius, Ptolemaeus, & Corn. Tacitus eius originis (vt rei certae) E meminerunt, etsi de loco non vsquequaque consentiant.

ΚΑΥΣΤΡΟΣ.

Totidem litteris *Cayster* fluuius in Graecis nomismatis cuditur ab Hypepenis, neque fluminis diuersa forma est: cuius sic meminit P. Maro: XXV. Lib. I. Georg. v. 384.

Dulcibus in stagnis rimantur prata CAYSTRI.

MAEANDER. A

XXVI. Graecum nomisma hoc flumine insignitum vidimus, quatuor adscriptis litteris ΜΑΓΝ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. hoc est *Magnetorum*: quorum secat regionem *Maeander*, sculptusque taurus est. Ad cuius pedes instar fimbriae vestimenti figura apparet, quam & Maro eodem eum fluuio nomine, sic describit:

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit.

B. Sed quid tauro cum flumine? & cur fimbria, ac fluuius vnum idemque nomen sortiuntur? A. Quod nomen fimbriae quam fluuius vetustius sit, ideo forte fluuio ac fimbriae similitudine nomen inditum: vel saltem (quod vero magis simile est) ab anfractibus fluminis fimbrijs datum *Maeandri* nomen. De tauro iam diximus, cum de Cornu-copia verba facerem, & Acheloum fluuium tauri specie cum Hercule certasse. Aelianus adhaec in Varijs refert, cornua veteres taurorum cornibus similia fluminibus tribuisse. Hic fluuius est, cuius sic Naso meminit. B

Lib. 2. Variae hist. cap. 33.

Ad vada Maeandri concinit albus olor.

ΜΕΛΗΣ.

XXVII. Legitur hoc nomen in recentiore nummo, cum Homeri effigie ac nomine cuso, cuius in auersa parte fluminis imago, dextra lyram tenens, *Homerum* autem Melesigenem fuisse contendunt, ad Melem fluuium, non procul à Smyrna natum. Inscriptum autem fuisse Fuluius Vrsinus docet ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. libro Imaginum antiquarum. Memini & alterius fluminis figurae in exiguo Hispaniae nummo sic inscripto: HIBERVS. II. QVINQ. Viri est effigies aquam veluti ore euomentis, quod symbolum est *Hiberi* nostri, à quo & *Hiberia* dici solita Hispania. B. Quid reliqua huius nummi nomina sibi volunt? A. Equidem sic lego: *Duumuiri, Quinquennalis.* In auersa autē parte lego C. LVCR. P. F. II V. QVINQ. hoc est; *Caius Lucretius Publij filius, Duumuir Quinquennalis*, significans quinque annorum magistratum esse. B. Sed cur fluminis effigiem nomenque praefert? A. Ideo fortasse quod duumuir ille, verbi gratia, Celsae Coloniae, non procul ab *Hibero* nomen commune cum flumine habuerit: hinc fluuium nūmo, etsi inficeto ac rudi impresserit, collegasque nominarit. B. Exstant-ne in nummis etiam *viae publicae?* A. De Vijs venit tantum in mentem *Traianae & Portus Ostiensis*; quibus explicatis diem, sermonemque hodie claudemus. C D

Philostratus in Iconibus.

VIA TRAIANA.

XXVIII. In Traiani Augusti nummis matrona lapidibus insidens ferulam manu gestat, sed potius, vt alijs placet, arundinem quatit: altera manu rotam praefert, significans nimirum viam hactenus saxis impeditam, ac vix peruiam, currib. nunc, iumentisque patere. Similem figuram explanare memini Dialogo II. cum de *Fortuna Reduce* sermo est habitus; ad *Portum* propero *Ostiensem.* E

PORTVS. OSTIENSIS.

XXIX. Discimus è Neronis Augusti nummo scribendi rationem *Ostiae* sine aspiratione, deriuato ab ore etymo, quod Tiberis sit ostium. At *Hostia* cum spiritu victima est, quasi *hoste victo caesa.* In Portus ostio columna est, cui Nero insistit, vel Augustus Caesar, lychnum manu praeferens, & cauam fuisse verisimile est columnam, vt lucernam facesque noctu, nauibus introeuntibus accenderent. Cuiusmodi turres *Pharos* in portibus ab Alexandrina illa nominarunt. Italici quoque

nautae,

A nautae, hodieque *Faroni* aut *Fanaliem* triremium actuariaeque classis nominant. Qua parte laternae pensiles sunt in portum inuehi; euehi vero altera ex parte, ne inuicem impedimento essent, licebat. Lunae formam portus praefert, cuius in vmbilico statua est *Portumni*, vt opinor, portus Dei, aquae insistentis, piscemq; manu gestantis, altera vero remum : vel, vt alij dicunt, clauem : Non-nemo vestem attollere putat, quasi adnauigantes accipiat. Huius Dei meminit M. Varro, itemque Festus Pompeius . Hinc inde apothecae sunt mercibus recipiendis; templumque in portu moli impositum. Apparent & vnci, & annuli, quibus alligari triremes queant. Nauem ibidem constitutam, quae alias à tempestate defenderet, refert Suetonius Tranquillus. Est & in Traiani nummo inscriptum. *Sueton.*
B PORTVS TRAIANI, quem hodie Anconitanum esse putant. Haec aliaque clarè nummus exhibet, quem studiosè inspicito. Vela enim in alterum diem colligens finem facio: aliâs haec vrgere licebit, ac pertexere.

ARGVMENTVM
DIALOGI IIII.
DE ÆDIFICIIS.

Colizeum, quid.
Theatrum & Amphitheatrum.
Circus.
Opus Doricum, 2. Ionicum, 3. Corinthium, 4. Compositum in Architectura.
Meta, in Circo.
Septizonium Seueri.
Nymphaeum.
Circenses cursus.
Hippodromus, via Appia.
Caeciliae Metellae monumentum.
Echo memoranda.
Obelisci Romae.
Circus Maximus Romae.
Circenses ludi vnde dicti.
Forum Traiani.
Arcus Romae.
De Traiani anima, & B. Gregorio, an fabula?
Columna rostrata C. Duilij in Capitolio.
Columna Christi, Romae.
Ti. Minutius Augurinus Trib. pleb.
Moles Hadriani.
Consecratio quomodo fiebat, ex Herodiano.
Aquila volans, vel pauo, in Apotheosi.
Mausoleum Augusti.
Hieroglyphica in obeliscis.
Arcus Titi Vespasiani, Seueri, & Constantini.
Numa Pompilius & Ancus Marcius, in nummis Philippi, & C. Censorini.
P. Appuleij Lariscoli nummus.
Regula Nomismatum mediae aetatis, ex obseruatione.
Puteal Libonis quid.
Puteal Thaddaei Cordubae.
Ciceronis de Puteali locus lib. 4. de Diuinat. & Io. Pierij Valeriani.
Quae sint Comitia, Centuriata, Curiata, & Tributa.
Bonus Euentus, opus artificum.
Rostra, quis locus Romae.
Pallicani nummus expositus.
Tribunitia potestas, quae.
Asconij Paediani locus.
L. Corn. Sulla, quid de Tribunis Pl. decreuerit.
Triumuiri Reip. constituendae qui.
Lex Regia Romae vbi spectetur.
Labeo Iureconsultus.
Tribunitia potestas, & Pontificatus, in nummis Caesarum.
Numeri quid in ijsdem designent.
Macellum Romae.
Magna domus Neronis.
Suetonij locus de Veijs explicatus.
Villa Publica Romae.

ANTO-

ANTONII
AVGVSTINI
ANTIQVITATVM
IN
NVMMIS ET INSCRIPTIONIB.
DIALOGVS IIII.
DE AEDIFICIIS ROM.

B. MVLTA adhuc de *Nomismatis* restant interroganda, & vnde ducam initium equidem ignoro, nisi fortè à publicis *aedificijs*, in nummis repraesentatis. Memini enim hesterna die Te Prouincijs ac Ciuitatibus *aedificia* recensendo subiecisse. A. Recte sane, atq; ordine haec subijciantur, veluti membra Ciuitatis praecipua: Et vero iuuat in primis Romae spectare opera admiranda Romanorum veterum, quae temporis iniuria, gentiumque Barbararum irruptiones reliquerint. Certe Pub. Victor & Sex. Rufus in vrbis Romae regionibus fora plurima numerat, arcusq; triumphales, Columnas, Basilicas, Theatra, Amphitheatra, Circos, ac potissimum Templa, aliaque spectatu digna. B. Quid, quaeso, Romae *Colisaeum* nominant? A. Amphitheatrum illud est, à Vespasiano Imp. inchoatum, & à Domitiano eius filio absolutum. B. *Theatrum* vero, *Amphitheatrum*, & *Circus*, quia vt diuersa iam enumerasti, quid distant? A. Forma differunt. *Theatrum* enim semicirculi figura est: *Amphitheatrum* vero orbiculari ac rotunda. *Circus* oui figuram praefert. In Theatris Comoediae, Tragoediae, & Mimi ab actoribus & histrionibus exhiberi solebant. In Amphitheatris, venationes animantium omnis generis cum ferarum, tum cicurarum. Ludi adhaec gladiatorum, aliaeque exercitationes, vt lucta, vt saltus, vt caestus, & id genus alia. In Circo equi currebant, aut singuli, aut quadrigae: sed potissimum quatuor factionum curriculum erat, quae coloribus inuicem discernebantur, vt *Albati, Russati, Prasini & Veneti* dicerentur, de quibus nuper disserere memini. B. Si igitur *Colisaeus*, vt dicis, Amphitheatrum est, Comoediae, Tragoediae hic non dabantur, sed venationes, & pugnae gladiatorum. Verum cur, amabo, *Colisaeus* dici coepit? A. A *Colosso*, magnae molis statua, Domitiani Caesaris ibi reperta. B. Sed quid *Colossus*? num à Colossensibus ducta vox, ad quos S. Paulus epistolam misit? A. Minime vero, sed ab ingenti statua, gigantis magnitudine *Colossus* dictus: & idem Pub. Victor *Colossum* in quarta regione vrbis Romae collocat, centum duorumque pedum altitudinis, septemque ordinum, duorum & viginti pedum cum dimidio singulos. Obseruaui autem veteres hominum statuas eorum staturae adaptasse: Heroum vero, vt Achillis, vt Hectoris, vt Aeneae, & Herculis apud Agellium lib. 1. Noctium Attic. cap. 1. tertia parte maiores fabricasse: Deorum duplo grandiores. Cumque esset Rhodi *Colossus* mole incredibili, Soli dedicatus, sibi quoque Domitianus Aug. vt Deo, alterum poni iussit: hoc agens, vt pari cultu atque honore se afficerent, appellarentque Deum. Sunt hodieque in Capitolio Romae duorum fragmenta Colossorum; vnum marmoreum, aeneũ alterum; quae spectantibus

molis

I. Lipsius lib. De Amphitheatris, & Iul. Bulingerus.

Cassiodor. in Varijs, & G. Philander in Vitruuium.

A B C D

A molis magnitudine horrorem incutiant; caput autem aeneae illius statuae viri staturam adaequat, & Domitiani esse effigiem arbitror, vt & è marmore fuisse opinor. S. Pauli vero *ad Colossenses* Epistola, missa est ad Asiae gentem Laodiceae vicinam, quae *Colossae* dicta, à Graecis vero per primam vocalem ΚΟΛΑΣΣΕΙΣ. B. Colisaei imago spectatur-ne in nummis? A. Maximè, etsi plurimum in recentioribus, in quibus *Amphitheatri* interiora quaedam spectantur, vt & externa. Romae vero pars interior plane vastata, & pars sola exterior remansit. Hominem harum rerum intelligentem obseruasse recordor, quattuor columnarum ordines veterum hic spectari: primum quidem terrae proximum *Doricum* esse; secundum *Ionicum*, tertium Corinthium, eumque ceteris elegantiorem: quartum *Tuscum* seu verius *Compositum* dictum, qui columnas habet quadratas, non rotundas.

B B. Quid haec nomina differunt, & vnde dicta? A. Quantum assequor, tres primi ordines à Graecis inuenti, & inter se differunt, vt in ea ipsa Graecia linguarum variae erant dialecti, quarum *Dorica* crassior est, melior *Ionica* & *Aeolica*. Vtque *Attica* ceteris omnibus venustior, sic & in columnarum basibus forma *Corinthia* alijs elegantia antecellit, & sua cuique symmetria est ac modus; vt si quis Doricum Corinthio confunderet non secus peccaret, ac si quis Ciceronianum se professus (qui stylus Attico dicendi generi respondet,) M. Catonis & Plauti (qui Dores atque agrestes videntur esse, cum Ciceronis elegantia comparati) verba sine delectu commisceat, C. Compositus ordo ille quartus, quis est? A. Est altera Architecturae forma mista, sic à communi formâ appellata, C qualis in Dialectis Cõmunis est: vel aulicorũ sermo cũ Toletano in Hispania collatus: vel Petrarchae aut Boccatij in Italia, qui sermo Ciceroniano & Attico conferri vulgo solet. C. Rem nunc assequor: at multa veluti per Saturam lancem miscere visus es, facto gradu ab Architectura ad linguam Latinam, Graecam, Italam, atque Hispanam. A. Sic facto opus. Verum, ad Colisaeum vt redeam, spectantur in ijs quae hodie restant ruinis, exterius quidem ornamenta multa totius operis, vt statuae varij generis inter columnas sub fornicibus, item quadrigae multae. Intus autem videas Vomitoria: sic enim ostia vocabant, quibus ad spectandum ingrediebantur: gradus quoque ac scalae, per quas suum quisque locum occupabat. Cernere item licet virorum, feminarumque, suo in loco spectantium, capita solum, quam Arenam vocabant, vbi venatio pugnaque exhibita, vix in D nummis apparet murorum ambitu impediente. Apparet tamen in L. Reguli Nomismate, vbi ferae quaedam cum viris depugnant, vt coram spectare, quemadmodum qui in gradibus illis sedebant, propemodum videaris. B. Sedes Amphitheatri quomodo distinctae, discerni vt posset, si quis forte seruum ad se vocandum curaret, aut negotij causa aliquo mitteret? siquidem fornices seu arcus ac scalae graduum similes omnes inter se erant, vt & in Tabulis depictum cernas. Certe discerni aegrè poterant. A. In singulis fornicibus numeri erant positi, & quarto quoque arcu scalae erãt, quae in Vomitoria ferebant: quae & ipsae numeris notata erant, itaque distinguebantur. Quare si nondum gradus ascenderant E herus famulo imperabat, in fornice, verbi gratia, sexto ad se rediret: si in gradibus esset, ad arcum sextum veniret. Sin altius ascenderant, ad secundas tertiasve scalas ventitaret. Si ingressus Amphitheatrum, intra, inquit ille, vomitoria, ad dextram sinistram-ve me reperies.

De hoc Amphitheatro Valerius Martialis Epigrammatum initio sic canit:

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.

Enumeratisque ceteris orbis terrarum admirandis ita concludit:

Omnis Caesareo cedat laus Amphitheatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Pub. Victor Amphitheatrum regionis tertiae Romanae octoginta hominum millia capere potuiſſe commemorat. Sunt & alia in eodem ipſo nummo Amphitheatri ſpectanda, puta *Metae obeliſcus*, qui & in alijs eiuſdem, opinor, Veſpaſiani Aug. nummis ſingulatim exhibetur, vocantq; Antiquarij *Metam ſudantem*. Deinde aedificium eſt, quadrum, columnis cinctum duarum trium-ve contignationum, muris carens, quod *Septiſolium* nonnulli nominant. Verum hoc opus à Seuero Imp. longo poſt tempore aedificatum, ingenti aedes altitudine, vt & mare internum ſpectari inde poſſet. B. *Septiſolium*, quaeſo, cur dictum? An quod ſeptem ſolia ſeu ſolaria haberet? A. Ita nonnulli opinantur, viſebaturque patrum memoria pars eius machinae Romae duarum contignationum: Alij *Nymphaeum* appellarunt. Cui bono atque vſui eſſet non facile dixero; Suſpicor tamen Nympharum delubrum fuiſſe. B. Sed *Metae* quis vſus erat? A. *Metam* pro ſigno termini aut extremi accipio; viſiturq; in Circis veterum Nomiſmatum, & alibi, ternae etiã Metae ſimul ſpectantur: eſtq; penes me Corniola, vt Itali vocant, perantiqua, tribus inſculpta Metis, ad varie obſignandum. B. Decurrebant-ne equi in *Circo*, vt hodie equi in ſtadio, dato praemio ei, qui metam primus attigiſſet? A. Longe maiori cum voluptate veterũ curſus ſpectabatur. Neq; enim ſatis erat Metam primum occupaſſe, ſed vtrimque Metae erant conſtitutae in Circo, quo modo fere hodie in Troianis ludis, ſeu ludicris belli ſimulachris, quibus haſtis concurritur. Quadrigae itaque quattuor ſingulae quaternis equorum iugis (vnde *Quadrigae* nomen) ſimul in Circo decurrebant circum duplices Metas, ſuis quaeque coloribus, *albo*, *rufo*, *viridi*, ac *caeruleo*. Sortes adhaec mittebant, qui Metae proximus aſtaret, vnde egrediebantur, quiſ-ve ſecundum, quis tertium, quis quartum denique locum teneret. C. Currebant-ne forte vnus poſt alterum, quomodo hodie fere currus noſtri ac rhedae? A. Minime vero: ſed ſimul omnes quadrigae currebant, ac ſortitione locus cuique primus aut vltimus obueniebat, vt ad ſiniſtram eſſet *Meta*; eratque funis ſeu linea alba, qua continebantur. Locus vnde egrediebantur *Carceres* dicti, egrediebanturque quattuor ſimul, vt dixi, quadrigae, alteram Metam ambientes, vertenteſque circum metas quinies, aut ſexies, ſine pauſa. Spectabant autem è Circi gradibus ſumma cum voluptate currus nunc praeuertere, nunc anteuerti alternando, & haec viciſſitudo quinies ſexieſue recurrebat, nulla vt quies daretur, & coloribus inuicem factiones diſtinguebantur. B. Sed cognoſci qui poſſet toties metas ambiuiſſe currus, vt praemio conſequendo oportebat? A. Tenebant oui forma lapides ſuis quoſque coloribus: & iudices deſignati, quoties cuiuſque coloris currus ambiret, diligenter obſeruantes in ouis notabant; ſed de his omnique adeo *Circenſi* decurſione, quae interdiu ſaepe quater & vicies accidebat, copioſè Caſſiodorus Senator in Varijs diſſeruit, quae non deſcribo, locum digito indicaſſe contentus. B. Ludi iſti *Circenſes* num in antiquis Nomiſmatis ſpectantur? A. Vidimus ſanè in Antonini Caracallae, & Alexandri Impp. nummis aedificium, quod *Hippodromum* quidam nominant, *Circum* alij. Caracallae autem *Circus* hodieque Romae ſpectatur extra muros ad S. Sebaſtiani templum: ibidemque obeliſcus iacet, ſed fractus, Hieroglyphicis inſcriptus litteris, ſeu imaginibus. Hinc autem & ſepulcrum verſus Caeciliae Metellae (quod adiacet, eſtque vnum è maximis vrbis Romae Antiquitatibus:) mira vocis imago (echo Graeci nominant) auditur, vt quater aut quinies vox ibidem clamore ſemel pronunciata recurrat, aureſque feriat, etſi plures ſimul voces pronuncientur, ſingulae diſtinctè articulateque audiuntur. C. Admiranda profecto ac digna ſtupore narras. A. Narro quae ſaepenumero expertus ſum, fitque interdum, vt qui primi ſtupentes audiunt, poſt parietem latere credant homines, qui ſic reſpondeant. Tibia quoque periculum feci, & Echo

De Septizonio Seueri, vt alij appellãt, aliter Bernardus Gamuceus in Ant. Rom.

De Ludis Circenſib. *ſingulari lib. Onuphrius Panuinius Veronenſis.*

Seruius ad illud Virg. III. *Georg. v.18.* Centũ quadriiugos agitabo ad flumina currus.

Caſsiod. li.3. Epiſt. XI.

A Echo minutissima quaeque ter, quaterue & amplius referebant: Immo & hinnientem forte equum audiui, quem etiam sonum identidem repetebat. Redeo ad nummos, in quib. *Circus* formâ non vsquequaque rotundâ spectatur, & in vmbilico stat *Obeliscus*, & muri vtrimque, & hinc inde ternae metae, & singulis singula oua imposita. In muris autem Deae Cybeles, matris Deûm, statua est capite turrita, & leone inuecta. Sunt & aliae virorum imagines: delphini quoque, & equi visuntur. Clarius autem quam in nummis ea spectantur in Maffaei Card. aedibus marmori insculpta, cuius exemplar asseruatum à me editumque typis vides: item quendam linteo signum dantem, quod *Mappam* Latini nominarunt, fitque eius mentio in Iustiniani Nouellis, † alijsque scriptoribus. De Mappa in Ludis Domitius Calderinus in Annotat. †Nouella cv. & Authentica coll. 8. Tit. 6.

B *Circi maximi*, ceterorumque vrbis Romae nullum in Nomismatis vestigium: delineauit tamen egregiè Pyrrhus Ligorius, Neapolitanus, amicus, dum viueret, meus, Antiquarius insignis & pictor, qui quamuis Latinae linguae rudis esset, quadraginta fere libros *Antiquitatum* de Nomismatis & Aedificijs quos reliquerat, vtinam heredes euulgassent. B. Qui, quaeso, Latinae expers linguae de his conscribere potuit? A. Non secus atque conscripsere Hubertus Goltzius, Aeneas Vicus, Iacobus Strada, alijque; quorum si libros inspexeris, omnes omnino auctores, tum Graecos tum Latinos, quotquot exstant, euoluisse credas. Aliorum nimirum opera vtuntur, cumque penicillo valeant, amplius eo quam penna praestant: sed ad nummos redeamus. C. Hic mane, pace quod liceat tua: C Referam quod de saltantibus per gladios, vix vt risum tenere possem, nuper legi. A. Licet profecto per me: dies enim hic productior vtrisque tractandis locum dabit. C. Incidi nuper in librum hominis, vt apparet, † eruditi, de *Ludo Circensi* per viam agentis: qui diceret in curribus strictos gladios plurimos circumtulisse, & leuitatem, dexteritatemque hominum per gladios saltantium, nullo tamen hinc accepto vulnere ostensam. B. Sed cuius potissimum in ridicula re vsus est auctoritate? C. Etymo nimirum, quod *veriloquium* est Varroni: quasi *Circenses* sint dicti, quod *circum enses* decurrerent. B. Ergo *Forenses* erunt quasi *foras enses*, & *Cordubenses*, quasi *Cordubae enses*: & de ceteris ad eundem modum. A. Etymologia multos in errorem inducit, cũ ab extrema syllaba sensum eliciunt, quam M. Tullius longe rectius *productionem verbi* in Topicis nominat, vt *Testamentum* † Hieronymi Romani, in Monarch. Eccles. Hisp.

D * idem est quod *Testatio*, non, vt quidam ineptè, quasi *mentis Testatio* sit. Ita hoc quidem loco manifestum est à *Circo* voces deriuari, *Circulum*, *Circenses*, *Circinum*, & id genus alias. B. *Fora*, num in nummis antiquis exhibentur? A. Equidem non memini, extra vnum *Traiani Caesaris*, domo Hispani: in quo aedificium graphicè cuditur, adscriptumque FORVM TRAIANI. Putatur non procul à *Columna* eiusdem *Traiani* forum fuisse: quod vnum est ex optimis Antiquitatis Romanae monumentis. Pridem autem Romae exijt volumen figurarum & armorum ex ea ipsa Columna Traiani; quae res spectatu sane digna & operaepretium adferat, Alphonsi Ciacconij ordinis Praedicatorum hominis eruditi ac diligentis explanatio. Haec columna in Nomismate Traiani visitur, & statuam eiusdem Imp. olim impositam fuisse hinc colligas. In altero quoque nummo *fori* *Laur. Vallâ li. IV. Elegãt. cap... Contra vero Alciat. in Ti. de Ver. signif.

E *Traiani* quadrigam videas, & duplex trophaeum, cum alijs statuis aedificio impositis. Arcus quoque triumphalis eidem Traiano Imp. dedicatus Romae fuit, & in Arcu, qui hodieque non procul ab Amphitheatro exstat, Constantino Caesari dedicatus, multae imagines graphicè sculptae ad Traianum pertinentes apparent. B. Huius sane Caesaris, genere Hispani, tot tantaque Romae exstare monumenta audio perlibenter. Verum aueo ex te cognoscere, quid censeas de B. Gregorij Pont. Max. facto erga Traianum, qui Deum obnixe rogarit vt ab inferis educeret, in coelumque vocaret; & an exstet monumentum illud, & vera-ne

sit historia? A. Alphonsi Ciacconij libellum legito: est enim in manib. *quaeq; Card. Baronius, Tomo 11. Annalium Ecclesiast. super his docte copioseq;, vt omnia, disseruit.* B. Equidem legi, propterea interrogo. A. Nihil habeo quod adijciam, fides sit penes illos. Res enim tota incerta, & nondum definita. Quamobrẽ hoc agamus. B. Sunt-ne aliae Romae *Columnae*, aut in nummis cusae apparent? A. Immo: Antonini Pij Aug. Columna cuditur, hodieque fracta nonnihil, & post eius Imperatoris obitum collocata; Hinc apparet, quod eius statua in apice ostendatur imposita; & infra aedificium quadratum Columnam ambiens. B. *Caij Duilij Columna* exstet necesse est, quod eius legatur, tametsi mutila inscriptio. A. Haec Romae reperta inscriptio est, ex quo vrbem reliqui. Columnae nihil vidimus, ne in nummis quidem; monumentum tamen egregium, nihilque in lingua Latina antiquius exstat. Explicauit sane insigni Commentario† Petrus Ciacconius, Presbyter Toletanus. Visitur Romae alia *Columna*, quae pretio ceteris praestat omnibus. B. Ecquaenam? A. Columna, cui CHRISTVS Dominus flagellis à Iudaeis concisus est alligatus, visiturq; religiose in aede Sanctae Praxêdis. B. E quo lapidum genere est? A. Alba est, & nigra, palmi aut amplius paulo altitudine: brachij autem supra cubitum magnitudine. Ferunt Cardinalem quendam eius tituli Palaestinâ Romam aduexisse, & Columnae nomen Romae primum tulisse, vbi illustris admodum COLVMNARVM familia est, & tota etiam Italia, extraq; clarissima. B. Restant-ne aliae in nummis columnae? A. Sunt profecto: quarum vna potissimum in mentem mihi venit: Ti. Minucij Augurini, eius qui Spurium Maelium, tyrãnidem Romae, distributo in annonae caritate frumento, affectantem deuicit: At de praemio, quo donatus Augurinus est, mire variant auctores. Sunt qui boue inaurato, alij Columna illi posita, vel statua extra vrbem remuneratum asserunt. Et Tribunum plebis fuisse, praeter eos qui tum creati erant, etsi Patricius esset: Alij alia asserunt. Illud constat, eo nomismate eorum confirmari opinionem, qui columna donatum ornatumque affirmant. In Augusti Caesaris nummis *Columna* cuditur, cui statua imposita, & vtrimque nauium rostra exstant: vnde & *Rostrata columna* dicta: nec à vero abhorret concessam ei à Populo Rom. partâ de Sex. Pompeio, & M. Antonio, & Cleopatra nauali victoriâ.

† *Qui Lugd. est excusus & Romae. Meminit & Quintil. explicatq; I. Lipsius li. II. Antiquarum Lectionum.*

T. Liuius lib. 4. Plinius lib. 18. cap. 3. & lib. 38. cap. 5.

B. Castellum Angeli, vt vocant, ecquid Antiquitatis habet? *molem Hadriani* à quibusdam appellari video. A. In nummis eiusdem Caesaris pontem cusum deprehendas, qui eidem moli adiacet: & ex altera parte statuae multae, quarum hodie tantum bases apparent, & in pontis ambitu duae hodie duntaxat statuae, sed affabre sculptae visuntur principum Apostolorum *Petri & Pauli*. Castellum autem, turris est rotunda & longa, quam Hadriani sepulcro aedificatam existimant, & haud scio an eius vetus aliqua inscriptio inibi exstet, nisi forte sublata illa marmora, vt multa alia, dum ferro cauaretur, & arcis forma, cui hodieque vsui seruit, aptaretur. Non desunt antiquarum rerum periti, qui putent tabernaculi formam praeferre, qualia in nummis Imperatorum visuntur, & adscriptum est CONSECRATIO. B. Est-ne illud quod nuper Tibi ostendi in Nomismate, sacellum nimirum ardens eiusdem Caesaris? A. Ita profecto: Et vero Herodianus ritus huius *Consecrationis* quae ΑΠΟΘΕΩΣΙΣ tunc nominata (quasi *Canonizationem Dei* dixeris) copiose describit. Ea enim erat vana Gentium persuasio, vt deinceps in Deorum numero haberentur: peractaque cerimonia vocaretur *Diuus Iulius, Diuus Augustus:* vxores vero, *Diua Iulia, Diua Augusta, Diua Faustina.* Fiebat autem potissimum in campo Martio, alioue laxo loco tabulatum quadrum, vel pegma altum, quattuor aut quinque gradibus, qui in adscensu angustiores, & in summo aquila viuens, si Imperatoris funus erat; sin coniugis, pauo alligabatur. Cur hae potius, quam aliae aues adhibitae?

Herodia. l. IV.

A. Propter-

A A. Propterea quod vt Ioui sacra esset aquila, ita pauo Iunoni, sorori eius & coniugi. Pegma autem è ramis erat arborum miri odoris, quibus & nidores, & vnguenta adiungebantur. Pegmatis in medio gradibus ascendebatur, ibidemque lectus stratus temporibus accommodatus, quo collocabatur, quem in Deorum numerum referre vellent in linea sindone, aut, vt Plinius nominat, alumine, quod flammis resistat. Hinc corpus comitantibus plurimis gestatum, ceteraque quae referre singulatim non huius est loci, aut temporis; & in manibus est Herodianus. Incensa iam pyra, conscendebat quidam, aquilam vinculis vt solueret, aut pauonem, ne flammis cremarentur: quibus iam solutis, vinculis liberae volabant longe lateque aues, & supra fumum gyra-
B bant; animam vita functi ab his in coelum ferri coeca superstitione quidam credebant, demptis ijs qui arcanum norant, aut certe se nosse arbitrarentur. C. Quis vsus erat lini ex alumine? A. Vt colligere possent, ac segregare mortuorum cineres, quos vrnae imponebant, aureae vel argenteae: & hoc fere ritu in Mausoleo Augusti seruandos ferebant, alioue, quo placeret loco. Igitur, vt opinantur Antiquarij, vt ossa cineresque Traiani Imperatoris posterorumque eius asseruarentur, molem hanc viuus sibi suisque exstruendam curauit, ea forma, qua in Antonini Pij nummis nuper mihi ostenderas *Consecrationem*. B. Haec cognoscere summum mihi volupe est, quibus isti alijque innumerabiles Nummi, qui aquilam & pauonem praeferunt, Diuorum Diuarumque deinceps intelligentur. Sed quid *Augu-*
C *sti Mausoleum* quod adhuc exstare aiunt? A. Equidem ignoro, nisi quod hortum rotundum muris antiquis cinctum, sic vulgo Romae nominari sciam. Illud memoria teneo legisse me olim, vel eo nomine Christianae religionis praestantiam, vt à Deo profectae inter cetera demonstrari, quod licet ab Imperatoribus ferro flammaque sit oppugnata, adeoque contemptim habita, omnique mortis genere ac suppliciorum affecti Christiani, magno tamen in honore ac veneratione corporum reliqua in templis piorum habeantur, vt è longinquis etiam regionibus sepulcra eorum adeant, salutemque aegri attactu votisque stupendè consequantur. Contra vero *Caesares* illi illustri nati loco, quibus orbis terrarum parêret; dictoque audiens esset; à morte tamen memoria cito euanesceret, vt Mancipij cuiusque vilissimi, & sane de
D quinquaginta Augustis quattuor aegre reperias, quorum tumuli exstent, ijdemque vili cinere ac fauilla pleni. Ab hoc *Mausolei* crediti loco non procul *Obeliscus* est, *via* quae *Populi* vulgo dicitur. Hunc, aliumque similem Mausoleo ornamento fuisse arbitrantur. C. Cur *Mausoleum* dictum, & quare *Obeliscus* lapideus *Arcus* ab Italis nominatur? A. *Mausoleum* quidem dictum puto à sepulcro Mausoli Regis Cariae: *Agullias* autem Itali nominant & *Aguxas* Hispani nostri, à forma, vt Latini *Obelos & Obeliscos*, ὑποκοριστικῶς, quod in acumen desinant: & librorum quaedam signa; veru forma sic dicta, indéque ὀβελίζειν. Maximus autem *Obeliscus* Romae ad sanctum Petrum spectatur, cuius
E inscriptio docet non fuisse in apice *Iulij Caesaris* cineres. Equidem *Tiberio Caesari*, eiusque Patri *Augusto* potius dedicatum existimo. C. Est-ne hieroglyphicis inscriptus literis? A. Minime: sed is seu qui in Circo Hippodromo Caracallae hodie iacet, alijque Romae *Obelisci* his Aegyptiorum literis inscripti visuntur. C. Legi-ne & intelligi Hieroglyphicae istae notae possunt? A. Circumfertur libellus Graecè *Horapollinis* & Latinũ volumen Io. Pierij Valeriani: quorum Lectio animum mire oblectet. Adhaec Ammianus Marcellinus *Obelisci* cuiusdam Aegyptij inscriptionem alibi diligenter exponit: verumenimuero

Vide Funeralia Io. Kirchmanni.

Reliquiae Sanctorum cultae.

Agellius li. x. Noct. Attic. cap. XVIII.

Vide Bembi Tabulam, & Ioannẽ Goropium To. II. in Hieroglyphicis, & Laur. Pignorium.

uero ne sic quidem intelligi possunt magis, quam Punica illa in Plauti Poenulo, A aut aenea Tabula literis quidem Latinis, at Etrusca lingua Eugubij asseruata. † Sed ad Nomismata redeamus. B. In his ipsis & Romae qui *Arcus triumphales* spectantur? A. Tres potissimum Romae visuntur, puta *Titi Vespasiani*, *Septimij Seueri*, ac denique *Constantini*. Seueri quidem ceteris maior, iuxtaque cliuum Capitolinum, qua triumphantes ascendebant, sacris in Capitolio operaturi, via primum Sacra ac foro Romano eò tendentes. Formã, inscriptionemq; excusam passim Antiquitatum videas monumentis. Aries hic spectatur, qua machina muros quatiebant, formam praeferens capitis arietis: sed ex aere, quantum conijcio, quo trabes est praefixa, à multis simul agitata & impulsa, rursumq; retro agitata; quo modo aries cornu ferit; eum tunc vsum militiae praestabat, quem aenea hodie B tormenta, ac tubi, quibus glandibus globisque emissis muri quatiuntur. Eius arcus haec legitur inscriptio.

† In quam scripsit Diuinationem Bernardinus Baldus Augustae 1613.

IMP.CAES.LVCIO SEPTIMIO.M.FIL.SEVERO PIO.PERTINACI AVG.PATRI PATRIAE PARTHICO.ARABICO.ET PARTHICO ADIABENICO PONTIFICI MAXIMO.TRIBVNIC.POTEST.XI.IMP.XI.COS.III. PROCOS.ET IMP.CAES. M.AVR.L. FIL.ANTONINO AVG.PIO FELICI TRIBVNIC. POTEST.VI.COS. PROCOS. PP. OPTIMIS FORTISSIMISQVE PRINCIPIBVS OB REMPVBLICAM RESTITVTAM IMPERIVMQVE POPVLI ROMANI PROPAGATVM IN SIGNIBVS VIRTVTIBVS EORVM DOMI FORISQVE S.P.Q.R.

Arcus Titi Vespasiani infra Capitolium est & iuxta Amphitheatrum, à Titi obitu ingenti Populi Rom. luctu positus: visitur in eo triumphus de Hierosolymis & candelabra templi augustissimi, aliaque vrbis illius spolia, vt alias dicere memini: huius vero haec inscriptio: C

SENATVS
POPVLVSQ. ROMANVS
DIVO. TITO. DIVI. VESPASIANI.F.
VESPASIANO. AVGVSTO.

Constantini vero *Arcus* iuxta Amphitheatrum est positus, Maxentio mortuo, pars bene architectata, pars è lapide aliunde allato, ex altero, vt putatur, Traiani Caesaris Arcu. Lapides hic rudi modo caesi, vt si cum alijs laeuigatis componas taedium sit attingere, Constantiniani tamen aeui esse videantur. B. Apparet-ne hic Christianae fidei vestigium? A. Nullum equidem obseruare me D memini, tametsi commemoret Eusebius, statuam ibi Caesari positam hastam manu tenentem, cum Inscriptione, qua testaretur, salutiferae Crucis signo Romam à tyrannide liberatam. Alibi vero affirmat in nummis eiusdem Imperatoris effigiem eius repraesentatam, oculis in coelum manibusq; intensis, orantis ritu: quale mihi Nomisma videre nondum contigit. Arcus *Constantini* hic est titulus.

Lib. 1. de vita Constant. ca. 33.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO. MAXIMO.
P.F. AVGVSTO. S.P.Q.R.
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS
MAGNITVDINE. CVM EXERCITV SVO E
TAM DE TYRANNO QVAM DE OMNI EIVS
FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS
REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS
ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.

Spectatur & alius *Arcus*, qui Portugalensis vulgo nominatur (forte à Lusitano Cardinale, proximas olim aedes habente,) via quae ducit ad portam Populi, à *Claudio Imp.* vt opinantur, positus, nec inscriptionem vt reliqui tres, habet, nec integer satis. Post Capitolium *Arcus* visitur absque statuis, & ornamentis. Quattuor

A tuor hic vijs peruius est; & IANVM dictum fabulantur, vel, vt paulo acutiores aiunt, *Eano*. Variae hic & repugnantes super hoc Arcu eruditorum hominum opiniones sunt, sed, verum vt fatear, neutram in partem meus vnquam inclinauit animus, contra atq; Solon † praecipit, qui exsecrabatur eos, qui neutrius alterius partis in ciuili dissensione essent. Equidem non numeraui quot *Arcus* in nummis antiquis reperiantur: illud obseruare tantum memini, inueniri plurimos, vt Augusti Caesaris, vt Germanici, vt Neronis, vt aliorum. Verum libet nunc de alio Arcuum genere, id est *Aquaeductibus* differere. B. Mane paululum dum illud ex te audiam, an à priscis Romanis *Arcus* sint *triumphales*; alioue nomine appellati? A. Suspicor in auctore veteri repertum iri, at elegantiores *Fornices* nominant, vt B M. Tullius *Fornicem Fabianum*: itemque de altero in Sicilia à Verre posito meminit; tametsi vox haec patet latius, vt ad omnem omnino testudinem, concamerationemque pertineat. In Pontificum Rom. vitis *Absides* Graeco vocabulo dici video. C. Talesne *Arcus* in Hispania nostra exstant? A. Vnum dumtaxat videre memini, secundo à Tarracone lapide, opus elaboratum, etsi inscriptio aegre legi queat; positum tamen apparet in *Lucij Licinij Surae* honorem, cui, vt & liberto eius, multa Barcinone Epigrammata legimus. Fuit hic Traiani Caesaris aequalis, & tertium Consul: quod illis quidem temporibus paucis extra Caesares obtigit. Haec autem spectio legendo tandem eruta est:

Cic. ad Attic. li. 10. Epist. 1. Agellius lib. 2. Noct. Attic. cap. 12.

EX TESTAMENTO L. LICINI. L. F. SERG. SVRAE. CONSECRATVM

C B. *Aquaeductus* in Legibus Imperatorum *Formae* nominantur, nec desunt qui *Forinas* corrigant. Vtro dicendum modo? A. *Formae* ab *Aquaeductibus* paruo distant discrimine. *Formae* enim ea pars, qua aqua decurrit, veluti canalis: *Aquaeductus* vero quicquid ad formas generatim, vt *Fornices* ipsi & *Arcus* pertinet. Item iuxta Tarraconem nostram, qua Valesium in vicum tenditur, tales arcus spectare licet, quos *ferrerios* vulgo nominant, Segobianis non dissimiles; atque adeo Tarracone, in oppido, extraque Aquaeductus plurimi Formaeque siccae visuntur. At *Forinas* qui ridiculè pro *Formis* reponunt, persimiles ei sunt poëtae nostrati, qui, *Cadini* filios pro *Cadmi* dixit. Ceterum de *Aquaeductibus* & aquis in vrbem Romam influentibus Sex. Iulius Frontinus scripsit eruditè; & frequens exstat in literatis marmorum inscriptionibus mentio, quas collegit Manutius iunior lib. D *De quaesitis per epistolam*. Nomisma est Philippi Tribuni Monetalis. *Arcus* visuntur, hisce notati literis: AQVA MARC. hoc est, *Aqua Marcia*: Qui vnus ex optimis vrbem influentibus Aquaeductibus fuit: etsi quis primus in vrbem duxerit non satis inter doctos conueniat. Quod autem esset hic Monetalis gentis *Marciae*, & familiae Philipporum, cudit hanc rem nomini suo illustrem, itemque caput *Anci Marcij* Regis Rom. tertij, vt gentis suae auctoris. Monetalis alter ex eadem gente, sed alterius familiae. C. Censorinus eosdem Fornices, sine Inscriptione tamen, cudit: in auersa etiam parte Regum duorum effigies, *Numae & Anci*: quorum hic gener, socer ille fuit. Vt ab vtrisque Censorina familia, gensque *Marcia* originem duxerit. C. *Gentem* inter, & *Familiam* quid interest? nonne E eadem sunt? vt *Familia Iulia, Cornelia, Valeria*, & id genus aliae. A. Docuimus iam libro singulari *De Familijs Romanorum*; à Fuluio Vrsino Romae primum edito, qui ab vno eodemque originem traherent, vt à Iulio Caesare *Iulios* dictos, & qui à Cosso; *Cornelios*, à Valeso *Valerios*. sicque Gentiles omnes *Iuliam Familiam* dictam; aut verius rectiusque *gentem Iuliam*. Hae gentes, velut arborum trunci in alios ramos, (qui *Stirps ac Familia* dicebantur) varie deriuati: vnde cognomina illis, vt à gentibus Nomina deducta in IVS plerumque exeuntia. Verbi gratia, à Iulijs deducti *Caesares & Libones*: A Cornelijs *Scipiones & Lentuli*: A Valerijs, *Maximi*

Ioannes Mena, Cordubensis Poeta.

ximi *Poplicolae, & Messallae*. Quae stirpes hodie *Familiae* nominatae: & Latinus A sermo *Familiam* vsurpat pro eiusdem domus inquilinis, vocaturque *Pater, mater, & filius-familias*. Ad eundem nunc modum dixi in gente *Marcia*, Familias fuisse, *Philippos, & Censorinos*, quorum ille gentis suae signum aquam *Marciam*, cum Arcubus Monetalis III. Vir cudit, quibus equestris statua imposita, & antica parte *Ancus* Rom. Rex; alterius vero familiae Censorinorum vnus *Fornices* collocat, cum clauo, Victoriaeque statua: & in auersa nummi parte *Numae & Anci* Regum geminas effigies titulosque. C. Credat quis fortasse qui in huiusmodi nummos incidit, Regum temporibus cusos fuisse? A. At qui tempora attentius considerarit, fieri non posse facile animaduertat. Primum, quia *Philippi* illius nummus argenteus est. Argentea autem moneta Romae cusa non est, nisi quarto quintoue B ante primum Punicum bellum anno. Deinde *Philippus & C. Censorinus* non Anci Marcij aequales fuerunt, sed ab eo originem, vt ipsis quidē videbatur, ducebant. Quamobrem ex his nummis, similibusq; id genus, hanc Regulam statui, quae de omnib. fere cusis ante Tiberij Caesaris imperium valere potest; NIMIRVM argen-
« teos primos nūmos ROMAE nomen dumtaxat, ad eamq; vrbē, ac Deos ipsius tu-
« telares pertinētia praeferre. Post vero cudi quoq; coepta sunt nomina Tribunorū
« Monetalium: Deniq; etiā quae ad gentē Familiamq; cuiusq; pertinerent, idq, ad
« imperium vsq; Augusti ac Tiberij. Eius rei exemplū iam dedimus, sed alio transeundū. In argēteo quoq; nūmo caput visitur nomenq; integrè scriptū P. ACCOLEIVS LARISCOLVS in antica parte tres Nymphae in larices arbores mutatae, quae fortasse Pherōti sorores fuerint. Nascitur haec arbor ad *Padi* ripā, quē flu- C uium Graeci Eridanū vocant, igniq; resistit, vt M. Vitruuius Iulij Caes. docuit experimento. Hic igitur Monetalis *Accoleij Lariscoli* nomē induit, quod Pado vicinus esset, (hoc enim *Accolae* * nomen designat:) cognomentum vero à larice arbore ductum, & à Caesare Romana donatum ciuitate credibile est, ac Monetalem creatum: vnde fortunae suae symbolum hocce cudendum curauit vel ipse, vel certe liberi eius, aut nepotes. Quae cum ita sint, dubium non est, minimeque mirandum Ciceronis cusos aetate fuisse nummos imaginibus primorum Consulum: quemadmodum in M. Bruti nummis effigies est *L. Bruti* primi Consulis, eius qui Remp. populumque Rom. exacto Tarquinio Superbo in libertatem vindicauit. In alijs spectatur, inscriptumque est AHALA: & BRVTVS, vt initio secundi Dialogi ostendimus. B. Magnam mihi profecto lucem Nomismatis ijs intelligen- D dis attulisti, quae temporibus confundi videbantur; & tua quoq; explanatio mirè quadrat. Verum ad Romana reuertendo aedificia, quid, amabo, *Puteal* est *Libonis*? quod delineatum videre memini, typisque adeo excusum, quasi fenestra fuerit, ostium-ve; qua fenestra rei criminis capitalis in vinculis compacti causam dicentes audirētur. Ferunt & Cordubae in Baetica fenestratum huiusmodi lapidem hodieque ostendi, *Puteal* nescio cuius, dictum. Adhaec fidei faciendae laudari video auctorem Aristotelem in Politicis. A. Equidē legere memini Io. Genesij Sepuluedae epistolā, qua testaretur Cordubae Aristot. vt ciuem vindicari; cuius etiam auctoritate lapidem illum interpretando tuerentur. Credo ego Stagiritam E Philosophum in Politicis non de incude, aut putei ostio *Thaddaei*, qui Cordubae est, locutum, ac ne de Puteali quidem *Scribonij Libonis*, verum de ratione iudicandi Athenis Atticis, vel alterius vrbis Graeciae. Qui vero asserunt quod in nummis spectatur, tribunal esse, seque Latinorum scriptorum tuentur auctoritate, qui ad *Puteal* dicunt, hoc est, iuxta Puteal causas agi solitas, nihil agunt, nec mihi persuadent. In promptu causa est: AD enim non IN ibi significat, sed *apud* vt de alijs rebus ac negotijs adhiberi solet, quae *Ad Ianum*, id est, apud Iani statuam gererentur. Puto equidem, quantum assequor, fulminis radius foro Romano cum inci-

Vitru. l. 1. Architec. cap. 9. & Plin. l. 16. cap. 10.

* *Sic Cornelius Nepos* Padi accola *nominatur à Plinio li. 3. Nat. hist. cap. 18. & li. 9. c. 39. & li. 10. cap. 33.*

Iac. Reuardus in Varijs, & Lambinus in Horatium.

Lib. Epist.

Barathrum *Athenis locus Iudicij apud Iul. Pollucē, & in Politicis Arist. De quo loco varie Genesius Sepulueda, Victorius, & Camer.*

A incidisset, sacris locum expiasse: qui dũ locus habitari non posset constructa aede *Puteal* nominasse; Iuxta etiam cotem positam, cum nouacula, qua *Accius Nauius* regnante Tarquinio, cotẽ diffi cere dictus: cuius rei meminit, nisi fallit memoria, M. Tull. lib. de Diuinat. Liuius item, & Dionysius Halicarnassensis. Iuxta autem sedẽ Magistratus collocabant siue Praetor, siue Aedilis, causas audientes, & actores litium, iudicando, multaq; definiendo. Hinc Flaccus ait poëta: *Cic. lib. 1. de Diuinat.* *Liu. lib. 1.* *Dionys. lib. 3.*

—Forum Putealq; Libonis, Mandabo siccis; adimam cantare seueris.

significans causas forenses, quales ad Puteal agerentur, sobrijs non ebrijs esse committendas, quos ebrios cantare ac saltare magis quam graues ac seueros homines deceret. Qui autem aram seu altare hic spectari affirmant, eos fugit credo ratio, tametsi Dionysius Halicarn. aram ibi collocet. In quibusdam fulgur sub aedificio B cusum video: quae res eorum fauet sententiae, qui *Bidental* interpretantur, hoc est, fulguris radio ictum locum. B. Sed cur, quaeso, *Bidental* locus dictus? A. Quod vna alterave pecude, quas Bidẽtes nominabãt, expiaretur. B. Reperiaturne pecus vno alterove dẽte, vt ille apud Agelliũ ac Macrobiũ Litterator asserit? A. Nunquam videre mihi quidẽ contigit, sed pecudẽ duorum annorũ interpretor. En tibi Ciceronis ipsa de Puteali verba: *cotem illam, & nouaculam defossam in Comitio, supraq; impositum puteal accepimus.* B. Nulla in his verbis fulguris mẽtio, tantum tectum locũ Putealis, vbi cos esset & prodigiosa illa nouacula humo cõdita: sed quid hic (amabo te) *Comitiũ* est? A. Fori Rom. pars est tecta, quo ad Comitia cõuenire populus posset, audiendis causis & Oratorũ, Tribunorũ, Consulũ, alteriusve Magi- C stratus orationib. Adhaec suffragijs dãdis, in cẽturiatis Comitijs. B. Quod hoc *Comitiorũ* genus est? A. Triplex Comitiorũ genus Romae fuit, puta *Cẽturiata, Curiata, & Tributa. Cẽturiatis* vniuersus Populus Rom. coibat, nobiles, Patricij, ac Senatores, plebsq; Rom. quae quinq; in classes distincta: & hae rursũ centurijs diuidebãtur; haec in Campo Martio extra vrbẽ Comitia habebãtur. *Curiatis* autẽ populus triginta Curijs distinguebatur, quib. cũ Senatores tũ plebei cõprehensi, & forte in curia aliqua cõueniebãt. *Tributis* deniq; per trib. tãtũ populus diuisus, in quib. nec Patricij, nec Senatores numerati. Et haec in Comitio, vt diximus, cõueniebãt. B. Sed quid, quaeso differũt *Centuria, Curia & Tribus.* A. Hic exitũ nõ facile reperiã. Lege potius Nicolaũ Grucchiũ *de Comitijs*, & Carolũ Sigoniũ homines eruditissimos: Vno vt verbo absoluã: Romulus vrbis cõditor populũ Ro. triginta D curijs distinxit: Seruius Tull. quinque classib. & classes vicissim centurijs diuisit. *Tribus* autẽ principio paucae; post quinque & triginta fuerũt. [*Quarũ recenset nomina singulatim Paul. Manutius Notis ad Epist. Caelij li.* VIII *Epi. M. Tullij ad Famil. & Didacus Couuar. Iureconsul. egregius Resol. Variarũ li.* IV]. *Cẽturiae* vero initio, nõ Tribus nomine, vt post accidit nominabantur. Verũ de his alias erit dicẽdi locus. *Puteal* interim repetamus, qui locus, ait Cicero, *in Comitio*, j. Foro Ro. fuit, quo & populus cõueniret: iuxtaq; ficus erat Ruminalis, sub qua Lupa Romulũ ac Remũ lactauit. B. Quid sibi vult in his nũmis iuuenis caput fascia aut diademate reuinctũ? A. Rẽ inscriptae literae declarãt: BONI EVENTVS. Quadrat hoc partim in causas feliciter ad Puteal actas: partim in Tributa Comitia, quae in comitio agebãtur. Refert E C Plin. Praxitelẽ duas è marmore statuas in Capitolio collocasse, vnã *Boni euẽtus*, *Bonae Fortunae* alterã. Euphranorẽ quoq; *Boni euẽtus* statuã fecisse, quę dextra paterã, sinistrâ vero spicã ac papauer teneret. B. Carcerne adhaerebat, vt tãquã fenestra aut trãsẽna videretur an rei dimissi essẽt, vt Cordubae solet? A. Imo lõgius *Carcer* aberat: de cuius situ mire variãt antiquariorũ sẽtẽtiae. Tẽplũ hodie ad Capitoliũ visitur *S. Petri in carcere Tull.* dictũ, vbi horribilis carcer spectatur, qualẽ ita Sallust. describit: *Est locus in carcere, quod Tullianũ appellatur.* Verũ lõge à Foro distat, & Comitio. B. De *Cordubẽsi Puteali* quid cẽses? A. Lapidẽ fuisse opinor putei alicuius Thaddaei nõie. B. Nihil hic latet aliud? A. Nihil, mea quidẽ sẽtẽtia: & vero *Thaddaei* nomẽ satis clamat nõ esse hominis Rom. neq; Graeci. Pergamus itaq;. C. Mane, quae-

Agellius li. 16. cap. 6. *Macrob. lib. 6. Saturn. ca. 9.* *Cic. 1. de Diuinat.* *Ant. Augnst. li. de Legibus.* *Dionys. lib. 3.* ἀρχαιολ. *Lib. Natur. hist. 34. ca. 8.*

ne quaeso, amice magne; & interijce pace tua quod liceat: In Pierij Valeriani hieroglyphicis *Puteal Libonis* depictũ vidi, duab. vtrimq; lyris, hae quaeso quid significant? A. Non habeo dicere: illud tantum, Pictoris vitio factum videri, quod ea tempestate nullus esset eius lyrae, aut citharae vsus, quae arcub. non plectris feriũtur, nisi forte credidit bonus Pierius transennas vtrimq; ad Puteal lyrae veterũ similes fuisse: & hinc Pictor nostrae illi citharae similẽ delineasse. In eo ipso Foro Rom. pulpitũ erat *Rostra* dictũ. Hinc vsurpatũ illud: *Pro Rostris orare:* nõ vt inepte Accursius ait, quasi in hominũ conspectu ac faciẽ dicere, sed in pulpito stantẽ orare, vt Dial. II. cum de *Victoria nauali* sermo esset: declarare memini: dictumq; locũ quod nauium rostris Antiatarum instructũ erat, visiturq, forma in *Palicani* nummis, qui antica parte *Libertatis* exhibent effigiẽ: In auersa autẽ parte pulpitũ hoc, multis fornicib. ac Columnis, & his singulis, talia rostra apposita. Pulpito autem quadrus locus impositus, cui ad populum verba facientes insisterent. B. Quis hic *Palicanus*, & cur hanc cudit monetam ipse, aut eius liberi? A. Tribunum plebis fuisse auctor est Asconius Paedianus: qui auxiliante Cn. Pompeio, Tribunitiã potestatem à L. Sulla imminutam restituendam curauit. B. Iteradum (amabo) eadem ista mihi, & copiosius explana Tribunitiã hanc potestatem, cuius frequens adeo mentio in marmorib. inscriptis, in Nummis, atque adeo auctoribus: & quid, quaeso, hic sustulit Sulla, quod restituerit Pompeius? A. Notum illud, nec te fugit, Tribunos plebis ad intercedendum creatos, hoc est ad impediendum, ne qua vis iniuria-ve Romano fieret ciui à Magistratibus: à quib. omnibus prouocare atque appellare ius fasque Populo Rom. extra Dictatorem fuit: Verum labẽtibus annis Tribuni eo processere audaciae, vt & populus absq; Senatoribus & Patricijs Tributis Comitijs plebiscita facere auderet, & in rebus iudicandis sententiam populus ferret: multis adhaec in reb. magna Tribunorum potestas creuit & dignitas, vt per vim ac tyrannidem arbitratu suo hoc aut illud agerent, adeo vt intercedendi, vimq; depellendi nomine, vim ipsi maximã nobilib. identidẽ inferrent. Erant tamen sacri Romae *Tribuni*, Legum quarundam pro ipsis latarũ auctoritate, obsistere vt illis auderet nemo. Q. enim Metellus Macedonicus, etsi filios haberet Cõsulares ac Triũphales, Censor ipse, quod in Censura sua Tribunũ quẽdã sortis infimae notasset, ab eo obtorto collo raptatus tractusq; est, vt è Tarpeia rupe praecipitandus fuisset, nisi alius continuo Tribunus intercessisset, vt auctor est C. Plin. Verum L. Corn. Sulla nobilium studiosus, Dictator iã perpetuus renũciatus, leges plurimas tulit: in his, Tribuno plebiscita condendi potestatẽ ademit, iudiciũ quoq; ceteraq, negotia: Intercessionis dumtaxat ius reliquit, qua prohibere possent, ne quam ciui Rom. vim Magistratus inferrẽt. Quo factũ est vt imminutã à Sulla Tribunitiã potestatẽ audieris: sed Cn. Pomp. &, de quo verba facimus, *Palicanus* eandẽ restituendã curarunt; vt vocato in concionem populo, & plebiscita facere possent, lata nimirũ lege, quae Sullanae legi obrogaret. B. Ecquis leges huiusmodi ferebat? A. Populus Romanus in Centuriatis Comitijs, non autẽ plebs, neq; Tributis Comitijs. B. Nũc dic, ecquid *Tribunitia potestas* est certis numeris Impp. in Nũmis ac lapidibus attributa? A. Eo ibam, vt dicerẽ, sed illud praeuertendum, cur *Libertatis* imaginẽ Palicanus cuderit, ac Pulpitũ: Qui locus *Rostra* diceretur. B. An idcirco fortasse, quod populo Rom. liberũ ius impetrasset, quo in huiusmodi pulpito Trib. verba faciẽtes plebẽ aduersus nobiles tueri, Comitiaq; indicere, plebiscita facere, accusare deniq; atq; adeo dãnare libere possẽt. A. Omnino, vt dicis. Caesares vero, etsi Romae totiusq; adeo orbis terrarũ sũmũ tenerẽt imperiũ, tamẽ quod Cõsulũ antiquissimus esset Magist. veterẽ quoq; se administrãdae Reip. tenere modũ praeseferebãt, quasi praeter onera atq; imperãdi domi militiaeq; labores, nihil haberẽt: & hinc *Consules* sese interdũ etiã *Censores* (qui Magist. à populo darentur) dicebant. Sic Iul. Caesar *Di-*

Lib. VII. Nat. Hist. cap. 44.

ctatoris

A *ctatoris* nomen & *Consulis* assumpsit: Octauianus quoq; Augustus idcirco imperij initio *Triumuirum* se *Reip. constituendae* (quo nimirũ collapsam rem Romanam instauraret) cum M. Lepido, & M. Antonio seipse vocabat, cudebatq; non perpetuo sed quinque dumtaxat annis, quibus etiam elapsis prorogata totidem annis dignitas est. Lepido autem abdicante, exstinctoque Antonio Augustus diu *Imperatoris* nomine praefuit, lege lata, quae à nostris est Iureconsultis *Lex Regia* dicta, qua summam ei populus Rom. imperandi potestatem attribuit. B. Exstant-ne *Regiae* istius *Legis* verba? A. In aede S. Ioannis Lateranensis, pars vltima illius legis Romae legitur, qua Vespasiano imperij ea auctoritas tribuitur, qua vsi antea Augustus, Tiberius, ceteriq; ordine Caesares. Fuit tẽpus cũ imperitum vulgus diceret tabulam illam Pontij Pilati sententiam continere. Fertur & Antistius Labeo, qui B Aug. aequalis summus Iurisconsultus exstitit, Legis huius vi nihil plus Regib. auctoritatis concessisse, quã verba huius Legis similiumq; & Senatus consulta darent. Cumque hoc nomine Augustis inter illũ oppedere ac derogare videretur, demens est habitus. Hinc Flaccus: *Labeone insanior omni*. De quo etiam plura opinor Corn. Tacitus retulit. Altera item, qua praeferebant tegebantq; merum imperium, *Pontificis Maximi* auctoritas erat, *Tribunitia* quoque *potestas*: vtraq; enim re inuiolati esse & in honore culti, studebãt, quales antea *Tribuni plebis* iuxta ac *Pontifices* fuissent. C. Sed erãtne Impp. temporibus Romae *Tribuni plebis?* A. Erant profecto, vt intercedere nonnunquã auderent, ac resistere Imperatori aut Senatui. Eius rei argumento sit, quod Caesaris statuae coronã impositam tollere Tribuni C non dubitarint. Adhaec Metellum Tribunũ, Iulio Caesare pecuniã ex aerario sumere volente intercessisse. Plinius quoq; Traiani temporib. in epist. refert, quae in Senatu acta essent intercessisse Tribunũ, & ne qua vis ei fieret opẽ pollicitum. Verum, vt quod res est dicam, Tribunorum iam & Consulũ auctoritas plane imminuta. C. Cur non *Tribunos* se, vt *Pontifices*, appellabant Augusti? A. Quod *Pontifices* nonnisi Patricij aut Senatores fierẽt: *Tribuni* non itẽ ex hoc ordine creabantur: & vero primi Caesares Patricij omnes fuerunt, gentis *Iuliae & Claudiae*. B. Reliquũ est, vt de numeris adscriptis aliquid adferas. A. Imperatores oẽs plerumq;, dempto Iulio Caesare, omnis illius potestatis experte, & Augusto, qui serius accepit, ac Tiberio superstite etiamnũ Aug. & M. Agrippa humanis iam reb. exempto, Tribuno plebis antea, annos imperij numeris *Tribunitiae potestatis* desi-D gnabant. Quare si Tribunitiae potestatis *iterum, tertium, quartum*, & deinceps notatur, totidem imperasse annos significat. B. Sed numeri qui post Imp. nomen collocantur, nonne imperij annum, aut ex quo Imperatores appellati sint, designant? A. Imperatoris nomen, ne erres, non Magistratum designat, vt Dictatoris, vt consulis, vt censoris, vt deniq; Tribuni: sed parta demũ victoria de hostib. dari primum solet, & milites hoc titulo summos belli duces *Imperatores* acclamabant. Sic M. Tull. *Imperator* alijq; nominati. C. Quo, quaeso, proelio cicero victor? an Catilinae coniuratione? A. Minime vero: Nam *C. Antonius* eius collega coniuratos caesos superauit: sed ille Ciliciae proconsul victoriã, at perexiguã, nactus est occupato armis ignobili vico. Triumphaturus tamen videbatur, si per ciuilia E arma Caesaris ac Pompeij licuisset. B. Qua ratione *Imperatores* quidã appellati, qui nunquam bella gesserunt; vocanturq; in nummis IMP. III. aut V. saepius-ve? A. Satis illis visum si auspicijs suis duces alij rẽ gessissent, victoriamq; retulissent. Militum enim res praeclare gestae ducib. adscribi solent, quales erant *Imperatores*: sed ad Aedificia redeamus. B. In Neronis nummis aedificium cernitur multis columnis, ac peristylijs; inscriptumque MAC. aut MAG. AVG. quale id tandem est? A. Equidem non facile dixero: Romanorum tantum, Romae cum essem, suffragia colligam. Qui MAC. legebant, *Macellum* interpretabantur: qui vero MAG. hi *Magna Augusti domus*, quae ab alijs *Domus aurea Neronis* dicta.

Sueton. in Iulio Caes. cap. 79. Plinius lib. 1. Epist. paenult.

B. *Macellum* quid Romae? an locus vbi caro vaenit? & vnde ductum nomen? A. in *Macello* non caro modo sed & eduliorum omne genus vendebatur. *Festus Pompeius, quantum commemini, à ciuis Romani nomine, cuius primum ea domus fuit, deriuat, publicata illa domo, quod latrocinium dominus exercuisset. B. Huiusmodi carniũ locus tam splendido, quam in nummis visitur, aedificio minime egebat. A. Igitur magnã illam celebrẽq; Neronis domũ fuisse dicamus, in quã hoc quod apud Suetoniũ Tranquillũ exstat distichõ, ferebatur: A

*Plutarc. in Problematis. & Festus.

Roma domus fiet; Veios migrate Quirites:
Si non & Veios occupat ista domus.

C. Cur in his versibus *Veij* nominantur? num quid hic latet? A. Non abs re est. Capta enim direptaque à Gallis Roma vsque eo ruinis deformata erat, vt relicta vrbe *Veios* commigrare ciues vellent. Verum cum super hac re ad Senatusconsultum faciendum conuenissent audita vox est: *Hic maneamus*. C. Cuius ea vox? an idoli cuiusdam? A. Non, sed militis, qui extra templum, vbi Senatus conuenerat excubabat, imperabatque gregalibus, vt vna subsisterent dum templo Senatores digrederentur. Valuit autem vocis illius vis temporibus tunc accommodata, migrare vt Veios nollent. Qualia fere Latini *Omina* appellabant, exstantque plura in Cicerone libris *de Diuinatione*, & Valerio Maximo lib. 1. Memorabilium. Vidimus adhaec in T. Didij nummis *villam publicam* cusam, qui locus in Campo Martio erat, iuxtaque Comitia centuriata habebantur: de qua villa & M. Varro pluribus agit libris rei rusticae; exstatque nummus in Fuluij Vrsini *Familijs Rom.* Agerem nunc de *Templis Deorum Dearumque*, sed nota res ijs est, qui non admodum sunt in studijs hospites: & alio me vocant negotia, officij, dignitatisque meae momenti longe maioris. B C

Car. Sigonius in T. Liuium.

DIALOGI V. SVMMA
DE ANIMALIBVS
QVAE DIIS SACRA.

DEORVM SERIES.

IVPITER. Iuno.
Neptunus. Pallas.
Venus. Apollo.
Hercules.
Aquila Ioui sacra.
Pauo Iunoni.
Columba Veneri.
Caper Mercurio.
Tigris Baccho.
Serpentes alati, Cereri.
Serpentes sine alis, AEsculapio.
Leo Cybelae.
Canis & Ceruus Dianae.
Equus & Delphinus Neptuno.

INSTRVMENTA DEORVM.

Iouis fulmen.
Neptuni tridens.
Mercurij caduceus & petasus.
Martis arma ac lorica.
Mineruae Galea, & scutũ cum Gorgone.
Apollinis lyra & tripus.
Herculis claua, & Leonis pellis cum cyatho, item arcus & sagittae.
Isidis sistrum.
Cybeles crotalum.

ARBORES DIIS SACRAE.

Quercus Ioui.
Myrtus Veneri.
Vitis Baccho.
Pinus Cybelae.
Populus alba Herculi.
Olea Mineruae.
Laurus Apollini.
Edera Baccho.
Spica frumenti & papauer Cereri.
Punica mala Proserpinae.
Cotonaea Herculi. Vua Baccho.

PARERGA.

Pegazus.
Claua, & pellis Herculis.
Trabea. Sinus.
Sphinx.
Harpyiae.
Purpura, quae Coccus.
Musae.
Tripus Apollinis.
Pythia. *Scylla & Charybdis.*
Νεωκόρων.
Minotauri fabula.
Labyrinthus.
Centauri.
Vlpiani, & Corn. Taciti loci collati.

ANTO-

ANTONII

AVGVSTINI


DIALOGVS V.

ANTIQVITATVM

E NVMMIS

DE ANIMALIBVS

REBVSQVE DEORVM SACRIS.

A B. ROMISERAS nuper memini, iterum de *Sphinge*, alijsque Dialog. III.
Animalibus fere ignotis dicturum Te: Nunc, vt promissa
appareant, fidemq; liberes, rogo quaesoq;, vt Nomismata,
eorundemq; vtilitas clarescat magis ac magis. A. Hoc tan-
tum recipio, non explicaturum me singula, sed quid censeam
in apertum tibi prolaturũ. Animalium enim haec in num-
mis tractatio, duab. de causis perdifficilis videtur; cum ad co-
gnoscendum & inter se distinguendum Animalia; tum ad diuinandũ cur in num-
mis cusa sint. Quaedam enim Animalia cognosci quidem possunt, vt aquila, vt
leo, vt serpens; sed fieri potest, vt aegre aues discernas, an aquila sit, an vultur: cor-
B uus an columba: psitacus an picus Martius, (de qua aue nuper sermo fuit) prae- Dialog. III.
sertim si à rudi sint artifice cusi nummi. Altera, vt dixi, difficultatis causa est, quod
diuinandum sit cur Nomismati impressum Animal. Quo in genere parui sunt
nummi plurimi aerei duabus hisce inscripti literis S. C. & *Asse* valuisse apparet,
vt hodie in Castellae regno *Blãcae*: qui apud Aragonios nostros *Denarij* vulgo no-
minantur: nisi quod sedecim asses Denarium aequabant, nostri vero Denarij vi-
gintiquatuor, aut blancae sexagintaocto regalem efficiunt nummum. Romano-
rum adhaec temporibus septem argentei denarij vnciam, Regales vero octo, vn-
ciam plus, minus efficiunt. In assibus illis hinc Iouis caput est, illinc aquila inscul-
pta. Iunoni vero pauo tribuitur, Veneri columba, Mercurio caper. B. Reddi-
C ne ratio potest, cur vni potius quàm alteri Deo quoduis animal tribuatur?
A. Euidentem reddere rationem nequeo, praeter vsum Graecorũ, Latinorumq;
à quibus animalia vanis Dijs sunt consecrata. Sic tigris Baccho sacer, Cereri ser-
pentes alati: & sine alis Aesculapio: Cybelae Leo, Dianae canis & ceruus: Neptu-
no equus & delphinus consecrati: de quibus & in Metamorphosi Naso fabu-
latur.

De arboribus ad eundem modum. Quaedam enim singulis Dijs sacrae, vt Io-
ui quercus: myrtus Veneri, vitis Baccho. Pinus Cybelae, populus alba Herculi,
Mineruae olea, Apollini laurus, similesque stirpes ac frutices: vt Baccho edera;
D frumenti spica & papauer Cereri. Fructuum vero Punica mala, Proserpinae; co-
tonea Herculi, Baccho vua consecrata. Cum vero de his differere coeperim, illud
non praetermittendum, in ijsdem nummulis spectari & alia inanium Deorum si-
gna, in alijs quoque nomismatis interdum occurrentia. Horum alia intellectu
sunt difficilia, alia vero perspicua, vt Iouis fulmen, tridens Neptuni, Mercurij ca-
duceus, & petasus alatus: Martis, arma, ac lorica: galea Mineruae & scutum, cum
Gorgone, hoc est Medusae capite. Tripus quoque & lyra Apollinis: claua quoq;
& leonis pellis cum cyatho Herculis; item arcus & sagittae: Isidis sistrum, cro-

 talum

talum Cybeles: tametsi haec duo non in paruis sed maioribus visuntur nummis. A
Haec à nobis dicta lucem aliquam adferent nummis ita absque literis signatis; vt nuper dicebamus Nomisma exstare Antonini Pij, ni fallor, & aquilā spectari inter pauonem & noctuam: significare nimirum Iouis, Iunonis, ac Palladis numini maiestatique, quibus hae sacrae sint aues, deuotum fuisse. Samij apud Graecos pauonem in nummis cudebant: Paphi incolae columbam, Athenienses noctuam: Samij Iunonis se studiosos fuisse ostendunt, vt Virgilius canit:

Athen. li.14. cap.25. Iul.Poll. li.9. ca.6. Pausan. in Corinthiacis.

Quam Juno fertur terris, magis omnibus vnam
Posthabita coluisse Samo ——.

Idem poëta myrtum Veneri in Papho cultae sacram fuisse in Georgicis ait:

—— *Solido Paphiae de robore myrtus.*

Aen. 1.419. Alibi vero de Venere: B

Ipsa Paphum sublimis abit, &c.

Aen. 6.193. De columbis ab Aenea visis:

Maternas agnoscit aues ——

Palladi vero noctuam dedicatam, ideoque Athenis cultam Prouerbio dicitur: *Noctuas Athenas.* quod non modo de pecunia sic insignita vsurpatum, sed de multis noctuis stulta quadam deuotione, Athenis Atticis Mineruae offerri solitis. B. Paulatim malim ac singulatim haec traderes, quo & melius intelligantur & memoriae mandentur. A. Existimabam equidem aut dicta haec iam esse, aut vulgaria, notaque omnibus, nihil vt immorari necesse foret, cum eadem & Lilius Giraldus libro de cognominibus Deorum, & in Hieroglyphicis Pierius Valerianus, alijque tradiderint qui nomismata veterum explanarunt, perspicua vt sint C iam pronaque omnibus. Etsi hic mihi, quod cerasa edentibus, vsu venit, qui dum terna, quaterna-ve è catino extrahunt, plura simul haerentib inuicem ramusculis auferant. B. Ioui iam tribuisti aquilam, ac fulmen: de arboribus vero quercum. Eius rei rationem velim reddas, & auctoritate fulcias. A. Iam diximus nullam in his valentiorē esse rationem vsu, ac consuetudine. Rationes tamen adferam alias, quae me nuper forte fugerunt, & ab alijs vsu peritioribus accepimus. Ioui aquila idcirco dedicata, quod in Creta insula, vbi est natus, aquilae nido reperto aucupium primus hinc inuenerit; & quod in Alexandri Magni, alijsque Graeciae nummis aquilam dextrâ velut auceps gestat. B. Si in ceteris tam efficax ratio proferatur, nullo negotio assentiar. A. Rationem hanc alij reddunt, D quod auium regina aquila sit: quia robore praestet, quo modo & Iupiter ceteris antecellat Dijs. Verum iustius ita Leo attribueretur quadrupedum animantium princeps: aut certe Regulus auicula quam *Scricciolum* Itali nominant. Veniamus ad alia: vt cur in nummis alatum *fulmen* tribuatur, & trisulcum, cuius vna acies instar est sagittae. Hinc fortasse, quod fulmina non rectè, sed obliquè iaciantur, punctisque diuersis excurrant, vt malleoli solent, aut flammae instar: qualia non modo cum Ioue depingebātur, sed & in militum clypeis, vt in Traiani Columna ac nummis. Hinc quoque datum *Legioni* nomen *Fulminiferae* aut *Fulminatricis,* Augusti aeuo, teste Dione Cassio. B. Altera Xiphilini mens est, qui à miraculo Legionis Christianae, imperante M. Aurelio Antonino, datum nomen existi- E mat. Aquae enim inopia laborante exercitu, Imperatoris rogatu, Deum Christiani fusis precibus deprecati imbrem impetrarunt, quo sitim Christiani restinxerunt: hostium contra exercitus fulmine ictus, victusque ac fugatus est. Christiani praerogatiua idcirco ornati, cuius rei Iustinum Martyrem laudant auctorem. A. Non inficior equidem rem ita gestam, etsi Iustinus nihil de hoc priuilegio. Scripsit enim antequam haec gesta sunt, & inscripsit Apologiam pro Christianis Antonino Pio patri per adoptionem M. Aurelij Philosophi. Illud certum Graecè quidem exstare hoc priuilegium in extremo operum Iustini, & eadem res in Ec-

A in Ecclesiastica commemoratur Historia. Illud inficior Legioni illi nomen tunc attributum fuisse, & in scutis fulmina depicta: concedam tamen milites Christianos deinceps *Fulminiferos* appellatos, legionemque illam fulminis signum gestasse. Redeo nunc ad fulminis formam. Seruius enim, doctus Maronis interpres, alijque veteres tria fulmini propria attribuunt: vrere nimirum, findere, ac deniq; penetrare. Hinc trisulcum fingi ac pingi solitum. Ceterum alae velocitatis causa appositae. Iaculi adhaec forma quia varie & obliquè ferit, nunc terram, nunc muros. C. Fulminis petram sagittae similem, & stadijs aliquot sub terra effodi, an vere astruitur? A. Fulmina quidem Itali hodieque *sagittas* nominant, lapidesque forma similes iaculi cuspidi, pluraque de his fabulantur, sed non ego credulus illis. Restat de iuglandibus dicamus; siquidem referre nihil attinet, cur Ioui fulmen tributum, & an vere aquila rostro gestet, numque Cyclopes eo cuderint modo, quo libro octauo Aeneidos Maro descripsit: *Euseb.lib.v. Eccles. Hist. c. v. ex Apollinari Episc. Hierapolitano, Tertullianus Apologet. cap. v. Niceph. li. iv. cap. xii. & Vlpian. L. Generalis, & §. vlt. D. de Decurion. & eor. liber.*

B

Treis imbris tortos radios, treis nubis aquosae
Addiderant, rutili treis ignis, & alitis Austri. *V. 429.*

B. Alijs-ne Dijs Deabusque fulmen in nummis ac libris tributum? A. Immo vero, puto Mineruae ac Iunoni. Mineruae quidem in plurimis Domitiani nummis exhibere queam: idemque Maro de vindicta loquens, in Aiacem Oileum ob vim Cassandrae virgini ac Mineruae illatam:

C

Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem. *Aen. 1. 46.*

Violenti huius stupri mihi typum Barcinone quondam Almirantius Neapolitanus ostendit, in antiquo lapide, Pallade valde irata, quòd per vim miles ab ara eius virginem, Palladis statuam amplectentem, abstrahere auderet: cuius etiam imaginis exemplum interpretationemque dare queam. Cur autem fulmen his Deabus apponeretur, haec forte ratio: quòd Iuno aër, aut verius aëris Dea, in quo fulgura nube accensâ generari inter Meteora soleant. Palladi vero datum, ad furorem eius atque impetum pugnae designandum. Sic M. Tullius, & post Virgilius, dixerunt:

—— duo fulmina belli *Aen. 6. 843.*
Scipiadas ——

D

Ad glandes accedamus, quas *Iuglandes* antiquitus Romani nominarunt, quasi *Iouis glandes*, idemque poëta:

—— Ioui quae maxima frondet *Georg. 2. 15.*
Esculus, atque habitae Graijs oracula quercus.

Et alibi: *Hic vbi magna Iouis antiquo robore quercus.* *Georg. 3. 332.*

Plinius quoque de arboribus Dijs sacris, hanc nominat: *Ioui esculus, Apollini laurus, Mineruae olea, Veneri myrtus, Herculi populus.* Quibus efficitur Ioui hanc dedicatam. Adhaec vetera inter oracula fuit & Iouis in Dodona, quercubus abundante regione, quae quercus & oracula darent consulentibus, & glandib. porcorum ritu victitantium. Quamobrem talibus & Dijs & vatibus digni erant. Hinc rursum Maro canit: *Lib. 12. Nat. Hist. cap. 1.*

E

Prima Ceres ferro mortales vertere terram *Georg. 1. 147.*
Instituit, cum iam glandes, atque arbuta sacrae
Deficerent siluae, & victum Dodona negaret.

C. Quod vero idem ait:

De coelo tactas memini praedicere quercus *Ecl. 1. 17.*

signum fortasse fuerit, quo futura diuinabant, praeter duo illa fulmen, & quercum, Ioui consecrata. A. Recte obseruasti: his igitur supersedeamus. B. In pauone Ioui sacra aue, valet-ne eadem quae in Iouis aquila ratio? A. Credo equidem ideo Deae datam, cum quòd auium sit pulcerrima, tum ob eam, quam Naso commemorat, fabulâ. Iupiter enim Io à se adamatam in vaccam conuertit: *Lib. 1. Metamorph. Fab. x. & xiii.*

quam Iuno Zelotypa cum postulasset dono accepit, seruandamque Pastori centum oculis praedito, cui Argo nomen, tradidit. Mercurius vero sic delusit. Fistula enim inflata, & caduceo somnum immisit, caputque resecat. Hinc illi *Argicidae* cognomen adhaesit. Iuno re cognita Pastorem in pauum vertit, cuius in pennis oculi visuntur. C. Pauones qui ante haec tempora nati an oculis carebant? A. Fieri sane potest, vt femellas, sic mares oculis caruisse. B. Memoria teneo quae de noctua & olea, Mineruae sacris, nuper disseruisti. A. Addere his possum alteram contentionis fabulam, Neptunum inter & Palladem. Illo enim tridente terram percutiente, equus exstitit: Pallas vero hasta oleam eduxit. Mox Atticis Athenis vter vicisset, quaesitum, suffragijsque certatum. Palladi feminae, viri Neptuno suffragabantur: sed illae numero vicerunt. Quo factum, vt vrbs Mineruae nomen indueret Athenarum; Graecis enim *Athena* Pallas dicta, vt narrat Ouidius, notatque Maro initio Georgicon: A B

Dialog. 11. Lucianus in Hermotimo de sectis, paulo aliter: Palladem domicilium statuisse, taurum Neptunum, & Vulcanum hominem, quem reprehendit Momus. Vide H. Iunium, Emblem. 1. & Gab. Faernum in Fabulis carm.

—— Tuque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune ——

quibus constat abunde, cur equus Neptuno dedicatus. Statimque de olea subiungit: *Adsis ô Tegeaee fauens, oleaeque Minerua*
Inuentrix. ——

Lib. 16. Nat. hist. cap. 44.

Refert C. Plinius oleam Athenis suo etiamnum tempore ostensam, quam Palladis esse dicerent; Argis quoque alteram tunc visam, cui centum oculis Argus Io in vaccam conuersam alligarit. B. Neptuno memini *delphinum* attribuisti: equidem ignoro cur hunc potius quam piscem alium quemuis: cum maris esset Dominus, nisi falsa narrent, qui cum Ioue ac Plutone mundum sic diuisisse aiunt, vt infera Plutoni, maria Neptuno obuenerint, reliqua vero Ioui cesserint. A. In M. Agrippae nummis hinc ipsius spectatur caput cinctum corona rostrata, quam Actiaca victoria de Cleopatra & M. Antonio meruerit: In antica vero parte Neptunus dextra delphinum tenens, sinistra tridentem. In Graecis autem nummis Hieronis Siciliae Regis hinc Neptunus cuditur, illinc tridens eius, duobus vtrimque delphinis appositis. B. Nunc demum cur haec duo illi tribuantur intelligo, praestantiorem tamen cognoscere eius rei rationem aueo. A. Graecis *Neptunus* ΠΟΣΕΙΔΑΩΝ cognominatus, quod terram quateret, vt marini fluctus & vndae littora solent. *Neptunum vero* altero pede terram concutiente. Poëtae, adhaec varijs ornant idem significantib. epithetis. *Tridentem* autem affingunt, quod quamuis rupem verberare cautesq; euertere, ac piscibus minitari, eosdemque necare, vt hodieque piscatores, posset. Quo illud Maronis pertinet: C D

NEPTVNVS.

Detrudunt naues scopulo, leuat ipse tridenti,
Et vastas aperit Syrtes, & temperat aequor.

Aelian. li. 15. Hist. Animal. cap. 17. Herodotus 1. Agell. lib. 16. cap. 5. Aelian. li. 12. hist. animal. cap. 45. Pausanias in Corinthiacis. Aelia. de lasi moneta li. 6. hist. animal. cap. 15. & li. 12. cap. 6.

Delphinus, quem Aelianus piscium principem, vt quadrupedum leonem, facit, ceteris merito anteponitur, vel ob singularem erga homines amorem ac Musicae studium. Hinc illa de *Arione* narratio instituta, qui naui vectus à nautis sit occisus, cum prius precibus id obtinuisset, vt solemni habitu, quo in Graeciae ludis soleret, fidibus canere posset. Sicque in mare praeceps datus. En ad musicae cantum adnatasse delphinum fabulantur, qui tergo libens accipiens littori saluum reddiderit; quo nauis post appulsa est, sumptumq; ibi de homicidis supplicium, in *septem Sapientum conuiuio* multis Plutarchus commemorat. Idem Aelianus Arionis Poëtae versus, quibus saluum se enatasse glorietur, recitat. Nomisma Corinthiorum, ni fallor, delphinus cuditur puerum gestans & arbori applicans. Gellius quoque delphinum narrat puerum dorso libenter accepisse, ac per mare vectasse, ac denuo retulisse. Qua figura Graeci multi nummi impressi Tarentinorũ; vt & Iulius Pollux in Onomastico annotauit, quòd esset ea vrbs à *Tarento* E

Neptu-

A Neptuni filio condita. Nautae quoque ſpectari quotidie hunc piſcem nauib. adnatantem affirmant, vt & in nummis Seueri Graecis Corcyreorum oſtendere queam; tametſi hoc tempeſtatis eſse prognoſticon quidam autument. B. Nunc de PALLADIS armis videndum, ac de Gorgone ſeu Meduſa, quam pectore geſtaſſe ferunt. A. Columella cum galea Mineruae impoſita in nummis Claudij Caeſaris inuenitur. De columna quidem legere memini, extra *Bellonae* templum collocari ſolitam, in quam haſtam, qui alteri bellum indicerent, iacerent; quaſi *Pallas* & *Bellona* paruo diſtarent diſcrimine. Quin & alius tunc ſeruatus ritus, vt templi *Jani* portae aperirentur, quae pacis temporibus claudebantur. Quo & B elegans Neronis pertinet nomiſma, ſic notatum: PACE P.R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT; tametſi in alijs eiuſdem Caeſaris nummis VBIQ. pro illis TERRA MARIQ. cuſum videamus. Saepius autem *Ianum* tunc clauſum legimus, vt Numa regnante: deinde poſt primum bellum Poenicum: & Auguſti denique Caeſaris imperio. Hinc Maro canit:

PALLAS.

Sex. Pomp. in Bellona.

IANI *Portae*

I. Aen. v. 298

Claudentur belli portae ——

Et rurſum libro ſeptimo copioſius.

v. 607. & 610

Sunt geminae belli portae, &c. ——

—— *nec cuſtos abſiſtit limine Ianus.*

Haec illa nimirum PAX eſt, à multis cum Hebraeis, tum Gentium ſcriptoribus praedicta, qua CHRISTVS Dominus orbi redimendo naſci voluit, etiam Sibyllae C Cumaeae apud Maronem in Bucolicis denunciata verſibus:

PAX.

Ecl. IV. v. 17

Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.

Et poſt non longe:

Ipſae lacte domum referent diſtenta capellae
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Ceterum de *Palladis galea* quae dicerem multa ſuppetunt, ſi quae Graecis inſculpta ſunt nomiſmatis referrem; quibus cudi ſolet † noctua, aut oleae ramus, aut Pegaſus, Triton, Piſtrix, *Biga* denique, aut Quadriga. C. Sed cur *Triton aut Piſtrix?* A. Etſi nunc non erat his locus, dicam tamen. Conſtat *Pegaſos* iſtos, *Tritones*, *Chimaeras*, *&* *Piſtrices* nauium aut triremium imagines fuiſſe: qualia nauibus nomina indidit Maro, quibus eſt Aeneas vſus in Anchiſae parentis fu- D nere, iuſtiſque perſoluendis. Certum & illud alatos non reperiri equos, qui *Pegaſi* appellantur, ſed celeri curſu veloces, *volare* etiamnum vulgo dicuntur, ac vento concepti; quod de Luſitaniae equis fabulantur. Talis fortaſſe Perſei equus è Meduſae ſanguine natus, & in Corinthiorum quibuſdam nummis alijſque glyptis inſculptus eſt *Bellerophon Pegaſo vectus*, cum Chimaera depugnãs, vt Homerus, Heſiodus, ac Lucretius eam deſcribunt, vt caput ſit Leonis, cauda ſerpentis, cuius extremũ ſerpentis quoq; caput praeferat: media vero corporis parte capra: ore vero ignem vomat. Hanc ſic exponunt: montem Lyciae fuiſſe ſic dictum, cuius verticem Leones haberent, medium vero capreae ſilueſtres: ad pedem vero montis ſtagnum ſerpentib. plenum; cuius è montis culmine ignis exhalaret. *Bel-* E *lerophon* autem his locum monſtris purgauit, iniecta primum magna plumbi copia ſaxorumque vi, ac ſilicum, qui ignem contuſi eijcerent. Exacti adhaec Leones & caprae: ſtagnum vero, deriuata aqua, exſiccatum, vt coli mons, habitariq; poſſet. Hinc nata fabula, montem ſuperaſſe alati praeſidio equi, haſtaq; plumbea certaſſe, qua fauces Chimaerae obſtruxerit, ſuffocaritque. Corinthios autem Pegaſo cudiſſe nummos, auctor eſt in Onomaſtico Iulius Pollux. quod ibi natus Bellerophon eſſet: ſpectaturque & in Syracuſanorum Siciliae nummis, quò illi coloniam duxerant: item in moneta Empuriae Phocenſium coloniae (quae & ipſa à Corinthijs deducta eſt) idque litteris inſcriptis cum Graecis, tum Latinis

† *Lege Zenobij Adagia Gr.*

Virg. 5. Aen.

PEGASVS.

Steph. Pighius Praefa. lib. VII. Annal. Roman.

C. Plinius. Solinus.

Lib. 9. c. 6.

atque Hispanicis antiquis. Reperti hi nummi in vetere admodum vrbe Emporiarum, qua de alias dicam. *Pistrix* priore est parte eques, in piscem cetera desinens, quam in Gallieni Imperatoris nummis dumtaxat videre contigit, & in altero argenteo, & cum *Neptuno* in annuli lapide, cuius Dei currum bina id genus monstra traherent. Itaque in maritimis vrbibus, qualis & *Syracusa*, in Palladis galea sculpebantur: itemque Trito, quod monstrum marinum media parte homo, altera piscis erat. Affingitur & concham inflare marinam: quod monstrum Misenum Aeneae comitē, quod tuba contēdere auderet, occidit. *Pallas quoq; Tritonia* varijs de causis dicta: alijs, quod iuxta flumen aut stagnum visa eiusdem nominis: alijs quod ΤΡΙΤΤΗ vetere lingua *Caput* significaret. Ipsa enim è Iouis capite nata, cerebrum securi findente Vulcano. Nam caput illi velut praegnanti grauidum, vt Lucianus iocatur: Hincque Sapientiae est Dea habita. De *Gorgone* seu *Medusa* refert Plinius statuam quandam Mineruam,* *Musicae* idcirco cognomentum tulisse, quòd pulsatis anguibus Medusae capite dependentibus Musicus sonus audiretur. Fabulantur huius aspectu homines in lapides conuersos, vt in Metamorphosi † Ouidius refert: capillos quoq; in serpentes versos: quòd ijs sese efferret plus aequo; & nescio cui Deae adaequaret, forte Mineruae. Medusae vero caput in *L. Plautij* nūmis tantum spectatur; & in antica parte Aurora, cum quadriga: estq; Aurora alata, vt & Medusae effigies in alijs nummis, quo citi aëris velocitas demonstratur. In Graecis nomismatibus Larissensium, quae Achillis olim patria, hinc Medusae caput impressum visitur, illinc caballus humi sese sternens, qui Neptunū designare, quod in equum amore sit transformatus, putatur. Medusa autem ignorantiam notat, quo quidā vanè ducti, ex hominib. lapidescunt, vertunturq; in saxa: quos qui crinib. arripere student, serpentes apprehendunt. Diuinus poëta Maro de Cyclopum agens armis, Palladis quoque sic depingit:

> *Aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma,*
> *Certatim squamis serpentum, auroque polibant,*
> *Connexosque angues, ipsamque in pectora diuae*
> *Gorgona desecto vertentem lumina collo.*

Et Aen. II. v. 615. *Jam summas arces Tritonia respice Pallas,*
Insedit nimbo effulgens, & Gorgone saeua.

C. *Aegidis* vocabulum quid sonat? A. Disputant Graeci Latiniq; super hac voce litteratores, qua & Homerus vtitur, tribuitq; cū Marone Ioui, quasi pellis caprae sit Amaltheae, à qua educatus Iupiter: etsi alij scutum, loricā alij faciant, qua pectus & thorax tegitur; quorū hic magis sentētia placet. T. Liuius li. I. Numā ait, Pōpiliū duodecim sacerdotes instituisse in Martis Gradiui, qui Romuli parēs putaretur, honorē, *Salios* dictos. Horū tunicae auro textae ac purpura: Hinc ramorū fascis in pectore imposita, Aegidi Mineruae nō dissimiles: brachijsq; gestabāt scuta caelo delapsa *Ancilia* dicta B. Nuper haec *Ancilia* è nomismatis cognosci depingiq; posse affirmabas. Cedo igitur nomismata, formāq; demonstra. A. En tibi in Antonini Pij Aug. nummis scuta videas, hisce notata literis: ANCILIA, &, si propius inspicias, formā discas non plane rotundam, sed ouorū instar oblongā, & supra infraq; angustā, ac veluti in apicē tendētia: Latera vero cauata ac sculpta in medio. Festus autem Pompeius Mamurium Veturium refert vnius clypei forma, qui caelo delapsus, in Numae atrio esset repertus, alios expressisse. Cūq; Augures ac vates seruandū hoc scutū respōdissent, quod penes quos esset, hi rerū summa potirentur; idcirco plura similia fabricarunt. Nullū vero artifex, operis huius praemiū aliud exigebat, quā vt saltantes cū his scutis Salij sese identidē nominarent. Plura de his Halicarnasseus Dionysius, quam Liuius cōmemorat. Addit enim *Salios* fuisse patricios, qui Palatini dicerētur, ad discrimen Agonaliū, aut Caelinorū, quos Tullus

Hosti-

Marginalia: *Dialogo VI.* — A — *Virgil. III. Aen. v. 239. & VI. v. 164. 189. 234.* — *Pompon. Mela li. 2. de situ orbis in Ital.* — *Philostratus in Iconibus.* — ** Minerua Musa, apud Senecā Rhetorē Suasoria I. nisi locus corruptus.* — *† Lib. IV. Metam. Fab. 16. & 19.* — B — C — *Aen. VIII. v. 435.* — *Ha. Iunius in Adagio: Capra Amalthea.* — D — ANCILIA. — E — *Plut. in Numa.*

A Hoſtilius inſtituit. Saltabant autem Maio menſe, vicoſque tripudijs luſtrabant, forum item ac Capitolium obibant. Habitus vero huiuſmodi. Tunicae ſic depictae aereum cingulum obductum. His toga iniecta, quae *Trabea* dicta, purpura nimirum contexta, vt praetexta ſolet, nodo in humeris, quae fibula dicta, colligata. Pileus eminens caput tegebat apicis nomine, mithrae forma, qui *Tutulus* ab alijs teſtante Nonio, dictus. Latus ferro cingebãt, dextrã haſta armabat aut lancea; ſiniſtrã vero clypeus tegebat. Qui ſi pondere moleſtus eſſet, à ſeruis geſtabatur, qui, vt ſpectaretur ab omnibus, in pertica geſtabant. Saltantib. fiſtula aut tibia accinebatur, cuius numeros ſecuti, canebant & ipſi interdum aut ſinguli aut plures, vt ſaltus exigerent. De his Virgilius lib. VIII. vbi de Aeneae clypeo: *Nonius in Redantruare* *v.663.*

B *Hinc exultantes Salios nudosque Lupercos,*
Lanigeroſq; apices, & lapſa ancilia caelo.

Lib. item VII. de his qui ad Latini regis portam: *v.187.*

Ipſe Quirinali lituo, paruaque ſedebat
Succinctus trabea, laeuaque ancile gerebat
Picus equûm domitor. ——

C. *Ancilia*, vtro ſcribendum modo, Graeco-ne Y, an Latino I? A. Nummus hic I Latino ſcribi iubet, vt *Cilia*, & *Supercilia*. A *caedendo* enim deducta vox, cuius compoſita I littera commutantur, vt *Concido, Recido, Diſcido, Praecido* aliaque: dehinc D in L vertit [niſi à *Caelando* deriues] & AM aut AN potius, *Circum* ſignificat, vt alias ſaepe. Porro *Trabeae* idẽ meminit Virg. eodẽ li. VII. Aeneid. de Con- *ANCILIA.*

C ſule, qui Iani templo aperto bellum indicere geſtiebat, ſic agens: *Trabea.* *v.612.*

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Inſignis, reſerat ſtridentia limina Conſul.

Trabeam quoque Regibus donatam lib. XI. oſtendit. *v.333.*

Munera portantes eboriſq; auriq; talenta,
Et ſellam Regni trabeamque inſignia noſtri.

Seruius Honoratus tria facit *Trabeae* genera, purpureum Dijs dari ſolitum: alterum è purpura & album Regib. offerri ſolitum. Tertium è purpura coloriſq; coccinei Auguribus datum. Romulum trabea vſum, habitumq; poſt Regum fuiſſe auctor eſt Plinius li. VIII. & IX. Nat. hiſt. Valerius autem Maximus Idib. Iul. equites trabea indutos traduci ſolitos ſcribit. Legi quoque alibi Comoedias quaſdam *Iac. Raeuardus in Varijs de Traduct.*

D *Trabeatas* dictas non ſecus atque *praetextatae, togatae, ac Palliatae* à perſonarum diuerſitate, quae inibi agebant, nominatae ſunt, à veſtium quib. in ſcenã prodibãt, varietate. Verum vnde digreſſi ſumus eo redeamus. Illud ſane memorabile, quod de Palladis ſtatua Plinius refert, à Phidia Athenis ex ebore & auro facta, cubitos alta ſex & viginti: cuius in ſcuto Amazonum pugnam caelauit; & alia ex parte Gigantomachiam cum Dijs. In ſoleis Lapitharum erat & Centaurorum certamen. In baſi autem ſtatuae Genealogia triginta Deorum, quod opus *Pandora* vocatum, iuxtaq; ſculpta magnae molis ſerpens. In haſtae quoq; cuſpide *ſphinx* erat. B. Optarem ſane talem ſpectare ſtatuam: &, ſi pauca reſtant hodierna die diſcutienda, vellem haec omnia ſingulatim cognoſcere: tamen ſat erit in praeſens duo *Lib.36. Nat. hiſt. cap.5.* *Similem fere ſtatuã in Atticis Pauſanias exhibet: quã & vide libr. 5. vbi de Lapithis & Centauris.*

E haec vltima, puta de ſerpente, ſphingeq; ex Te audire. A. Serpentem equidem ad Mineruae ſtatuam vidimus olim Romae in Cardinalis Carpenſis vinea: Maro quoq; geminos inducit ſerpentes, qui Laocoonta, cũ filijs, quod in equum durateum haſtã torſiſſet, necarunt: qui equus Palladi eſſet dedicatus; ad cuius Deae ſe ſtatuã confeſtim receperunt. *SERPENS.*

Effugiunt ſaeuaeq; petunt Tritonidis arcem: *Aen. 2.226.*
Sub pedibusq; Deae, clypeiq; ſub orbe teguntur.

De *ſphinge* nuper in aduerſarijs haec à me notata repperi; inter *Harpyias, Sirenas, Griphos, & Pegaſos*, illud in antiquis ſcriptorib. Nũmis, ac ſigillis, alijſque Antiquitatis monumentis intereſſe videri, quod *Sphinx* tribus potiſſimum com- *SPHINX.*

 poſita

posita esset, duabus cetera illa animantia. Quamobrem illam in ternarii numeri A
poëmatio Ausonius ita collocat:

Terruit Ausoniam volucris, leo, virgo triformis.
*Sphinx volucris *pennis; pedibus leo, & ore puella.*

* al. pedib. fera fronte puella.

In Graecis Chiensium nummis *Sphinx* spectatur; fuitque hoc Augusti Caesaris signum. Facies virginis erat, cetera Leo: alasque gestabat. Vidi qui & rotam adiungerent. Haec viatorib. aenigma tale proponebat, quo hodieq; vtimur in Griphis: *Quodnam animal quattuor ambulat pedib. post duob. deniq; trib.?* Qui dissoluere nodum nequiret, neci dabatur, solusq; Oedipus soluit, *Hominem* esse respondens. Vnde vetus illud apud Comicum natũ Prouerbiũ: *Dauus sum, non Oedipus.* Cicero *quoq; C. Verrem accusans (quòd Siciliam statuis, in his & Sphinge quantiuis pretij expilasset, quã Hortensio, vt se defenderet, donasset) Hortẽsio lepidè respõdit, quòd B
se testimonia testium intelligere negaret, obscure loquendo: *Intelligere,* inquit, *posses, etsi obscurius loquerentur. Domi enim Sphingem habes.* C. Plinius in simijs *Sphingem* numerat, sed alatam, coloris fusci pedibus, quae & in pectore mammas habeat. *Harpyias* in nomismate vno dumtaxat vidimus, & in gẽmâ sculptâ, muliebri forma, cetera auis, *facies enim capitq; virginis est: cauda vero auis, quẽadmodũ Maro, alijque Poëtae copiose describunt. *Sirenae* quoque auis forma desinunt, media parte feminea. *Harpyiae* capite sunt femineo: *Sirenae* vero etiam corpore, cauda tamen & alis auium, à *Petronio Turpiliano* III. *Viro* in Augusti Caes. nummo cuditur. B. Male igitur pingitur piscis forma *Sirena*, duplici cauda. A. Sic in tabernis & Venetijs in apothecis S. Marci templo vicinis pingi quidem vulgo solet: sed mon- C
strare queã ectypum Nomismatis Parthenopeae Sirenes, atque eâ quã dixi, formâ, tibiam manu tenẽtis. Haec Neapolim, vt ferunt, cõdidit. In altero nomismate huius vrbis lyra visitur, & mons Sipylus, quo cõdita sepulcro Parthenope existimatur: eodemque appellat nomine vrbẽ Virgilius extremo † Georgicon libr. [*Etsi alijs non mons, sed cortina tripodis Apollinis esse videatur:*] In alijs rursum nummis eiusdẽ Neapolitani regni *Minotaurus* visitur, interdũ etiam superuolante Victoria, cum corona. Verũ de his legẽdi, Homerus, Apollonius, & Ouidius, qui *Sirenas* auiũ forma induunt. Ceterum Antiquitatũ monumenta Musas pingũt cum penna capiti imposita, vna excepta: putantq; Antiquarij eam esse pennã, quam Sirenib. cantu victis extraxerunt. C. Sed cur *vna excepta* dixisti? A. Quòd vna Sirenarũ mater Terpsichore dicta, (si non me fugit nomẽ) excipiẽda sit. C. Nonne picarũ pennae sint, quas etiam Musae cantu vicerũt? A. Siquidẽ *Musae* ipsae a- D
ues tũc fuissent, dici id queat, sed virgines erant, si Nasoni credim⁹: & *Sirenae*, aues erant, beneq; concinebãt, & mater picarũ non *Musa* fuit, vt Sirenarũ. [*Adhaec Aelianus pictores ait, ac Poëtas Sirenas virgines fecisse alatas, pedibusq; auiũ: vt in Augusti nummo spectari iam diximus. Musas vero in Q. Pomponij nomismatib. nouem cernas.*] Gryphes inferne Leones erant: superne vero aquilae: hoc est capite, collo, pedib. prioribus, & alis aquilas referebant, cetera Leones: visunturq; in nũmis, de quib. dicere ingressus eram, vna cũ Apolline ac tripode: item in Gallieni nummo cum rota curuli. *Pegasi alati* sunt, cetera equi, vt supra disserui, ostenditurq; in nũmis: estq; & Antinoi, sed rarum nomisma, in quo Mercurius Pegasũ dextra regens cu- E
ditur. B. *Scylla & Charybdis* quid sunt? vtq; in nũmis exhibẽtur? A. In Siciliam profecto in freti angustijs Italiã inter & insulam *Scylla* mihi ostensa, caput seu promontoriũ ad Italiã: altera vero ex parte obiecta vorago seu gurges, in mari iuxta Messanam, *Charybdis* dicta: iuxtaq; turris index nauigantib. vt pericula deuitent: noctuq; fax accenditur vt in Pharis portuũ sollemne est. Itaq; è Graecia adnauigantib. Italiae ad sinistrum hoc periculũ vitãdo accidit non raro, vt in Scyllam inciderẽt, quae ad dexteram est Insulae, & in scopulos illos naue fracta impingerent. Hinc Maro dixit: —— *Naufragum Scyllacaeum:* natumq; inde Prouerbium.

Diodor. Siculus lib. 1. Ausonius: Qui bipes & quadrupes foret & tripes, omnia solus. *Athenaeus li. x. in Aenigmat. Ios. Castalio Obseruat. Decade* VIII. *cap.* 10.

**Macrob. l. 1. & Quintilian. lib.* v.

Plura de Sphinge Aelianus lib. 12. *Hist. Animal. ca.* 7. *&* 38. *& Pausanias lib.* 9.

HARPYIAE. *Li.* 3. *Aeneid.*

SIRENAE. *Ausonius, & Virgil Catalecta. Aelian. lib.* 17. *Hist. Anim. ca.* 18.

† Illo Virgiliũ me tẽpore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.

MVSAE. Musas Sirenib. esse praeferendas: *Symbolũ est Pythagorae apud Clementem & Theodoret. vt Varijs Lect. notat Th. Caterus li.* 2. *cap.* 1.

Lib. 17. *Hist. Anim. ca.* 23.

GRYPHES. *Pausan. lib.* 1.

SCYLLA ET CHARYBDIS.

Incidit

A *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.*

Charybdim equidem in nomismatis nunquam reperi, nec in alijs antiquis monumentis: *Scylla* vero in Sex. Pompeij nummo sic visitur: Virgo nuda inguinum tenus, clauum vtraque tenens percutientis forma, ictumque inferentis. Ad vmbilicum animalia erumpunt canib. similia, media dũtaxat parte eminente, vt latrare videantur. Romae quondã in vinea Dominae Margaritae Austriae, Ducis Parmae spectare memini *Scyllae* statuam affabre sculptã, post etiam typis editam. Hic canes velut rabidi iuuenem discerpunt, & alius interea caudae Scyllae implicatus tenetur. De hoc marino monstro Virgilius locis, ni fallor, duobus sic ait. *Ecloga 6. & in Ciri.*

Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
B *Ah, timidos nautas canibus lacerasse marinis.*

B. Quid canes hic designant? A. Irati pelagi rabiẽ cum in scopulos nauis incidit, latrantium ritu canũ, saeuiente mari; item damnum à naufragis accipi solitum in Scyllae, eiusq; canum immanitate. B. Sed cur clauum nauis tenet? A. Quod princeps maximumq; damnũ naufragi accipiunt gubernaculo amisso. Itaq; naues à se absorberi frangique ostendit, arrepto clauo, & nautis etiam occisis. Sunt qui moratam hanc Mythologiam produnt: feminas hic impudicas ac scorta notari, facie quidem blanda, molli, ac delicata, cetera vero corporis parte perniciosas adolescentibus. Igitur libido clauum Rationis tollit, nauemque frangit: hoc est corpus, animumque hi scopuli, nisi fugias, absorbent ac mergunt. B. De *Minotau-* C *ro* quid, cuius modo facta mentio est? A. Falsum nimirum esse, quod Naso canit: MINOTAVRVS.

Semiuirumque bouem, semibouemque virum.

In nummis enim Neapolitanis Latinè, Graecè, & Oscè inscriptis *Minotaurus* excusus corpore quidem taurino, facie tamen barbaque promissa hominis, etsi cornua in capite,auresque bubulae sint. C. Sed quos *Oscos* vocas nummos? A. Litteris nimirum ignotis inscriptos, cetera persimiles Neapolitanis. B. *Minotaurus* quid notat, praeter ea quae Poëtae fabulantur de Pasiphaës Minois coniugis amore erga taurum: item *Labyrinthus*, quo Minotaurus conclusus, & *Theseus*, qui occidit, summusque artifex *Daedalus*, eiusq; filius *Icarus*: qui cum parente per aethera volãs, alis cerâ applicatis, nũ aniles fabulae aut merae nugae sunt? A. Praeuertisti me, ac praeoccupasti: verum sic nodum, vt fidem merito habeas, D expediã. De tauro quae dicuntur, puta adulterũ sic dictũ Pasiphaes captũ amore, quo etiam cognomine hodieque in Carpetanis quidam vtuntur & olim Romae *Statiliae* gentis Tauri cognomen fuit, vt & *Voconij Vituli* dicti, quae duae familiae in Augusti, ni fallor, nummis exstant: & alterum item eiusdem nomisma in antica parte vitulum sine cornibus praefert, notatumq; Q. VOCONIVS VITVLVS: quomodo Triũvir monetalis, qui cudendũ curauit, appellabatur. *Daedalus* autem conciliator amoris fuerit, taurũ inter & Pasiphaen, vt & inter Ariadnam Minois filiam, ac Theseum. Hic cõgressus viam rationemq; excogitarit, qua & illi amorib. potiretur & These⁹ Ariadnã raperet. B. Quid *Labyrinthus* designat? A. Carcer infelix, vnde effugere nefas: quo clausi taurus, Daedalus, & Theseus. Erupe- E re autem Daedali arte, dumq; nauigant Icarus filius cereis ludens imaginib. à patre fictis, in mare praeceps datus. B. Exstatne in nũmis *Labyrinthi* forma? A. Est penes me Graecus, sed attrit⁹, spectatur tamẽ, & Regis Antiochi Epiphanes fuisse suspicor. Clare enim nomen ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ legitur, cetera nõ itẽ. Sed illud cõstat Antiochi Regis Syriae id cognõmẽ fuisse. Habeo & alterum nomisma vtroq; insignitum nomine ΑΝΤΙΟΧΟΙ. ΕΠΙΦΑΝΟΙΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Hinc aũtẽ regia facies diademate reuincta: illinc vero vir nudus, dextra Solẽ tenens, & in vertice Lunam, sinistra vero hastã, estq; argenteus nũmus quatuor drachmarũ põdo. B. Sed cur nud⁹ apparet? A. Nõ facile dixero, sed Regẽ eũdẽ esse arbitror, qui suo ipse nomine clar⁹ atq; illustris

Diodor. Siculus lib. v. Bibliot. LABYRINTHVS. *Palaephatus lib. περὶ ἀπίστων.*

ſtris audiret. Hinc Solem Lunamque, ſplendida mundi lumina, geſtat. B. Luna quamobrem capiti imminet, & nudus erigitur? A. Quia *Lunam* certũ eſt varios hominib. ſenſus ingenerare: Nuditas vero ſplendorẽ candoremq;, qui veſtib. obſcuratur, ſignificat. vnde & *Diaphanum* vocamus tranſparens, vt cryſtallũ, vt vitrũ, vt aqua, *Luna* quoq; à ſole lumen mutuatur, hinc & capiti imponitur. Sed ad rẽ reuertamur. Daedalus itaq; ſic effugit, portumq; cepit Chalcidis, & cũ Chalcidenſib. Cumas Italiae occupauit, variaſq; alio circũcirca Colonias duxit, referẽte Velleio Paterculo, ac Marone principio ſexti Aeneidos. B. Non putarã te adeo dextrè emerſurũ his tricis: verũ de *Minotauro* nihil dum attuliſti. A. Filius hic Minois fuerit ac Tauri, quòd tamen ad adulterũ magis pertinuerit quàm ad verum coniugem eo fit humana dũtaxat facie cuſum videri. B. Sed cur moneta Minotauro victoriã ſuperuolantem habet? A. Suſpicor cũ quis huius incola vrbis, qui Minotauri ſymbolo vteretur, Victoria quadã ludis Olympicis eſſet potit⁹ aut alio in certamine aut pugna, Minotaurũ ſuum coronare tunc ſolitos. Itaq; impreſſiſſe nummos cũ Victoria. Reperitur & abſq; Victoriae ſigno, corona tamen impoſita, iuxtaq; vas ingens, quam Caleni vini amphorã fuiſſe opinor, alteriuſve Cãpaniae oppidi, quod prẽſtantiſſimum erat Italiae vinũ. B. Nunc de *Centauris & Hippocentauris*, tãquã affinib. certe ſimilib. aueo ex Te audire. A. In Gallieni nũmis *Centauri & Hippocentauri* viſũtur animal forma partim humana, partim equina. Interdum arcũ geſtat, nonnumquãnauis clauum, adſcriptumq; APOLLINI. forte quod natale aſtrũ ita deſignarit, Sole Capricorni ſignum tenẽte, quẽadmodum & Auguſtus Capricornum cudit, cũ gubernaculo atq; orbe. Sunt & nũmi maiores aerei nomine ROMAE impreſſi, & Hercules cũ Centauris dimicans. B. Hieronym. in vita S. Pauli primi Eremitae, fabulã eſſe negat Cẽtauros, & C. Plinius, niſi me fallit memoria, aſtipulatur: Addit cadauer vnius in melle ſeruatum Imperatori oblatum. B. Quid ſi tales fuerint, quales homines marini aliquando in Belgico viſi Oceano? A. Deo Opt. Max. nihil impoſſibile, ſed res eſt ad credẽdũ difficilis, multaeq; adeo res prodigij inſtar ac portenti ſimiles reuera eſſe deprehẽduntur, fidem tamẽ pauci adiungunt. Quis enim quae de elephãtis memoriae prodita ſunt admiranda credat, niſi oculis cerneret? quaeque de *Rhinocerote*, cuius vnicum in narib. cornu eſt, quo inimicum necare ſolet, feruntur à Valerio Martiali. B. Huius belluae num in nummis veſtigium apparet? A. Maxime, vt in nũmis Domitiani, & in ſignorũ gemmis vidimus. Hippopotamo non eſt diſſimilis, niſi quod naſus porci roſtro ſimilior. Luſitaniae autem Regem vnã Leoni X. Põtifici miſiſſe conſtat, ſed in via exſtinctã perijſſe; viſitur tamẽ typis excuſa. B. Non deſunt qui quae de Centauris dicuntur, eorũ fuiſſe dicant opinionem qui primi hominẽ equo inuectum ſpectarũt: quod & Indis vſu-venit, cum primũ Europaeos equo vehi cernerẽt, & vnum eundemq; hominẽ & equum eſſe exiſtimarent. A. Credere illud malim, quã viua id genus animalia experiri, niſi forte illud eſt Romanorũ hodie dicterium de exteris hominib. vſurpatum; *ingredi* nimirum *Romã Centauros*: quod partim homines maneant, partim beſtiae. B. Sed illud deterius quod nuper ex Horapolline referre Te memini, Aegyptios Aſini caput in Hyeroglyphicis pingere, notãtes eũ qui patrio ſolo nunquam eſſet digreſſus. A. Id genus homines vbiq; reperias, verum ad inſtitutam de nomiſmatis diſquiſitionem redeamus, &, vnde coeperam, de auibus & arboribus alijſq; ſignis. Qualis fere ludus ille aulicis noſtris popularib. ex Poëtae neſcio cuius rythmis vſitatus, quo reginae eiuſq; pediſſequis, auem, arborem, & litteram ſingulis attribuit. B. Quandoquidẽ de pediſſequis ac matronis ſermo incidit, quare, amabo, Veneri, *Columba, Myrtus & mala* aſſignantur. A. Scimus columbas fecundas eſſe, binas volitare, & inuicẽ complecti, ac veluti ſuauiari: quod alia animantia non ſolẽt, niſi virilis femineuſq; ſexus. De *Myrto* cauſã non facile exponã, niſi quod eius oleũ capillis vtile: & haud

ſcio

Marginal notes (left): CENTAVRI. *Hippocẽtauri* — *Lib. VII. Nat. hiſt. cap. 3.* — RHINOCEROS. *Lib. XIV. diſt. 52. & 53.* — MYRTVS.

Marginal letters (right): A, B, C, D, E

A scio an quid amplius lateat. Plinius ipse multis ostendat, vt de *Venere Myrtea* seu *Murtea*, ac de ouationis ouantium corolla, quae *myrtea*. SCHOL. *Myrtus Veneris cur sacra, vnde & Murtea Festo Pompeio, causas alij adferunt. Natalis de Comitib. li.* IV. *Mytholog. cap.* XIII. *quod Venus myrto ornata sic ad iudiciū de forma cū Deab. Iunone & Pallade profecta sit; ex Nicandri Alexipharmacis. Vel quia myrtus in maris (vnde nata est Venus) littore nascitur. vt Virg.* 1. *Georg. v.* 28.

Pallentesque ederas & amantes littora myrtos.

Alij Veneri myrtum sacratam crediderunt, quia multis morbis muliebribus conuenit, ex Dioscoride lib. 1. *cap.* 127. *Plures causas suggeret Germ. Valens ad illud Virg.* 1. *Georg.*

—— Cingens materna tempora myrto.

B *Et in Eliacis lib.* II. *Pausanias rosam & myrtum esse stirpes Veneri sacras ait, propriéq; attinere ad pulcritudinis rationem, &c. Eadem Seruius in lib.* II. *Georg. & V. Aeneid. quae non describo, itemq; Nicandro* ἀιθά κὴ φιμώδεα μύρτα.] Venit nunc in mentem eius dicti Pastoris in Eclogis:

Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho,
Formosae myrtus Veneri, tua laurea Phoebo.

Qui versus quaternis tuis quaestionibus facient satis. B. Imo quaerendi ansam praebebunt. Non enim pastor ille causas reddidit. A. Saltem illud efficient, vt antiquitus arbores dijs deabusque consecratas probent, neque esse cerebri commentum nostri. B. Absit vt id de Te in animū inducam meum. Sed cur, quaeso, *populus* Herculi sacra, item cur *mala* eidem ac Veneri dedicata? A. De *populo* POPVLVS. C arbore vix occurrit aliud quàm arborem esse duram, altā ac rectam, quae in Herculem probè quadrant. Folia quia sunt viridia & alba minimoque impulsa vento, Herculem forte ad coronam inde sibi texendam inuitarunt, quemadmodum quercus cum glandibus Ioui in delitijs. Videas in Pyrrhi Regis Epirotarum nummis fulmen his additis litteris ΑΓΕΙΡΩΤΑΝ Dorica nimirū Dialecto pro ΗΓΕΙΡΩΤΩΝ. In nonnullis etiā gemina facies viri quernea corona redimiti, & feminae folijs & fructu malo Persico reuinctae, qui Iupiter & Iuno esse putātur. B. Vnde cōijcis *Pyrrhi* hoc esse nomisma? A. Quia tres hic apparēt literae ΠΥΡ. B. Persica cur Iunoni attributa? A. Haec mala spectantur in capite *Isidis & Harpocratis*, PERSICA MALA. qui silentij praeses est, item in alijs Aegypti Dijs, vt Sarapide, imo & Osiride, caeterisq;. Gestare autem idcirco creditū, quod frondes illae linguā referant: fructus vero cor repraesentent, quo monentur viri feminaeq; ne lingua dissentiat à corde. D Quod autem de Veneris pomo fertur notum in vulgus à Paride illi datum, quòd formae praestantia Iunoni ac Palladi antecelleret. Lōge tamen illo antiquius pomū Euae primae parētis: quo de alij disputant, quod genus fructus fuerit, vt Accursius ille noster dubitans *ficus* ne, vua, an *mala* fuerint; vt & ego an *mala cotonea* quae Herculi tribuuntur; quòd haec aurei magis coloris sint quā mala: cuius coloris Hercules mala hortis Hesperidū eripuit, vt spectatur in nomismate Graeco Commodi Imperatoris; necnon in Herculis statuis Romae, quib. sinistra tenere mala videas, renib. à tergo applicando; quae manus scaeua latronum propria maxime Romae, vbi *Zingarorum*, vt Itali nominát, ritu induti dextrā apertā gestabāt, opertam vero sinistrā. E Etsi legere memini *aurea mala, vellus aureū, aureumq; saeculum*, non eo dici, quòd ex auro essent, vel inaurata, sed quasi pulcra, grandia, magniq; pretij vt aurum ipsum. Sic enim M. Terentius Varro, togatorum doctissimus prodidit, nisi me ratio fallit & memoria, in libris de Re rustica. Itaq; Virgilium accipio: Ecl. III. v. 71.

Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Et Ecl. IV. 9. *—— toto surgit gens aurea mundo.*

Mala autem Veneris in multis spectantur nummis manu tenentis, sed adeo pusilla, vt cotonea esse vt credam minime adduci possim. B. De *claua ac pelle Herculis* quid sentis? Tenendum-ne sic processisse Herculem, vt pingitur? HERCVLES. A. Non

A. Non omnes ita pingunt. Hesiodus enim opusculo (si eius modo est) quod A *Herculis clypeus* inscribitur, oberrantem inducit. C. Talis-ne quales Itali ac nostri Hiberi furiosos errones suis rythmis decantant? A. Longe ille vetustior est, & hi post Christum natum, si modo fuerunt. Puto autem equis & armis in militiam profectum & scuto confisum, vt Poemati nomen dederit. C. Minime id nouum, credamque libentius quam Leonis tectum pelle & claua armatum orbem peragrasse. A. *Clypei Herculis* mentio etiam in Pandectis Florentinis exstat: haud scio an loci memineris. B. Non equidem memini in praesens.

A. Occurrit in Epigrammate quodam Graeco ab Alciato nostro Latine ad verbum reddito: verum discipulus eius licentia vsus maiore, sic conuertit:

Alcidem vt magno si quis clypeo armet, & ornet:
Sic tuus hoc Quaestor struxit opus varium, B
Ille pererrato tot monstra, ferasque subegit
Orbe; tuas Leges orbis vbique colit.

Herculis hunc amictum in pretio antiquitus habitum apparet, quasi antiquior veste è lana contexta; & pro ephippio pellem equi dorso insternebat. In nummis quoque Alexandri Magni idem capitis ornamētum magni aestimasse colligitur, quod se Heraclidarum è stirpe iactaret. In alijs tamen caput est galeatū, & Commodus Imp. pelle quoque Herculea amictus insedebat, cudebatque sic nummos, statuasq; eodem habitu ponebat, qualem Romae in hortis Pontificijs videre memini puerum manu tenentem, quem summa spectare voluptate solitum aiunt, etsi maiore Hilam Hercules consueuit, quem in expeditione pellis Aureae Argonautarum amisit. Nummis vero haec Commodus impressit: HERCVLES ROMANVS: cum quo iaculandi arte ferasq; occidendi industria certabat. ferunt enim multas summa dexteritate necare & vno quidē ictu solitum. Album item, quodcumque poneretur collineando ferire consueuisse, & vulnera, plagasque lethales dijudicauisse. *Clauam* Herculis muscas abegisse, nec accedere ausas, vbi vbi esset, commemorant. Pellis autem Leonis erit Nemeaei, quem pugna superauit. Pugna autem ac lucta in multis Graecis Romanisq; nummis cernitur, non os eius dilacerando, vt multi crediderunt, sed pectori suo allidendo caput. Vidi & similem pellem in sigillis gemmatis facie muliebri, forte Deianirae, vxoris Herculis, quâ formâ Iunonis quoque caput (quod Lanuuij asseruari solitum refert M. Tullius) in nummis visitur pelle caprina & miro apice acuminato in tergum versus, quod *Repandum* vocabat, & scuto formae inusitatae. In Traiani quoque Columna signiferi & cornicines caput luporum aliorum-ve animalium pelle tectum praeferunt. Adhaec *Luperci* quoque Romae nudi vagantes obuios quosque lupina pelle caedebant. Theseo quoque clauam attributam video, forte quod *alter* sit *Hercules* Prouerbio dictus. Fieri autem potest veteres ferro minime cinctos aut thorace aereo, alijs-ve armis minime tectos incedere tum solitos, quo pronior Herculi victoria fuit in duodecim illis laboribus, vsque eo à Poëtis decantatis, vt nec ipse arma, quae vel hostem laederent, aut vim arcerent non gestarit extra clauam & arcum, cum sagittis, quae Philocteti testamento obuenerunt. Vas autem Herculis, quo bibebat, ad M. Antonium delegemus, qui Antoniam gentem suo exemplo eo potare volebat, quod originem ab Hercule repeteret. Equidem, etsi Antonius, id ius repudio. Pergamus ad alia disticho illo recitata. Vitem, & vuam ac vinum denique Baccho sacrata vel illud Terentij ostendit: *Sine Cerere & Baccho friget Venus*: itemq; Plinij illud de Campana Capuae regione in regno Neapolitano; contendere nimirum vbertate cum Cerere, Baccho, & Minerua, copia frumenti, vini, & olei. B. Idem de Tarraconensis huius agri fertilitate quis vsurpet.

A. Nec immerito. B. Baccho cur *tigres* dantur? A. Eâdem nimirum de

In nummis Cōmodi hic titulus. M. COMMODVS P. F. AVG. BRIT. PP. *In auersa parte est:* S.C. HERC. COMMODIANO P. M. TR. P. XVI. COS. VI.

Lib. 1. de Nat. Deor.

Prouerbium dici Hercules alter.

Margin letters: C, D, E

A causa, qua *Satyri ac Sileni, laruae, & thyrsi* attributi; & id genus aliae Gentium ineptiae. Potissimum vero, quantum coniicio, ob ebrietatem, quae miras gignit imagines, & saepe in rixas erumpit, agitq; saeuè ac stultè. Alij idcirco illa consecrata putant, quod feras cicures reddat ac mansuetas. Nonnulli ob triumphum de Indis à Baccho ductum. C. Quid *Satyri* sunt & *Sileni*? A. Satyri bifariè pinguntur. Alij currib. ac pedib. caprinis simul & cornib. vt Pan Deus solet, magis vt bellua quā homo appareat. Tales duas statuas *Satyri* ab artificio laudatas Romae videre memini, quae Hermaphroditon fistulam multis compactā cicutis inflare doceat. Apparet enim singulis in Satyri mēbris, ac rostro vtriusq; animantis forma, puellus quoq; astās virū simul & feminae mollitiē simplicitatemq; praefert. Alij vero *Satyri* crura, pedesq; hominis, caudam vero bestiae auresq; acutas ostentant. In
B his *Silenum*, qui Bacchū aluit, numerāt pingui aqualiculo, asino inuectū, & nō dissimili forma imagines *Silenos* hodieq; nominānt. C. Edera vero cur Baccho sacra? A. Propterea quod viti similis sit, semperq; vireat, resistatq; ebrietati. Vinū adhaec aqua segreget: Quāobrē signi loco edera appenditur, vbi vinū venditur. C. Quid autem *Thyrsi* sunt? A. Puerorū lanceae instar arundinum ac ferularum appensa lanea vitta. Pergamus ad Apollinis *laurum, gryphes, & tripodas*. B. Haec cur Apollini tributa? A. De *lauro* alias dicere memini, cum de Victoria Dial. II. agerem, tributam ob Victoriam de serpente Pythone, qua de & Iulius Pollux alijq; scriptores, Musicos referunt in pugna imitari solitos dentium Pythonis sonum, inferendo plagas, ceterum de *lauro* Delphica pleni sunt Poëtarum libri: quomodo
C *Daphne* Apollinem fugerit, versaq; sit in sui nominis arborem, quae Graecis *laurum* significat. Maro quoque *tripodem lauro* his versibus coniungit.

Troiugena interpres Diuûm, qui numina Phoebi
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis.

Tripodis forma spectatur in nummis, & plerumq; cum Apolline, alijsq; Romanis monumētis [dextra quoq; laurū tenere videas.] E Diodoro Siculo li. XVI. Bibliot. & Strabone lib. IX. Geograph. colligas in Delo putei os fuisse trium pedum ambitu. Huic vates femina furibunda, *Pythia* dicta, insidebat oracula edens ac vaticinans, hausto è puteo illo seu crypta vapore insaniebat, nugasque illas proferebat, quas sacerdotes postea versibus exornarunt: quae deliramenta CHRISTO orbi redimendo nato cessarint. Cicero quoq; sua etiam tum aetate oracula desijsse
D fatetur. Adhaec Philippi Regis Macedonum Alexandri Magni temporibus Pythiam φιλιππίζειν ait, hoc est, pro Philippo vaticinari: exstatq; *de Oraculorum defectu* elegans Plutarchi Commentarius. B. Lucianus quoq; haec non raro, vt & Gentium Deos irridet. A. Varij etiam Christiani scriptores, qui pro Christianis Apologias euulgarunt, cum Graeci tum Latini, hoc argumentū melius tractarunt, docueruntq; quam nihil illis tribuendū. C. Apollini cur *gryphes* dantur? A. Non facile dixero, nisi forte idcirco quod Geographi referūt, gryphos in montib. quibusdā ignotis aurū asseruare: & Sol princeps causa auri ac metallorū in terrae venis gignēdi. Vidimus & Romae ad S. Petri lapides gryphis insculptos exstāte imagine, vt bini candelabrum affabre factum circūsisterent, nec deerant qui è Solis templo
E aut Apollinis esse sumptos Antiquarij opinarentur. B. *Gallum* Marti suprà tribuere visus es, item thoraces alijq; arma: cuius rei causam expiscari libet. A. Illud certū, milites in excubijs noctu vigilantes esse oportere, galli gallinacei exemplo, qui & ipse cristam gestat, & calcaria ritu militari. In hunc quoq; conuersum fuisse* Martis scutum gerentem fabulantur, quod excubias agens, dum exercitus periclitaretur, somno se ac quieti tradidisset. De *thorace* dicere nihil necesse. Lorica enim perpetuo Mars tectus pingitur. In nomismatis nonnullis trophaeum humero sinistro gestat, vt victor: vt & eius nepos Romulus, qui opima spolia

Silenos Satyrorum natu maximos nuncupant. Pausanias li. 1. De Silenis Aelianus lib. 3. Variae Hist. cap. 40.

APOLLO. LAVRVS.

Dionys. Halicarn. de Panegyr & Pausanias lib. 8. & 10.

Tripus.

Aeneid. III. v. 359.

GRYPHES.

* *Alij Pythagorae id tribūnt Lucian. in Gallō.*

occiso hostilis exercitus duce direptis armis posuit: vnde & trophaeum collocauit. Mars praeter gallum *picos* habet & *lupos*, à quibus *Romulum ac Remum* suae stirpis nepotes educatos ferunt. Nam de *Martis stella* inter planetas, ad Astrologos allegemus. B. *Mercurio* quamobrem *Caduceus* tribuitur & *caper?* A. Crumenam manu tenentem *Mercurium* vidimus, vt mercium ac lucri Deum: & felicem aliquem *virgula diuina* Prouerbio dicimus voti compoté effectum. hac enim virga & aeternũ immittere soporem, & animas ab inferis reuocare; & quae vellet gerere antiquitus credebatur. De capro nihil nunc quidem aliud occurrit, nisi vidisse me varijs in locis insculptum, item in Germanica inscriptione, ac nomismate, altera caduceum gestantem Mercurium, altera conchã marinam, quam inflaret: interdum etiam, cum Victoria. Concham auté datam arbitror, quòd praeconis fungeretur officio, essetq; Deorum interpres. Rursum *è pellibus capri* crumenae seu perae confectae, mercesque tegebantur. Vel quòd ei caper immolaretur. A B

MERCVRIVS. Caduceus. *Plaut. in prologo Amphitryonis.* *Virg. 4. Aeneid. v. 242.* Tum virgã capit, hac animas ille euocat Orco.

CERES. B. *Cereri* cur serpẽtes alati, spica, & papauer attribuuntur? A. Cereris fabulã duab. accensis facib. curru vectae, qué duos serpentes traherent, sic interpretor, vt tempus illud sit quo messes frugesq; calore maturae colliguntur, cũ aestus est ingens, ac serpentes & angues maxime venenati. Haec orbé totum, vt fabulantur, obeundo Siciliae frumentum deportabat, vt alias exposui cum de papauere ac spicis in Annona secundo dialogo agerem. B. *Proserpinae* vero raptum quomodo exponis? A. *Proserpinam* Cereris filiam Pluto sub terra condidit: hoc est agricola granum seminando sub glebis telluris condidit. B. Sed cur eidem *Punicum malum* attribuisti? A. Ferũt Cereré cũ Ioue expostulasse de raptu filiae, Plutonis opera per vim raptae; quòd eius frater esset. Ioué vero terrae restitui mandasse, vbi Pluto regnũ non obtineret, si modo nihil ipsa apud inferos gustasset, de quo quaerendum esse respondit. Compertum vero acinos aliquot mali Punici in horto Plutonis lecti comedisse, qui acini labra digitosq; virginis tinxissent. C. Mythologiam nunc aueo audire. A. Petas licet ab Hygino, aut Palaephato, vel Phornuto, (qué quidam male ominato nómine Cornutum vocant) aut denique à Fulgentio Placiade, & Commẽtarijs Iani Parrhasij in Claudianum de raptu Proserpinae. Equidem nihil hic dicam aliud quã de *Punico malo*, quod sit pulchrum cortice: repraesẽtat & grana purpurea, quę mortis praeferũt coloré, vt hyacinthi, dę quib. Maro: C

PROSERPINA. *Mythologia Natalis Comitis.* *Lib. VI. Aen. v. 884.*

——Manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores.—— D

Alibi vero in exequijs Anchisae.

Purpureosque iacit flores——

Ac rursum in Miseni funere:

Purpureasq; super vestes, velamina nota,
Conijciunt ——

Purpureus color quis, disputatum.

B. De *Coloribus* puto Te in sententia manere; *Purpureum* eum esse, quem vtriusque incolae Hesperiae *Paonazzo* vulgo vocant. A. Vidimus Romae purpuratos Patres, qui Cardinales nominantur, hoc ipso caeli colore indui Aduentus Dñi diebus, Quadragesimi ieiunij ac luctus tempore: quo etiam caeruleo colore altaria in templis vestiuntur; celebratq; C. Plinius, cum violas triplicis esse coloris ait, *purpurei, lutei & albi.* Ac de lilijs: *Candida* inquit, *sunt siue alba, rubentia & purpurea*: docetq; si radices vino rubro tingantur, lilia nasci purpurea: quod & in Geoponicis Graeci auctoris, nescio cuius de re rustica agẽtis, legere memini. Vidisti fortasse in hortorum areis herbam, florem gignentem asperum, vt serici floccos, purpurei coloris, quem Itali vulgo appellant *fior di Velluto.* B. Herba nimirum odoris expers, & quae resecta diu duret. A. Hinc etiam ἀμάραντος Graecis dicta, & florum corollis, semper, maxime vero hyeme, cum rari apparent flores, inserebatur. Hunc E

florem

A florem Plinius *purpureum* nominat negatque vestem adeo venusti coloris reperiri, spicamque hisce verbis describit: *Amaranto non dubiè vincimur. Est autem spica purpurea verius, quàm flos aliquis, & ipse sine odore.* Florere ait Sextili mense, & siccam asperfa aqua reflorescere. Ibidem cocco rosae tribuit colorem, ac purpurae Tyriae & dibaphae, necnon Laconicae. Amethyston item purpureum dat colorem, ac violis maluaeq; floribus, quas tres herbas coloris esse purpurei nemo dubitat. B. Illud abs Te effici video, Plinium rosae *purpureum* dare colorem, vt & cocco. A. Negari non potest duos esse *purpurae* colores, vt idē Plinius lib. IX. apertè testatum reliquit, cap. XXXVI. quorū alter rosae sit colore nigricante. Quē equidem non assequor, etsi fusco quaedam sint rubicante prae ceteris; alij vero purpurāte.

Plinius li. XXI Nat. Hist. c. 8.

B idem cap. XXXVIII. *Rubeus*, inquit, *color nigrante deterior.* Post nō longe. *Ita fit amethysti color eximius.* Qui lapis rubro vino aqua mixto colore similis est, itaq; purpureum refert colorem. De *Tyria purpurea* idē scriptor: *Laus ei summa, color sanguinis concreti, nigricans aspectu.* Addit Homerū idcirco sanguinem dixisse *purpureū.* Mox c. XXXIX. Cornelij Nepotis verba cōmemorat, eius qui Aug. Caesaris aequalis, Ciceronis fuit amicus, vitāq; elegāter scripsit T. Pomponij Attici: *Me iuuene*, inquit, *violacea purpura vigebat, nec multo post rubra Tarētina. Huic successit Dibapha Tyria: Hac P. Lentulus Spinter Aedilis curulis primus in praetexta vsus Cicerone Cōsule. Dibapha tunc dicebatur, quae bis tincta esset.* Quibus verbis efficitur Romanos ante M. Tullij Consulatū purpura vsos, non rubra quidē, sed violacea dūtaxat, quā, vt diximus, vulgo *Paonazza* nomināt. De *cocco* seu grano idē ca. XLI: *rubens granum* vocat, quòd

C Galatae gestaret, & circa Emeritam Lusitaniae, maxima in laude fuerit: itemq; Horatius. —— *rubro vbi cocco.*

Tincta super lectos canderet vestis eburnos.

Horatius lib. 2. Satyra 6.

Obseruatis tot Plinij variantibus locis in eam tandem veni sententiam, duplicem purpurae colorem, sed geminum affinemq; videri. Rubrum quidē à rosa; à sanguine represso violacei instar esse, vt hic etiam rubri quid coloris contineat. Et hic purpureus est aut violaceus, à violis aut amarantis. Si enim tantū foret discrimen, quantum hodie purpurei panni, quo hodie vtimur, à nostro violaceo, facile apparuisset coloris mutatio in Lētulo Spintere, & alijs Aedilib. qui purpurę loco coccum adhibebant, vel Tyriā dibaphā. Et vero Plinius ca. XXXVI. eiusdem lib. IX. sic

D cōmiscere videtur: *Huic fasces securesq; Romanae viā faciunt, idemq; pro maiestate pueritiae est. Distinguit ab Equite curiam, Dijs aduocatur placandis, omnemq; vestem illuminat, in triumphali miscetur auro.* Rursū ca. XXXIX. *Purpurae vsum Romae semper fuisse video; sed Romulo in trabea. Nam toga praetexta, & latiore clauo Tullum Hostilium è Regibus primo vsū, Etruscis deuictis, satis constat.* B. Cur dixit hic Plinius. *Distinguit ab Equite curiam?* A. Idcirco opinor, quòd soli Senatores tunicā gestarent *lati claui*, purpura praetexta. Qui *lati claui* hinc dicti: hoc nimirum est quod ait regnāte Tullo Hostilio coepisse praetextā latumq; clauum. B. Igitur hi claui non ferrei erant, nec alterius metalli. A. Iā diximus purpureos fuisse, hoc est è lana punicea, donec Augusto imperante Tyria inualuit, sed quae ad rubrū magis vergeret, aut roseū,

Latus clauus.

E vt iam satis exposuimus. Quare hoc agendo ad coeptum regrediamur argumentū. B. Nihil de *Cerbero Plutonis* cane, cùm de Proserpina iā disserueris, abs Te allatum, vt in nūmis cudi soleat. A. Exstat in nummis Graecis Gordiani Aug. & videre memini *Cerberum* canem ad Herculis pedes sculptum in gemma antiqua. Triceps erat vt fere pingitur, & cauda serpentis potius formâ, quàm canina. B. De *Aesculapij* serpēte addi-ne quidquam debet ad ea quae Dial. II. in Salutis imagine sunt dicta? A. Accidit Romae grassante peste arcessitā Epidauro Aesculapij statuā, quasi rem pietatis plenam, serpentemq; tulerunt, quae ex Aesculapij fano ad Romanorū naues adnatauit, & iuxta insulam vrbis Romae, quā Tiberis efficit, in

Cerberus.

AESCVLAPIVS.

T. Liuius: & Corn. Nep. de Viris illust. cap. 22.

terram desilijt, vbi delubrum illi structum (hodieque inibi templum est S. *Bartholomaei* Apostoli reliquijs inclitum) spectanturq; lapides nauis forma cum baculo, quem serpens gyro implicat: quomodo & in nummis visitur, & in sigillorum lapidibus Aesculapius est serpentem pro virga tenens. Alterum item ridiculum Romani gesserunt, allata Pessinunte Dea; quod saxum erat nigrum & informe. A
C. Quomodo igitur discerni poterit, mas an femina esset? A. Quantum è priscis Scriptoribus obseruaui veterib. idola non erant maris aut feminae formâ: nec Iudaei, neque XII. Patriarchae in aris suis animalium figuras habebant: etsi cum ex Aegypti seruitute sunt digressi Israëlitae, Aegyptiorum ritu vitulum adorarunt. Quod Idolum Moyses confregit, putaturq; fuisse *Bouis Apis* adeo ibidem celebrati; & culti. B. An *Apis* quoque Deus in nummis visitur? A. Existimat quidem non-nemo taurum in Iuliani Apostatae nummis cusum *Apim* esse, quod stellae capiti impressae. Alij hoc signo ostendere voluisse putant, victimarum vsum sacrificiorumque à se reuocatum, quem fides Christiana, à suis maiorib. recepta, penitus extinxisset. Alter item lapis in nummis quibusdam Graecis Traiani Caesaris Pessinuntis illi non dissimilis: quomodo & gemmam insculptam vidi. Veneris quoque Paphiae templum, cum Idolo instar est media sui parte pyramidis, vt Cornelius Tacitus describit. Visuntur & columnae aedificio adiectae. Vt vero è Plinio discimus, Veneris statuae nobiliores Praxitele sculptore fuere Coae vestitae, & Gnidiae nudae, cuius de praestantia formae Luciani legitur Dialogus. Altera item adeo laudata à M. Varrone opus discipuli Phidiae, qui extra Athenas degebat: Deae vero Nemesis imago erat. Paphi *vero nunquam pluisse ait in Veneris quodam tecto templo, & fortasse eius templi signa in illo Traiani nummo pro foribus locata videantur. B. *Dea Pessinuntis* ecquaenam? A. Eadem *Cybele* est, mater Deorum. Pinus ei sacra, aut eius pomum: Crotalus item, ac leonum par, itemq; sacerdotes eunuchi *Galli* nominati. Horum improbos lasciuosque mores Appuleius libris *De Asino aureo* commemorat. Qui & hanc interpretationem recipit, qua magni res pretij *aurum* nominare solemus. Deam vero ipsam carmine celebrat Catullus, & Ouidius, alijq; Poëtae. Dicere igitur supersedeo illius in Atyn ignes, zelum, ac furorem. Pinus vero facibus seruiebat; quibus accensis vrbem, agrosque obibat. Leones vero furorem notant, quo arsit Cybele in iuuenes: adsuntque Corybantes furibundi ac dementes. Sunt huius Deae nummi complures; capite vt plurimum turrita est, vt dignitate praestans, multarumque Domina prouinciarum. Quidam *Berecynthiam* nominant, *Isidem* alij. Et in vrbis Romae Antiquitatib. typis expressa Dea haec visitur: cum Leonibus & crotalo, & quem adamauit, Aty pino innixo, adscriptumque: D.M.M.I. id est: *Deae Magnae Matri Isidi*: Vel sic: M.D.M.I. id est *Matri Deum Magnae Idaeae*, vt in vetere quadam Inscriptione, cuius hoc principium C.CAMERIVS; Idaea autem ab Ida monte dicta, qui ad Troiam est. Itaque probri loco Numanus Remulus Troianos apud Maronem lib. IX. Aeneid. sic appellat.

Exodi 32.20. — Tacit. lib. 2. Hist. initio. — Plin. lib. 36. cap. 5. — *Plinius lib. 2. cap. 96. — CYBELE. — B — C — D

v. 619.

> *Tympana vos, buxusq́; vocat Berecynthia matris*
> *Idaeae: finite arma viris, & cedite ferro.*

DIANA. Adhaec quid addi amplius debeat non video. B. Restat DIANA venatrix, cum canibus & ceruis. A. In nummis quidem plurimis spectatur, itemque sigillis cum canib. ad venandum aptis, cum pharetra & arcu, nunc sagittas emittendo, nunc ceruos iugulando. Interdum cum apro lancea icto. *Dianae* vero *Ephesiae* nomismata plus habēt ad disquirendum operae: quia nec caput, nec brachia virginis, sed Lacaenae, aut verius mōstri, praefert. Pes illi vnicus, vt vasi: corpus vero mammis plenum: qualem depingit etiam B. Hieronymus initio Cōmentarij in Epistolam B. Pauli ad Ephesios; quae res etiam nostram confirmat opinionem supra E

alla-

A allatam, priores illos Idololatras non virili aut feminea forma illis adorasse temporibus. B. Quid tot mammae *Dianae* designant, quandoquidem virginem plerique faciunt? A. Naturam ipsam interpretantur, quae res natas alit vniuersas: vberibus id significantibus. Et in statuis Rodolphi Cardinalis Carpensis Romae, praeter mammas signa caelestia adiecta vidimus. In nummo autem Graeco Faustinae Augustae *Diana* impressa duos inter ceruos: & in altero item Graeco honorem eidem deferre videntur. In signo item caelato duplici baculo manum fulcit vtramque: adscriptumque: ΕΝ ΑΓΑΘΩ.ΕΧΩ.ΣΕ: id est, *Teneo te feliciter.* Parte autem auersa geminae caprae siluestres concurrunt. Illud in Actis Apostolorum notasse memini, Ephesios conuenisse grege facto; Paulo Apostolo eo delato, & *Act. 19. 28.*
B exclamasse: *Magna Diana Ephesiorum*; cum vnus accurrit, non esse dicens cur seditionem concitarent. Certum enim esse Ephesum vrbem Dianae deuotam esse. Quo pertinet Graeca vox nummis in Graecis frequens ΝΕΩΚΟΡΩΝ: quae multis negotium facessit Antiquarijs, ad intelligendumque difficilis visa, etiam illis qui cum cura nummos inspiciunt. Idem autem est, si interpretari libeat, quod in Romanis saepe legitur Inscriptionibus, DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQ. EIVS. Errant enim vehementerq; allucinantur qui Coloniae nomen signumque fuisse ariolantur. Alia enim Colonijs Graeca vocabula propria suppetunt. Numerus, qui voci Graecae adiungitur, annum imperij Imperatoris ostendit, vel iterũ tertiumque cusum esse nummum in eius Dei, Deaeve, aut hominis honorem. Sic no-
C mismata plurima Graeca explanari recte queant, hac voce impressâ. *Etymolog. Magnum & Adolphus Mekerchius lib. De pronunciat. Ling. Graecae.*

Inter fragmenta Pandectarum à Iustiniano (aut qui eius iussu id praestiterũt) resecta ex Vlpiani†, vt puto, lib. singulari *Regularum*, numeratur & hoc decretum, nefas esse Dijs legare quid, eorumve delubris, nisi Senatusconsulti priuilegio munitis, idque Imperatorum auctoritate. Erant autem Dij, nisi me memoria fallit: *Iupiter Tarpeius, seu Capitolinus, Apollo Didymaeus, Mars Gallicus; Minerua Melitensis, Hercules Gaditanus, Diana Ephesia, Cybele Deûm mater Smyrnensis, & Caelestis Salinensis Carthaginis Africae Deus.* Qui Vlpiani Iureconsulti locus insignis manum inijcit auremque vellendo in memoriam reuocat, geminum paenè Cornelij Taciti locum egregium libro tertio Annalium. Refert enim Tiberium Caesarem asylorum abusum tollere conatum: quòd maleficia hominesque flagitiosos per nefas saepe reciperent, tuerenturque. Verba prudentis scriptoris apponam: *Crebrescebat*
D *Graecas per vrbes licentia atque impunitas asyla statuendi. Complebantur templa pessimis seruitiorum. Eodem subsidio obaerati aduersum creditores, suspectiq; capitalium criminum receptabantur. Nec vllum satis validum imperium erat, coërcendis seditionibus populi; flagitia hominum, vt caerimonias Deum protegentis. Igitur placitum, vt mitterent ciuitates iura, atque legatos. Et quaedam, quòd falsò vsurpauerant, sponte omisere, multae vetustis superstitionibus aut meritis in populum Romanum fidebant. Magnaq; eius diei species fuit, quo Senatus maiorum beneficia, sociorum pacta, Regum etiam, qui ante vim Romanam valuerant, decreta, ipsorumq; numinum religiones introspexit: libero vt quondam, quid firmaret, mutaret-ve. Primi omnium Ephesij adiere, memorantes, non, vt vulgus crederet,*
E *Dianam atque Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam & oleae, quae tum etiam maneat, adnisam, edidisse ea numina: Deorumq; monitu sacratum nemus: Atque ipsum illic Apollinem, post interfectos Cyclopas, Iouis iram vitauisse. Mox liberum patrem bello victorem, supplicibus Amazonum, quae aram insederant, ignouisse. Auctam hinc concessu Herculis, cum Lydia potiretur, caerimoniam templo: neque Persarum ditione diminutum ius: Post Macedonas, dein nos seruauisse. Proximo Magnetes L. Scipionis, & L. Sullae constitutis nitebantur. Quorum ille Antiocho, hic Mithridate, pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decorauere, vti Dianae Leucophrynae perfugium inuiolabile foret, Aphrodisienses posthac & Stratonicenses Dictatoris*

† *Vlp. Tit. XXII. Fragment.*

Asylorũ ratio

 toris

toris Caesaris, ob vetusta in parteis merita, & recens diui Augusti decretum attulere, laudantis quòd Parthorum inruptionem, nihil mutata in populum Romanum constantia, pertulissent. Sed Aphrodisiensium ciuitas Veneris; Stratonicensium, Iouis & Triuiae religionem tuebantur. Altius Hierocaesarienses exposuere, Persicam apud se Dianam, delubrum Rege Cyro dicatum, & memorabantur Perpernae Isaurici, multaq; alia Imperatorum nomina, qui non modo templo, sed duobus millibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Exin Cyprij tribus delubris, quorum vetustissimus Paphiae Veneri auctor Aërias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiae, & Ioui Salamino Teucer, Telamonis patris irâ profugus, posuissent. B. Placet sanè duplicem Deorum singulariter cultorum, diuersis tamen temporibus, seriem cognouisse: tametsi Vlpianus noster Iure-consultus longe sit quàm Tacitus antiquior. A. Differũt sane Priuilegij causae, vt temporib. hi distant. B. In Gabrielis Faërni Apologis, venusto sane carmine scriptis, versus legere memini, de arboribus varijs Dijs Deabusq; consecratis. Audire ex te aueam illius ne sint proprij, an aliũde hauserit. A. Recita versus si meministi. B. En tibi.

A

B

Legêre proprias Dij sibi quondam arbores,
Quam quisque vellet esse tutelam sua:
Quercum supremus Iupiter, myrtum Venus;
Pinum humidi tridentifer rector sali,
Apollo laurum, populum excelsam Hercules.

A. Hic mane. Nicolaus Perottus, Archiepiscopus Sipontinus, Commentario in Valerium Martialem, quem *Cornucopiae* inscripsit, non dissimile affert Epigramma ex Aniano, [*Vt falso putat; nec enim in eo legitur qui Elegiacis fabulas lusit, sed Phaedri sunt, Neronis Aug. Liberti, aureolo libello nuper à Pithoeanis in Gallia edito, notisque doctorum passim illustrato, Meursij, Rigaltij, & Rittershusij*: C

Olim quas vellent esse in tutela sua
Diui legerunt arbores: quercus Ioui,
Et myrtus Veneri placuit; Phoebo laurus;
Pinus Neptuno, populus celsa Herculi.

Nec enim plures memoria versus sugger t: illud tantum: haec notasse Sipontinum ad illa Martialis Poëtae nostratis lib. I. Epigram. ad Flaccum:

Quid possunt ederae Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinat varias pondere nigra comas.

NEPTVNVS. B. Hic duo occurrũnt dubia. Primum cur *Neptuno pinus* datur: quam arborem supra *Cybele* tribuisti: deinde cur olea *Mineruae* sacra, *nigra* hic dicitur. A. *Pinus*, eiusq; pomum cur *Cybele* datum, iam exposui. Hi Poëtae, de Neptuno pro se respondeant, mihi tantum in mentem nunc venit Martialis eiusdem distichon in nuces pineas: D

Li. XIII. Dist. XXV.

Poma sumus Cybeles; procul hinc discede viator:
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

Equidem suspicor, si quis coniecturae locus, propterea quòd Latinis vatibus *pinus*, †pro naue, quae inde aedificatur, adhiberi solet, idcirco Neptuno maris Deo attribui. Confirmat hoc Maro de nauibus à Cybele, quòd essent è pinu montis Idae fabricatae, in Nymphas conuersis, sic canens: E

† Catullus in Epithalamio. *Pelioto quondam prognatae vertice Pinus, &c.*

Nos sumus Idaeae sacro de vertice Pinus.

Virg. x. Aen. v. 23.

Illud praeterea mirãdum, pinum & quercum steriles haberi, cum suaues gignant in Hispania fructus, cum glandes, tum pini grana, longe quàm oliuae sint, gustu iucundiora. Ceterum cur nigra sit olea epitheto dicta, hinc factum conijcio, quòd maturae oliuae nigrescant. B. Placet haec ratio: sed perge porro. A. In alterum proferre diem praestat.

ARGV-

ARGVMENTVM DIALOGI VI.

DE NVMMIS AFRICANIS GALLICIS ET HISPANICIS.

AFRICANA nomiſmata,

1. IVBAE Regis Mauritaniae.
2. Carthaginienſium nummi.
3. Cyrenes. } Coloniae Rom.
4. Leptis. }

Παρεργα.

Chriſtiani milites lauream geſtare coronam cur nollent
Diadema: & Coronae quot generum.
Silphium, ſeu Laſerpitium quale.
Iuppiter Ammon arietinis cornibus.
In Colonijs iugum boum, & Duumuirûm nomina.
C.V.I. *Colonia Victrix Iulia*: Epitheta Leptis, & infra Celſae.
Equi caput in fundamento Carthaginis, & Syracuſarum ſignum,
Κακκάβη Euſtathio in Dionyſium, & Stephano Byzantio.
Virgilius I. Aeneidos expoſitus.
Aes Corinthium, quale, & vnde dictum.
Arethuſae adamatae ab Alpheio fl. fabula,

GALLICA nomiſmata.

1. Maſſilienſium.
2. Nemauſi Coloniae.
3. Narbonis Martij.

HISPANICA nomiſmata; Regum Gothorum, Eruigij; Egicae, & Vitizae eius filij.

1. Emporiarum.
2. Celſae Coloniae Rom.
3. Ilerdae Coloniae.

OBSERVATA: Manius Flauius Feſtus, II. Vir Coloniarum.

IVS { Coloniarum & } quid differant.
{ Municipiorum }

HISPANIAE,

1. Coloniae XII.
2. Municipia XIII.
3. Conuentus VII.

Afranij an verus apud Fuluium Vrſinum nummus, quaeſitum.

ANTONII AVGVSTINI ARGHIEPISC. TARRACON.

ANTIQVITATVM IN NVMMIS ET INSCRIPTIONIB.

DIALOGVS VI.

DE NVMMIS AFRICAE, GALLIAE, ET HISPANIAE.

B. AVEO nunc per te cognoscere Nomismata, extra Romana A
& Graeca: potissimum vero Hispanica, Gallica, & Punica. A. Ratio profecto habenda est horum quoq;: cum quia patriae caritas naturalis soli res in precio iubet haberi; tum ob vetus nomen, famamque rerum praeclarè gestarum à Carthaginiensibus, qui tot annos summa rep. sunt in Africa potiti, ducesque ibidem & in Sicilia, Hispania, & Italia exstiterunt: quae duae res sanè ad singula eorum, quoad eius fieri poterit, inuestiganda impellunt. Verum hic illud incommodi est, ignorari linguam Punicam nummorum Carthaginiensium, veteremque adeo Hispanicam. Quo fit, vt in his fere caecutiamus. Deinde, cum Graeci ac Romani facerent studiosè vt res à se gestae memoriae mandarentur, id quoque operam dederunt, vt monetae affabrè cuderentur, & ab optimis omnino opificib. insculptae foras darentur. Ceterae autem, B
quas dixi, Prouinciae res gerere, quam scribere maluerunt: nec sua Nummis, aut statuis commendarunt. Hinc bonis caruerunt monetae cudendae artificib.: neq; cusi nūmi ea continent, quae de Antiquitate illorum cognoscere delectet. Quo factum est, vt Graecorum Romanorumque Nomismatum scriptores aliquot recentes reperiantur; Hispanicorum vero & Carthaginiensium ne vnus quidem. B. Quo difficilis magis res, eo amplius cognoscendi in nobis acuitur desiderium, quidquid id est quod de his dici queat. A. Vtinam explicare, vt vis, possim, sed praeter ea, quae diximus, hic difficilia esse, mihi quoque & illud graue, quod pauca viderim Nomismata Carthaginiensium; rara etiam Hispanica: pauciora etiam Gallica: B. Satis mihi fuerit pauca illa trium Prouinciarum Nomismata, quaeque inscripta sunt, intelligere. A. Nullo id negotio praestabo: tu his con- C
tentus vteris, dum plura alibi cognoscas. Ducam igitur ab Africanis nummis initium. Praeter Carthaginiensium nummos, vnus est *Iubae*, Regis Mauritaniae. B. Vnde colligam eius esse? A. Quia Latinis hisce litteris REX IVBA facies est circumscripta. B. Hic-ne aduersus Caesarem in Africa pugnauit pro Romanis, Pompeianarum partium, eiusdemque liberorum? A. Pronunciare equidem non ausim; suspicor tamen filium eius esse, qui, vt opinor, Romae fuit educatus, & in regnum ab Augusto est restitutus. Hunc Latinae gnarum linguae sic inscripsisse verisimile est: etsi in auersa parte litterae apparent ignotae, & templi figura: quod quidam aedificium signare arbitrantur in vrbe quadam aedificatum, cuius

AFRICAE *Nomismata Carthaginis, Leptis, & Cyrenes.*

A cuius apud Vitruuium, aliumve ſcriptorem mentio exſtaret. Hunc *Iubam* C. Plinius, vtriuſque Mauritaniae Regem nominat, doctumq; fuiſſe, & Ptolomaei patrem. Caput eſt diademate regio vinctum, horridis capillis, & faſcijs circum colligatis. Barbam habet promiſſam, & macilenta facie: Hiſpanũ dixeris, ſceptrumq; geſtat. Nummus eſt drachmae, ſeu denarij pondere, ac pertenuis. B. Quid vocas *Regium diadema?* nec enim puto in nummis reperiri coronas, florib. liliorum & gemmis ornatas, quae hodie adeo in vſu ſunt. A. *Diadema* voco faſciam ſeu vittam, tres quatuorve digitorum latitudine, qua frontem Reges vincire ſoliti, dependentibus hinc inde oris. C. Viderentur pueris noſtris ſimiles, cum chriſma in ſacramento Confirmationis acceperunt: aut cum caput ex vulnere reuin- *Diadema.*
B ctum eſt. A. Recte quidem ſi vitta illa è candido lino fuiſſet: Sed ſi erat coloris purpurei, crocei, aut viridis, nihil tale appareret. B. Si haec faſcia Corona eſt dicta, cum aurea corona capiti impoſita diceretur, [*vt C. Caeſari in Lupercalibus à M. Antonio*] erat-ne ex auri panno; aut quales aureae hodie Coronae? A. Ex auro pannus, vt vocamus, nuper eſt repertus, & ſericum vix-dum in vſu erat. *Diadema* autem erat è nobiliſſima purpura, & lana tenui; alijs è lino erat, aut goſſypio mixta purpura, vel auro. Chriſtianorum vero Imperatorum aeuo, quod lauro coronari nollent, vt ſolebant Auguſti ante Conſtantini Caeſaris tempora, ſerica tali vitta cingebantur, varijs gemmis ac lapidibus diſtincta. C. Cur, quaeſo, lauream adhibere coronam religio erat? A. Tertullianus libro *de Corona militis*, Chriſtianos refert milites lauri corollas capite geſtare noluiſſe, vt Gentium mili- *An Corona.* *Feſtus Pompeius in Lemniſcus.*
C tes ſolebant; quòd idololatriae ſpecies videretur: vt è caſtris pelli, & exauctorari mallent, quam laurum geſtare. Adfert aliqua; ſed parui momenti argumenta. Redeo ad aureas coronas. *Coronae* vox longe patet, vt pro quouis capitis vinculo caperetur, vt pro ramis lauri, oleae, myrti, aut florum. Sic coronae *aureae, argenteae, ferreae, muralis, roſtrata, vallaris*, coronae ſunt dictae, & non diademata. Colligo id ex Metelli cognomento; qui caput reuinctus ex vulnere aut morbo, *Diadematus* dictus eſt: [*male vulgo Dalmaticus*], & ex dicterio in Cn. Pompeium iactato, cum crus alterum faſcia vinctum haberet: *Nihil intereſt, qua corporis parte diadema geſtes*: ſignificando quaſi regnum Romae affectaret, vt in eius vita auctor eſt Plutarchus. Ita vittatos diademate in nummis cernas Numam, & Ancum Martium è *Corona.* *A. Gellius l. v. Noct. Attic. cap. 6. Plinius lib. XVI. ca. 4.* *Aliter paulo Seneca Rhetor in Controuerſ. &, quae ibi notabamus.*
D primis Romanorum Regibus: Philippum & Alexandrum Magnum, & Perſeum Regem Macedonum. Syracuſarum vero reges Hieronem & Hieronymum aliosq; quorum nummos ſeruo. Memini & Regem quendam, cuius me nomen fugit, dixiſſe *Si multi ſcirent, quantum ſit negotij in hoc diadematis panno, ne humi quidem iacentem tollerent*. Conſtat idem Alexandri Magni facto; diademate, cum iam Lyſimachum vulneraſſet, vulnus obligantis: quod augures regnaturum aliquando, ſunt interpretati. B. Vidi ego Imperatores in nummis coronam geſtantes radiatam, & apicibus, quales aureae ſunt noſtri ſaeculi coronae. A. Dicere memini alias, Imperatores, etſi Romae dominarentur, regis tamen nomen detrectaſſe: finxiſſe vero quaſi Romanam Rempublicam, vt Duces, primique Magiſtratus, *Tribuni plebis Romae* adminiſtrarent. Quamobrem coronas aut diademata *Seleucus Rex* *Li. 8. Apophthegmatum Manutij.* *Dialog. IV.*
E Regum capiti non imponebant, ſed laureas corollas, aut ciuicas, aut gramineas, aut aureas interdum, quae militibus re bene geſta dari ſolent. B. Placet ſane haec ratio. A. Praeter hunc Africanum nullum equidem nummum poſſideo, niſi *Carthaginis*, ac *Leptis*, atque *Cyrenes*: quae Graecorum vetus Colonia fuit, à Batto, vt opinor, condita: cuius Catullus, Strabo, Mela, alijq; meminerũt. En tibi argenteum nomiſma didrachmi pondere: in quo iuuenis facies arietinis cornib. in auerſa parte herba viſitur, craſſo trunco, folijs apio tenuitate ſimilis. Tres dumtaxat inſcriptas habet litteras KYP. Quae primae ſunt nominis in *Cyrene*. Herbam, *Sil-* II.

 phium

phium Graeci nominant, *Laserpicium* Latini: qua de multa Plinius, Cyrenensem ceteris praelatam, suoq; tempore defecisse: conditamq; ciuitatem post Romã centum quadraginta trib. annis. M. Plauti comoedia acta fingitur Cyrene, quã *Rudentem* nominat, fitq; commercij in Silphio mentio. B. Sed cur caput iuuenis arietinis cornib. spectatur? A. Iouem Africani arietis colebãt forma, aut certe arietum cornib. faciem, vt in Graecis videre est nummis: eratq; fanum ibidem Iouis arietini, qui *Ammon* dictus: quo Alexander Magnus contendit, consultumq; oraculum filium appellauit suum. Quo factum est, vt & Reges quidam, numini illi deuoti cornua induerent, vt de Lysimacho constat, vno ex intimis Alexandri: cuius nummi habentur cornibus arietum, non taurorum, vt Politiano visum. Quin & Battum Cyrenes conditorem, eàdem de causa formam cudisse eandem suspicor. Est penes me alius nummus figura simili, ponderis tamen duplo maioris, non iuuenis tamen capite, sed viri, vt Iouis Ammonis esse queat; idemq; refert Zenodotus, seu Zenobius in Paroemia, *Batti Silphium*. De his nummis Aristotelem scripsisse Scholiastes Aristophanis commemorat; quod & Dialogo I. obseruasse memini. *Leptis* coloniae nummi sunt virginis facie, & ponè palma est: ex altera parte ala visitur, vt Victoriam esse conijciam, his adscriptis litteris COL. VIC. IVL. LEP. hoc est: *Colonia victrix Julia Leptis*: in antica parte M. FVL. C. OTAC. PR. QVIN. cum boum iugo, & agricola. B. Quid hae sibi litterae volunt? A. *Marco Fuluio, Caio Otacilio Praetoribus Quinquennalibus*. B. Cur non vocantur *Duumuiri*? A. Equidem ignoro; illud tantum habeo dicere, Capuae *Praetores* dictos, vt refert Cicero in Rullianis, de lege Agraria. Obseruandum hic, quod alijs in nummis singulis litteris C. V. I. cuditur, pluribus hic legi COL. VIC. IVL. B. Sed cur hic boum est iugum, & colonus adstat? A. Coloniam id designat, vt mox dicetur vberius. Colonia enim recens condita, vacca boui alligata sulcum aratro ducebant, vbi Coloniae muri essent futuri, nisi qua parte portae fierent; [*Quas à portando aratrum M. Varro deriuat*.] Leptis huius mentio exstat in Paullo Iurisconsulto, L. vltima. D. De Censibus, vocatque *magnam Leptim*, quam Seuerus & Antoninus Augg. iuris Italici esse voluerunt. Plinius adhaec duplicem in Africa *Leptim* facit: vnam Byzacenae prouinciae, & alteram *Magnae* cognomento, iuxta Syrtem maiorem, quae adiacet loco, quem *Gelues* vulgo nominant. B. In duplici meo nummo eaedem quidem literae visuntur, COL. VIC. IVL. LEP. Sed capita discrepant. In altero enim iuuenis est caput galeatum; in altero vero virginis. In auersa parte hae litterae: L. NER. L. SVR. PR. IIVIR. haec quomodo legam? A. *Lucio Nerua, Lucio Sura Praetorib. Duumuiris*. B. In altero nummo P. SALPA. M. FVLV. PR. IIVIR. in vtriusque auersa parte taurus spectatur. A. Venio nunc ad Carthaginis vrbem, quae diu de imperio cum Roma contendit, & saepe afflixit, victis interdum proelio Romanis terra, marique; tandem vero capta, & euersa est. Originem eius Maro diligenter expressit, & nisi Aeneae amorib. longior appareret, affingens quae nunquam gesta sunt, satis ea historiae principiisq; Ciuitatis futura essent. Nummi praecipui, quos penes me seruo, duo sunt argentei, singuli quatuor drachmarum. In meliore, feminae facies pulchra, cum delphinis circum circa: in auersa parte equi caput est, affabre sculptum, ac generosum, & iuxta palma est, cum dactylis in ramis. Litterae autem equi capiti subiectae, legi, nedum intelligi non possunt; credunt nominis esse, quod Stephanus Byzantius, libro de vrbibus, ΚΑΚΚΑΒΗ habet, Punicum nimirum huius oppidi vocabulum. In altero nummo hinc equus est dimidiatus, & insistens Victoria, quae coronet, & tritici granum continet: illinc vero palma est cum dactylis & folijs deorsum pendentibus: in medio litterae quoque Punicae, forte eaedem, opificis tamen longe imparis: dispares enim inter

Margin notes: *Sup. Dial. I.* — III. — *Polit. Miscel. cap. 79. ex Appiani Syriacis. Caelius Rhodigin. lib. 20. Antiq. Lect. cap. 12.* — IIII. — *Dial. VII.* — *Carthago aemula Rom. imperij.* — *Lib. IIII. Aeneid.* — Section letters: A, B, C, D, E

A inter ſe litterae ſunt, & quales Breuium ac Bullarum ſolent eſſe. B. Dic, quaeſo, ſingulatim, quid haec deſignent, ac primum, an haec matronae facies Didonis ſit, quae Carthaginem condiderit? A. Equidem vt nec affirmo, ſic nec infitior. Eius enim eſſe poteſt, aut Veneris, aut Tethyos Oceani coniugis, aut ipſius vrbis maritimae: vel denique Deae Carthaginienſium propriae: etſi idem Maro *Iunonem* vrbis patronam faciat. B. Haec ſimul tenebras obijciunt: malim itaque ordine ſingula exponi. A. Sit ſane *Dido*, vt vis: ad reliqua tranſeamus. A. Cur in vtroque nomiſmate equus ſpectatur? A. Quoties a'terutrum inſpicio, veniunt in mentem hi Maronis verſus, quaſi tales & ipſe forte inſpexerit nummos.

Vrania Carthaginis Dea, de qua Tertull. Ambroſius in Symmachũ. Xiphilinus in Heliogabalo. Appuleius lib. 6. & Ortelius in Parergo Theatri Orbis terrarum.

Lucus in vrbe fuit media, laetiſsimus vmbra:
B *Quo primum iactati vndis, & turbine Poeni*
Effodere loco ſignum quod regia Iuno
Monſtrarat, caput acris equi: ſic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per ſaecula gentem.

Aeneid. 1. v. 445.

Caput itaque equi tunc repertum credibile eſt publice ſignaſſe, praecipue in nummis. In altero vero dimidiati equi corpus ſpectatur: immo, vt mox dicam, integer equus in aliis Carthaginienſium nummis cuſus eſt, vt in duobus aureis, quos penes me ſeruo, altero duarum pondere drachmarum, altero vero dimidiae: in vtroque feminae facies; in auerſa parte equus, carentque inſcriptis C litteris: nec aurum optimum eſt, imo argentum habet admixtum: cuius generis *Electrum* nominare ſoleo: quod, vt ex legibus quibuſdam didici, ex auro & argento miſtis conſtabat: potiſſimum vero cum quinta tantum pars argenti eſſet, auctore Plinio. C. Equidem purum aurum, quam id genus miſta mallem. A. *Aes Corinthium* ceteris praelatum: quod, vt ait Cicero, rarum ſit: eratque ex ferro, aere, auro, & argento miſtum, viſuque gratum. Quare aurea pure vel argentea videre defeſſi, huius electri inuicem mihi ſpectaculo paſcebant oculos. B. Nomiſmata tua iam contemplatus, varia metallorum genera & colorum deprehendi. Quaedam enim auri colorem praeferunt, alia rubrum: Flauum alij nummi colorem habent; ſed vincunt quos Corinthi eſſe aeris affirmas: verum nominis cauſſam ediſſere. A. Plinius auctor eſt caſu miſtum eſſe aes, capta D Corintho, & incenſa à L. Mummio, cumque varia varij metallorum generis vaſa & ſtatuae conflarentur, nata ex ea miſtione nouum genus artificibus gratum; vnde ſtatuae, menſae, vaſaque fiebant: quae res (vt noua plerumq; gratiora ſunt) delectare coepit, & Corinthi deficiente materia, alia inde ſimilitudine expreſſa eſt, indeque *Corinthium* aes nominatum. Verum ad Carthaginis nummos reuertamur. B. Cur Victoria, quaeſo, equo inſiſtit? A. Significat vincere ſolitam gentem, quae equi vteretur Symbolo, & cuſa fortaſſe moneta eſt, parta inſigni aliqua de Carthaginienſibus victoria. B. Sed cur tritici granum cerno? an quia frumenti ferax Africa? A. Ita eſſe aſſentior: & in nummis quibuſdam, quas Carthaginis eſſe dicebam ex equi & feminae imagine; ſunt & in capite mulieris E ſpicae, vt Cereri attribui ſolent, &, ſi piſces abeſſent, Cererem eſſe pronunciarem. B. De palma arbore dic. nec enim occurrit aliud, niſi de dactylis, qui ex Africa aduehebantur, argumento multis abundare palmis. A. Ita eſt, & aliae aliis praeſtantiores, vt Africanarum rerum ſcriptores affirmant. Palma autem duo hic ſignificat: cum hiſtoriam ab Euſtathio relatam, Commentario in Dionyſium Afrum *de ſitu orbis*, Carthaginienſes quo loco vrbem ſeu oppidum aedificarunt iuxta palmam equi caput reperiſſe, indeque nomen ΚΑΚΚΑΒΗ dediſſe, quod Punica lingua *caput equi* ſonat. Tum

Vide Lampridium in Alexandro Imp.

AES Corinthium. Cic. Verrina 2. & 4. ſaepius & Plin. lib. 34. cap. 2.

Plin. lib. XXXIIII. ca. 2. M. Ant. Muretus lib. III. Variarum Lect. cap. V. & L. Florus.

Stephan. de Vrbib.

regionem è qua profecti venerant, nomenque oſtendit. Graecis enim *Palma* ΦΟΙΝΙΞ eſt: vnde & Prouincia *Phoenicia* dicta, palmis abundans, & *Phoenix* auis vnica, (de qua prodigia multa aut videntur illis, aut in libris leguntur:) Haec, vt ferunt, in palmis plurimum habitat, & Carthaginienſes *Poeni* dicti, eorumq; lingua *Punica*, quòd è Phoenicia eſſent oriundi, & ſpiritu ſublato *Poenos* pro *Phoenis*, & *Punicos* pro *Phoenicius* dixerunt. Etſi alterum quoque ei nomen *Sarra* extat, vnde *Sarranae tibiae* dictae, & Atilius Sarranus Atilij Reguli, qui in Africa periit, filius. Ex his iam à me explicatis, partia multa nomiſmata denarij ferè magnitudine cognoſci poterunt, quae hinc palmam praeferunt, illinc vero equum: Aut nunc matronae caput, vel quid aliud; in auerſa vero equum palmae innixum, vt tametſi litteris careant, Carthaginis eſſe, vt diximus, videantur, quod cetera illis reſpondeant. Habeo & argenteum alterum, capite quaſi Alexandri, leonis pelle tecto: in antica vero caput equi, & palmae viſuntur, & vndique Punicae litterae, ponderis quatuor drachmarum, ſed quo fine ſit cuſus non facile dixero.

Sarranae tibiae, vnde.

A B

B. Sunt-ne alia Carthaginis nomiſmata? A. Memoria teneo cum in Sicilia duos magnos ſpectatem nummos argenteos, pondere ſingulos xij. drachmarum: in his equus erat alatus Pegaſi forma: quos tunc Carthaginienſes videri dixi: at palmae-ne & litterae eſſent inſculptae non ſat memini, nec an mulieris forma ineſſet, vt equidem ſuſpicor. Sed & cuſi fortaſſe erant Syracuſis, quae vrbs Pegaſi ſignum habebat, vt Corinthiorum colonia, qui in nummis ſuis Pegaſum praecipue cudebant, teſte Polluce. Legiſſe quoque memini alibi, bello Corinthiorum & Syracuſanorum cum Athenienſibus captiuis hoſtium vlulas fronti inuſſiſſe; aliis contra Pegaſos, vel alatos equos, & his probroſis nominibus per conuicium compellaſſe. Habeo & nummos argenteos quattuor drachmarum: hinc virginis eſt formoſae coronatae arundine facies, & circum piſces ſculpti: in antica parte Victoria quadrigâ inuecta, & inſcriptae currui litterae pleriſque ignotae, diuerſae nonnihil ab iis, quas in Carthaginienſibus videri diximus. Equidem opinor Syracuſarum eſſe, cuſoſq; qua tempeſtate Carthaginienſes illis imperabant. Coniecturam ſic confirmo, quòd alios habeam nummos perſimiles omnino, niſi quòd litterae non illo loco, ſed circum caput viſuntnr, aut ſupra currum: ſuntque Graecae litterae nominis vrbis illius ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. B. Quae haec forma virginis in nummis apparens? A. Arethuſae eſſe opinor, nobilis illius fontis, cuius amore captus Alpheius fluuius Achaiae continentis, ſub aquis marinis longo tractu tendens amati à ſe fontis vndis commiſcetur. Virgilius, ſi fidem abnuis, teſtimonium dicat:

Dial.v.

Iul. Poll. lib.IX.cap.VI.

Zenob. in Paroemiis.

C D

Eclogae x. & Bionis. Epigramma.

Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem.
Sic tibi cum fluctus ſubter labere Sicanos
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

Et alibi:

Aeneid.III. v.694.

Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.

E

B. Piſces, ſunt-ne delphini, an aquae dulcis flumini innatantes? A. Nihil equidem pronuncio: illud tantũ, quod in Verrinis M. Tullius, aliique, * referunt hunc Arethuſae fontem piſcibus abundare. B. Memini in Digeſtis Legis hoc eſſe principium. † *Arethuſam ſi tres peperit, liberam eſſe volo.* Sunt qui *Areſcuſa* legunt, propterea quod *Arethuſa* Nymphae ſit fontiſque nomen, non ſeruae. A. Hoc non corrigere eſt, ſed corrũpere; non caſtigare, ſed caſtrare eſt. Quid enim vetat ſeruae nomen eſſe Nymphae inditum? cum & mancipia Deorum nomina tulerint, vt Hermes, vt Zenon, vt Eros. B. Cur *Victoria* quadrigae inſiſtit? A. Ciues illos

** Diod. Siculus lib. VI. Silius Italicus, lib. XIIII.*

† Lib. I. Tit. V. Leg. XV.

Ant. August. lib. III. Emendat. cap. III.

Victoriam

A Victoriam retuliſſe notat, aut in bellis, qualia Thucydides de certis Athenien-
ſium Ducibus cõmemorat; aut in Olympicis ludis, alijſve Graeciae, quum, teſte
Vitruuio, ingenti pompa Olympionicae domum reportabantur. B. Reſtat-ne *Vitr. lib. IX. Architectu-*
alius Carthaginienſis nummus? A. Reliquus tantum eſt Regis, ni fallor, Cun- *rae.*
thanundi Vandalorum Regis tertij, qui Vandali Carthagine imperabant, priuſ-
quam Beliſarius Iuſtiniani Imperatoris Dux, poſtremum Regem expulit. Hinc
facies eius his litteris: DN. REX. CVNTHANVND. In auerſa parte laureae corol-
lae duplex inſcripta littera: D. N. id eſt, *Laurea Domini noſtri*. Non reperiuntur,
vt equidem arbitror, nummi, de quibus in Dialogo inter Platonis, (ſed eius eſſe
Critici negant) *Eryxias*, ſiue de diuitijs inſcripto mentio exſtat: puta Carthagi-
nienſium: E corio nummos tunc fuiſſe ſignatos, magnitudine ſtateris, ſeu quat-
B tuor drachmarum, aut denariorum. Signum à corio diuerſum apparet fuiſſe, &
alteri inſculptum materiae incognitae. In Aethiopia quoq; pro moneta ſigna-
tis vſos lapidibus conſtat, & Lacedaemone ferri monetam adhibuiſſe Xenophon
ait, & in Lycurgo Plutarchus. Rerum Indicarum ſcriptores pro moneta alibi in- *Xenoph. de*
ualuiſſe referunt cochleas puſillas: alibi arboris fructus lapillorum duricie: qui- *Rep. Lace-*
bus & Luſitani naues pro arena ſaburrent: & inter Luſitanos valere illam ibi *daem.*
monetam. Apud Chinenſes è charta ſeu papyro dura nummos in vſu eſſe aiunt,
quos exprimere poſſit nemo, niſi ſũmus ſit artifex. ◻ Pergamus ad Hiſpaniae &
Galliae nomiſmata: ac primum, quo res citius cõfieri queat, de Gallicis agamus, GALLIAE
quae trium ſunt vrbium, *Maſsiliae*, Graecè inſcripta: *Narbonis*, & *Nemauſi* colo- *Nomiſmata.*
C niarum Latinis litteris notata. Quae vero Graecis impreſſam virginis faciem
habent, & in antica leo eſt, pondere vnius alteriuſve drachmae, inſcriptum pleriſ-
que vidi ΜΑΣΣΑ: & in vno etiam nũmo meo ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ: vbi omega rara pin- *Maſsilienſes.*
gitur figura ⊥ ſic inuerſo, [*vel, vt Alypius vocat,* T *ſupino, vt in alio nũmo* ΒΡΕΤΤΙΩΝ. *Martianus*
In Graecis autem inſcriptionibus Romae quadrata fere forma Omega ſic ◻ *legimus.*] Iu- *Capella arae*
lius Caeſar in belli Gallici Commentarijs Druidas Gallorum Sacerdotes litteris *quoque* ⊥
vſos Graecis in ſuis arcanis auctor eſt, etſi incolae alia lingua & charactere vte- *ὠμέγα com-*
rentur. Nunc vnam eſſe arbitror communem Galliae linguam, excepta Brito- *parat.*
num, & Vaſconum, & fortean & Normannorum, ac Picardorum, qui Belgicae *Caeſar li. VI. belli Gallici.*
Galliae adiacent. Britonum forte peregrina eſt, quòd ex Anglia, Britannia an-
tiquitus dicta, huc immigrarit. Vaſconum autem lingua Nauarrorum eſt, &, vbi
D adhuc durat, Cantabrorũ. C. Magnae paruaeq; Britanniae ecquod diſcrimen?
mente dumtaxat differre arbitrabar. A. *Britonum ditionem*, ducatum eſſe Breta-
niae hodie opinor, qui erat matris vxoris primae Franciſci primi Gallorum Re-
gis: quibus nuptijs Francicae coronae adnecti coepit. *Magnam* vero *Britanniam*
Angliam eſſe nemini dubium, vbi Londinum, Cantuaria, Oxonia, Cantabrigia,
portuſq; Antona eſt. B. Vaſconum lingua eſt-ne vetus Hiſpanorum, aut Franco-
rum, vel deniq; Tubalis, cum vtramq; occupauit regionem? A. Quis hoc, aut il-
lud certo affirmarit? ſatis ſit, Galliae & Hiſpaniae gentes illas hac inter ſe lingua
Barbara intelligi: cumq; libris priſcis & Antiquitatis careant monumentis, ni-
hil equidem de linguarũ origine habeo dicere. B. Sed cur in *Maſsilienſibus* num-
E mis Leonem ſpecto & virginem? A. Ex peritis eius rei quaeras licèt. Fuit, cum
putarem Dianam eſſe virginem, & ponè leonem venatione captum. Sunt in A-
frica hoc nomine aut ſimili familiae: [*& Africanarum rerum Latinus ſcriptor in ma-* *Leo Afri-*
nibus eſt, Leonis nomine:] & forte hic leo ſculptus ex Africa eſt: verum Maſſilia *canus. ſcriptor.*
Phocaeenſium Graeca colonia eſt, teſte Strabone: Itaque legitur in veteri Epi- *Lib. IIII. Geogr.*
grammate, quod ſupra attulimus, hoc initio: *Dial. III.*

Littore Phocaico pelagi vi exanimatas. NEMAVSVS

Sed praeſtat, vt ad *Nemauſi* coloniam, quae hodie *Nimes* appellatur, tranſeamus: *Colon.*
quam

Huius inscriptiones Rom. nuper collectae à Io. Montano. quã idem Strabo Latij ius obtinuisse refert, hoc est, Romanae ius ciuitatis. Nummi huius exstant affabrè scalpti, duplici facie, non obuersa, sed auersa; quarũ vna Augusti Caesaris est; altera M. Agrippae, cum rostrata corona, inscriptumq; IMP. DIVI. F. P. P. hoc est *Imperator Diui filius, Pater patriae.* In auersa parte crocodilus est, palmae ramo catena alligatus, cum corona, litteris additis: COL. NEM. hoc est, *Colonia Nemausus*, clara expositio ex his, quae nuper diximus, Crocodilum captae ab Augusto Aegypti signum esse. Nummi sunt aerei trium quatuorve drachmarum, quos parta illa victoria in hac Colonia cusos apparet. B. Sunt qui DIVI. F. *Diui Fratres* interpretentur, pro M. Aurelio & L. Vero, quorum vultus esse opinentur, quasi in Aegyptum coloniam Nemauso duxerint, quod crocodilum signare existimant. A. In his refellendis otio non abutar, sed nummos Augusti Caesaris, & inscriptiones inspice, vbi disertè DIVI. F. hoc est, *Diui Filius*, & crocodilus his litteris, AEGYPTO CAPTA. C. Libet hoc, si licet, ridere. COL. NEM. vidi in typis edito libro cum imagine crocodili eadem sic exponi ineptè: COLLIGAVIT NEMO. B. Quam sibi placuit fortassis Marrucinus ille his euulgatis nugis! A **A.** Tertiae Galliae ciuitatis nummi aurei sunt Regum Gothorum, Romanorum coloniae, qui *Narbo Martius* dictus est, *Narbona* vulgo; qua forma ibidem barbarè cuditur, vt *Tarracona & Barcinona* pro *Tarraco & Barcino*. Gothi quoq; nomen mutarunt, & Narbonensem Galliam *Gothicam* appellarunt. Vnus est Chindasuindi Regis nummus, duplici capite vtrimque, malè scalpto, his additis litteris: †CHIND. SVID. RE, hoc est *Chindasuindus Rex* adscriptumq; illinc † NARBONA. PS. B. Quid hae postremae signant litterae? A. PIVS, quod Regis cognomentum, vt in postremis Imperatoribus *Pius, Felix, Triumphator.* Sic & in Gothicis istis *Pius, Iustus, Victor.** In altero Egizae Regis nummo caput spectatur, vrnae seu hydriae non absimile, his litteris adscriptis: I. D. NMN. EGICA. R. hoc est, *In Dei nomine Egica Rex.* In auersa parte crux est, cum gradibus, ac litteris appositis: NARBONA PIVS. In altero Eruigij Regis omnia visuntur similia, & capiti crux apposita, cum his litteris: † I. D. NMN. ERVIGIVS REX. Hinc discimus Reges istos Narbone imperasse: ideoque Narbonensis Archiepiscopus cum suis Episcopis ad Toletanum Concilium in Hispaniam veniebant. Fugiebat me paenè aureus nummus Regum Gothorũ *Egizae & Vitizae*, in quo duplex facies opposita, cruce tamen interiecta, cum his litteris: I. DI. NM. EGICA PE. pro, *in Dei nomine Egica Rex.* In auersa parte quinque non amplius litterae, crucis forma inscriptae: NARBO. & in orbem: † VVITTIZA N. R. Hi postremi Gothorum Reges pater & filius fuerunt. *Vitizam*, enim Rodericus Rex regno expulit, exstinctumque cum eo Gothorũ est Imperium. B. Sed cur *Egiza* pronuncias, cum in nummis *Egica* legatur? A. Sequor equidem manu-scriptos Castellanorũ libros, & nummi praeferũt quomodo Latini efferebãt. B. Percunctando molestus esse desinã, vt ad Hispanicos veniamus nummos, quorum incredibili ardeo desiderio. A. Desiderium hoc quidem breui amittes, cognito quam pauca de his dicere possim. B. Libet, & illud cognoscere, cum quod ego penitus ignoro; tum quod vel ex parte consequeris. A. Mos tibi geratur. Principio Hispanici nummi duorum sunt generũ, partim inscripti nota lingua, puta Graeca aut Latina; partim ignota, quã, vt opinor, vetere Hispanica, qua vsi incolae, cum Romani eam occuparũt, tractaruntque. Colligo id è Tito Liuio, de Emporiis referente Hispanos ibidem olim cum Graecis ac Romanis versatos. Possum etiam ostendere nomisma Empuriianũ tribus his linguis, eademq, cusum imagine, *Pegasi* nimirum, quem, vt saepe iam diximus, Corinthi & Syracusani, gentesq; aliae cudere in nũmis solebãt. In Graecis autem nummis, quos argenteos possideo, caput est, vt apparet, *Cereris*; cuius in ambitu pisces sunt, & in auersa Pegasus visitur; pondere drachmae prope vnius. Equo autem alato Graecè adscriptum ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ. Non me fugit Hubertum

Narbonenses nummi.

Reges Gothi.

*Et FELIX. de his Dial. VII.

Liuius lib. xxxiiij. Empuriae, Hispanorum vrbs.

B C D E

A Hubertum Goltzium inter Siculos nummos Maioriſque Graeciae hunc collocaſſe, forte quòd cum tribus cruribus (quod Siciliae eſt Symbolum) ſignatum vidiſſet. Et recte quidem, ſed quos teneo in Hiſpania ſine cruribus illis repertos, credo equidem veteris eſſe vrbis *Emporiae*, ſic dictae, quòd mari finitima mercatum haberet, vt apud Indos Calicutum. De Latinis nummis duos aereos poſſideo, pondere ſemunciae ſingulos. Caput hic eſt quaſi militis galeati: in auerſa idem Pegaſus ſpectatur. In altero quidem hae litterae impreſſae: E M P O R.D.D. hoc eſt *Emporitanorum Decreto Decurionum*. In altero iuxta Pegaſum adſcriptum: EMPORI, & iuxta caput C. L. NICOM. illinc vero F.FL. quae vt legi debeant, fatebor equidem, non aſſequor: verum ne nihil dixiſſe videar, demus ita
B legi poſſe *Cai Libertus Nicomedes fecit, flauit.* Tranſeo ad ignotiora. Eſt & in auerſa militis parte Pegaſus cuſus certis litteris, quas hiſce notaui ſchedis: ⳨ ,υ Ψ L ꟼ L N. B. Harum litterarum nullam agnoſco, praeter N, quae ſecunda eſt, & vltima. A. Fieri poteſt EM Syllabam Graecam & Latinam ſcripſiſſe olim Hiſpanos Ψ N B. Sic tertia littera P eſſet, tametſi figura Ψ. A. Certe in Ψ Graecorum P continetur & S, vt in duplici littera. B. Quarta littera O erit, & quidem repetita, vt in Graecis nummis ibi O paruum, & magnum viſitur. A. Omega Graecorum non adeo antiqua littera eſt, quam ὁ μικρὸν: vt nec ita adeo vetus, quam Εψιλὸν. quo factum eſt, vt Latini *e & o* tantum habeant ancipites, non H. & Ω, & Athenatum habeo nummum cum E pro H, vt alias O pro Ω. Attamen valde vereor, vt haec figura ſit ό litterae, immo ſuſpicor conſonantem potius eſ-
Plato in Cratylo: Eurip. Scholiaſt. in Phoeniſsis.
C ſe, vt infra in nummis *Celſae* apparebit. B. Si pace liceret tua, legerem EMPORON. A. Non admodum hinc diſcedunt litterae, ſed malim EMPORION. Verius tamen dixerim minimè intelligi à me. C. Sed cur piſces in Graecis nummis apparent? A. Quòd maritima ſit ciuitas. C. *Ceres* cur ſignatur ibidem? A. Quòd mercatus ſit frugum, tritici potiſſimum. C. Cur hic caput eſt militare? A. *Martis* eſſe queat, aut *Mineruae*, ſi eos forte Hiſpani cognouerint Deos. B. Sunt-ne alij nummi Latinis Graeciſ-ve litteris cum iſtis veteris Hiſpaniae notis? A. Non cum Graecis litteris, ſed en tibi alter hiſce notatus -L L L- Vt deeſſe hic priora videantur: ⳨NLLL- Sed habeo *Celſae* nummos, hinc Latinis ſignatos, illinc ignotis litteris, quas alij Gothicas, quidam Punicas, nonnulli Mauras putant: Ego veteris Hiſpaniae eſſe opinor. B. Cur potius noſtrae natio-
CELSA Hiſpaniae.
D nis, quam illarum gentium? A. Gothicae non ſunt; quia nummos habeo Gothorum incolarum Hiſpaniae & Italiae, quorum diuerſa erant nomiſmata, cum litteris Latinis, tum perſonis diſcrepantibus. Gothorum Hiſpaniae rudi admodum ſunt arte inſculpti; Italicorum paullo ſunt meliores, & in his pauci bene cuſi, ſuntque hi quàm illi praeſtantiores. Punicae quoque non ſunt, quod ab iis diſcedant characteribus, quos paullo ante in Africa poſui. Maurae item non videntur, à quibus diſcedunt litterae formâ, & ſculpturâ, ac monetâ diuerſâ. B. Etſi de Hiſpanicis nihil amplius dixeris, contentus equidem his ſim: vnus reſtat ſcrupulus, an Hiſpanici iſti peregrinis notis ſignati antiquiores ſint Graecis,
E aut Romanis? A. Si in Emporitanis legas *Emporion*, vt ego volebam; vel, vt tu, *Emporon*, certum eſt Graecam linguam, quae ciuitati nomen dedit, his litteris eſſe vetuſtiorem, quibus nomen ſcribitur. E Celſae quoque nummis colligo in Latinae linguae vſu ſcripturam quoque adhibitam. C. Vox *Celſa* anne Latina? A. Ex adiunctis id animaduertas, an ſignificet quod Virgilio: *Aeneid. 1. v. 60.*

—— *Celſa ſedet Aeolus arce:*

hoc eſt *alta*, ſeu *edita*: Sic Latina vox eſt: at ſi rem ſignet, in qua Latini non vſurparunt, non erit. Sed cur hoc quaeris? C. Quia ſi Latina eſt vox, vt *Emporion* Graeca, dicemus has litteras idem ſignificantes linguae eſſe, quàm Latina ſit, recentioris.

sit, recentioris. A. Ratio eadem est, sed de *Celsa* dubito, an Latina vox: A
suspicor enim à *Celtis* deriuatam, à quibus *Celtiberos* deriuat Lucanus libro IV. v.10.

Gallorum Celtae miscentes nomen Hibero.

C. Cur non *Celta* inde ducatur, aut *Celtica*? A. Equidem non facile dixero, at magna vis est in linguis vsus, testante Horatio in Arte Poëtica, v.70.

Multa renascentur quae iam cecidere, cadentq;
Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus.
Quem penes arbitrium est, & ius & norma loquendi.

Adhaec *Celsa Colonia* ad oram est Hiberi fluminis. B. Est-ne oppidum *Xelsa*? A. Non, sed vicinum, vulgo *Vililla* nuncupatum, & campanae sono, certis temporibus in prodigiosis casibus sonante, celeberrimum. B. Quibus, quaeso, casibus sonuit? A. Antiquitus, quantum memoria repeto, regnante Alfonso Aragonum rege vltimo, cum ille vna cum fratre Nauarrae Rege Ioanne bello capti sunt maritimo ad Ponsam insulam: dehinc cum à Mediolanensi sunt duce dimissi. Rursum interfecto Beato Magistro Epila; & temporibus Ferdinandi Regis Catholici: item in clade ac direptione vrbis Romae: & mortua Augusta: rursum anno pestifero millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. Celsae quoque pontem lapideum olim fuisse Strabo commemorat. B. Sed quas, quaeso, literas ac formas Celsae nummi continent cum Romanis literis & Hispanas? A. Hinc est caput iuuenis nudum, adscriptis literis tribus: CEL. Illinc equo insidens, palmam manu tenet, & equo subscriptum LASK vltima litera alibi nonnihil diuersa T. In altero sine Latinis litteris hoc signum F visitur. B. Credibile est primam literam esse C. at secunda A. potius quam E. vt equidem iudico. A. Idem censeo, & est pars literae K, quamuis antea O dixeris videri, cum de Emporijs ageremus. Secunda A Graeca est Lambda, nō Alpha. B. Vocalis ergo vtraq; desideratur. A. Nihil id mirandum, in antiquis linguis vocales, vt in Hebraea, non notari; [*vt nec in antiquis Graecis accentus.*] B. Ergo in hac dictione *Celsa* consonantes erunt C.L.S. Tertiam enim literam facile concedam S videri.

Hieron. Surita lib. XIV. Annalium Arag. c.27.

Strabo li. III. Geogr.

B

C

A. De vltima non idem affirmauero: etsi consonantem esse video, non vocalem. Demus tamen, vt Romani *Celsam* nominarunt, ita Hiberos nostros antiquitus nominasse *Celsak*, vel *Celsad*. B. Sed cuius est haec facies, & statua? A. Equidem ignoro. Nummi sunt aerei trium drachmarum. Sunt & Latinis dumtaxat literis; quidam etiam Hispanicis tantum notati. B. De Hispanicis audire primum aueo. A. Figurae hic eaedē, & literae Hispanicae, nisi quod secunda desit, quod est Graecorum v. *Lambda*: & sic in argenteo nummo drachmae vnius, & in aereo altero: in quo equus pascens, & in alio equus gradiens. Latinorum vero tituli variant, & imagines. Quaedam enim Imperatorum sunt, aliae tantum Duumvirorum: in multis neutrum cernas, quos vetustiores arbitror, qualis pusillus aereus nummus, drachma minor pondere, & tauro signatus, inscriptumq; CELSA. Illinc vero stat vir nudus. Alibi video caput nomenque Augusti, vt in exiguo aereo, pondere didrachmi minore. Est enim huic Augusti lauro coronati facies, his additis literis: AVGVSTVS. DIVI F. C. Cur sic nummi praeferunt, & non *Diui Caesaris filius*? A. Propterea quod solus tantum Iulius Caesar *Diuus* tunc erat, vt nomen addere nihil oporteret. Vidi tamen in vno Augusti nummo DIVOS. IVLIVS. C. Num hic peccatur, altero nomine in OS, in VS altero desinente? A. Orthographiae antiquae arcanum id est, vt in Plauto ac Terentio scribentibus VOLT. VOLTIS. DAVOS, pro *vult, vultis, Dauus*, & in ceteris geminato VV. quorum altera consonans; vocalis altera: quod in IVLIVS necesse non fuit. B. Quid in auersa huius nummi parte conspicio? A. Non dicam, cum in ea nihil

D

E

Dial. XI. Orthographiae ratio.

A hil fit:sed lego tantũ C.V.I.CELS.L.BAGGIO. MV. FLAVIO.II.VIR. B.Leo hic, aut tigris minus noceat insculptus. A.Quãobrẽ quaeso? B.Quia nõ facesseret tãtum negotij quantũ hae litterae. A.Age, suspicor ita legenda: *Colonia Victrix Iulia Celsa L.Baggio, Manio Flauio, Duumuiris.* B. Scire aueo, an alibi *Celsae* haec epitheta reperiantur? A.Vidimus iam cum de *Colonia Lepti* Africana verba facerem. B.Duumuiri Romani-ne, an Hispani erãt? A.Illud verius Hispanos fuisse: interdum tamen & Romanos ciues. B.Coloniae semper-ne ciuium erant Romanorũ? *Coloniae Rom.* A.Ex lege Coloniarũ & conditione si Imperatori placitũ, *Colonia*, ciuium Romanorũ iure; sin Latinorũ erat, iure Italico vtebatur. B.Duumuiri officiũ in Coloniis quodnã erat? A.Vt Cõsules Romae sub Imperatoribus, sic & hi in Coloniis Senatum cogebãt, qui *Curia* ibi dicebatur: quiq; huc admitterentur *Decuriones* dicti, vt

B Romae *Senatores.* Vtq; Romae Imperatoris arbitrio cuncta gerebãtur, sic in Prouinciis Coloniae arbitratu Praesidum seu Proconsulum administrabantur. Nunc ad alia pergamus. In nomismate maiore aereo, Augusti caput est, lauro quoq; coronatũ: & in auersa taurus. Faciei vero haec adscripta: IMP. CAESAR. DIVI.F. AVGVSTVS.COS.XII. In altera parte C.POMPEIO.CN.DOMIT.II.VIR.C.V.I.CEL. B.Nunc facilius haec legero, quam antea. Sed cur hic taurum video, & in altero pro Augusti capite vir nudus stat? nondũ enim de his à me quaesitũ. A. Taurus in variis nũmis spectatur: interdũ etiam iugũ boum, diuersa tamen de caussa. Solus taurus in Hispanicis nũmis indicat vrbem, aut oppidũ victimas offerre maiores solere numini Dei, aut Imperatoris, cuius honoris caussa, cusus hic nummus

C esset. B. Deus itaq; aliquis aut *Imperator*, hic nudus est. A.Si *Imperator* esset, nomen addidisset; aut certe de facie cognosceretur. B.Quis igitur *Deus* est? A.Nescio profecto. Sit tamẽ *Neptunus*, quia nudus mare nauigabat. Alios nunc prehendo nũmos. maior aereus, Augusti facie, cum litteris alterius nomismatis AVGVSTVS.DIVI.F. illinc vero taurus, adscriptaq; eadẽ haec fere, quae in altero spectauimus: C.V.I.CEL.L.BAGGIO.MV.FESTO.II.VIR. B.Differt tamen, quia hic *Manius Festus* vocatur, in altero *Manius Flauius.* A.Iungamus vtraq;, erit *Manius Flauius Festus.* B. Assentior equidẽ. A. Alter eiusdẽ magnitudinis nũmus aereus, facie Augusti Caesaris, aut Tiberij, sine litteris: adscriptũ tantũ II.VIR.COL.V.I.CELSA: in auersa parte taurus supra-scriptus, cũ litteris: C.POMPE. BVCA.L.CORNEL.FRONT. hoc est *Caio Pompeio Buca, Lucio Cornelio Frontone, Duumuiris, Colonia*

D *Victrix, Iulia, Celsa.* B.Hic lucro apponimus, intelligi C. tribus legi litteris COL. & C.Põpeiũ, *Buca* cognomẽto fuisse. A.Si vtrobiq; idẽ esset collegae ipsius nomẽ, equidẽ assentirer. B.In Caesaris nũmis *L.Buca* cuditur, an huius Duũviri propinquus fuit? A.Fuerit fortasse, sed alterius fuisse gentis ac familiae arbitror: & forte *Aemiliae.* Vidi & in fictis ab artifice nũmis LEVCA. pro L.BVCA. C. Adulterinis nõ credo nũmis, vt ne excusis quidẽ omnibus: quod nuper abs Te discere memini, & audire. A.*Celsae* plures nõ habeo nũmos. Libet nũc ostẽdere, quomodo praeter *Celsae & Emporiarũ* nũmos reliqui cũ antiquis Hispaniar. characterib. intelligendi: Ilerdenses Latinè inscripti reperiũtur, caput est Augusti in aereis nummis, pondere didrachmi, adscriptumq; AVGVST.DIVI.F. in auersa lupus est cum *Vide Dial. XI.*

E litteris MVN.ILERDA. Et hic in lucro deputo veram huius municipij scripturã, Ilerda vnico L, & prima correpta, vt & Poëtis frequens est. Peccant itaq; qui gemino LL. scribũt *Illerda:* Horatius enim lib.I.Epist.XX. ad librum suum v.13. *ILERDA. vulgò Lerida.*

Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.

Et Lucanus *lib.IIII.v.13. fundata vetusto* *Surgit Ilerda gradu*——

Adhibent Ausonius, & Paulinus, & his antiquior Silius Italicus. B.Cur dixit Horatius *vinctus?* A. Librum alloquitur suum, & cauere iubet ne scombros tegat & piper, aliaque vncta operiens Vticam Africae vrbem mari mittatur, aut flumine in Hispaniam Ilerdam versus: quo modo Persius dixit Sat.I. *Horatij locus expositus.*

——*Nec scombros metuentia carmina, nec tus*

C.Sũt qui hic *vinctus* pro *vnctus* legãt. A.Ipsi viderint: equidẽ nihil mutandũ censeo. B.Quid hae sibi litterae volũt MVN? A.Ilerdã nimirũ *Municipium* esse. in aliis nũmis breuius ita spectatur MV. BILBILIS. MV. CAL. IVLIA. *Municipium Bilbilis, Municipium Calagurris Iulia.* B.In Iure nostro *Municipiũ* esse videtur oppidũ quoduis & Municipes incolae loci cuiussuis: vt & pro pagorũ incolis non ciuibus accipiãt. A.Vlpianus male pro vrbis cuiussuis ciuibus accipi refert, vt pro Capuanis & Puteolanis. A.Gellius Hadrianũ Imp. popularib. suis Italicensibus ait indignatũ, quòd Coloniae ius, cũ municipes essẽt, postularẽt. Falli eos ratus, qui *Municipiũ* deteriore iure quã *Colonias* esse existimarẽt, cũ meliore illud sit haud dubiè cõditione. B.Qua potissimũ re differũt *Coloniae & Municipiũ?* A. Romani subactis finitimis societatẽ inierũt, sibiq; foedere adiunxerũt, vt aliis ciuitatẽ Romanã quibusdam cũ suffragij iure, aliis nullo suffragij iure, donarẽt. Hos *Municipes* appellabãt, quod cõmuni cũ Romanis ciuibus munere ac iure vterẽtur, militarẽt vna, cõiugia inirẽt, ceteraq; cũ Romanis haberent cõmunia. B.Quid appellas *sine iure, aut cũ iure suffragij?* A.Incolae Cere ciuitatis, aliiq; ciues erãt Romani sine suffragij iure: quo à Censorib. adigebãtur infamia notati, vt nec suffragiũ ferre in Comitiis, nec accipere ipsi possent: hoc est, nullum vt magistratũ petendi ius iis esset. B.Poterãt-ne *Coloniae* id petere? A.Diximus, posse si Romanorũ ciuiũ cõmuni iure vterẽtur, si Romae domiciliũ haberẽt, pleno suffragiorũ iure vtebãtur, si cum Latij iure, Magistratus illorum ciues Ro. habebãtur, non item reliqui. Differebãt hoc amplius: *Municipes* suae ciuitatis ius non amittebãt. Verbi gratia, Tusculani, vel Arpinates, Tusculi & Arpini, tametsi Romae degerẽt, magistratũ gerere poterãt, nõ secus atq; anteà quã Ro. ciuitate essẽt donati. Hinc M. Tullius* duplicẽ sibi patriã fuisse praedicat, *Arpinã*, vt natale solum, & *Romã*, vt ciuitatẽ. In *Coloniis* non eadẽ conditio. His enim adscriptus, ciuitatis Romanae ius cõtinuo amittebat. Itẽ si quis in aliã esset ciuitatẽ adscitus, † vt Athenis T. Atticus, vel alibi. Ciuitas quoque Colonia facta, ius suũ amittebat, & induebat ius Coloniae, cui adscribebatur. Hinc Hadrianus Caesar *Municipia* meliori esse cõditione quã *Colonias* aiebat. Sed cum postea Romani principes vrbiũ Colonias facerẽt, in quib. multi essent veterani milites: Prouinciarũ Principes his vtebãtur familiariter, qui praesidij loco Prouincias occupabãt, vt & Imperatores interdũ militum Praetorianorũ operã crearẽtur. Quo factũ est vt Coloniae nonnunquã Municipia superarint. Clarũ id quoq; Plinij auctoritate, cùm Hispaniae statum aeui sui describit, qualẽ reliquit Augustus Caesar, vt propter Conuentus pluris *Coloniae*, quam *Municipia* fierent. C.Cõuentus isti tales-ne, quales hodie monachorũ erant? A.*Conuentus* appellabãt, quò ad iudiciũ populi conuenirent, vt in Aragonia Caesaraugustã; in Catalaunia Barcinonẽ vel Tarraconẽ; in Valentino regno Valentiã, in Castellae regno Vallisoletũ, aut Granatã. Refert idem Plinius septem cõuentus habuisse citeriorem Hispaniã, quam & Tarraconẽsem Prouinciã nominat: puta *Carthaginiensem, Tarraconensem, Caesaraugustanũ, Cluniensem, Asturicensem, Lucensem & Bracarensem.* Addit, tãetsi Põpeius octingenta & quadraginta sex huius Prouinciae vicos à se occupatos diceret, sua tamen tẽpestate reperisse tantũ ducentos nonaginta quattuor: quorũ duodecim *Coloniae* erãt, & ciuium Romanorũ tredecim, ac Latinorũ veterum septendecim: foederatorũ vnum: stipendiariorũ centũ triginta sex. Coloniã & Conuentus caput Carthagine noua collocat, quae nunc vulgo *Cartagena* nominatur. *Coloniã immunem Illicem* vocat, hodie oppidũ id *Alicante est.* Valentiã quoq; Coloniã facit: Saguntũ vero Municipiũ: dicit enim ciuiũ esse Romanorũ, vt & reliqui tredecim erãt. Tarraconem quoq; Coloniã facit, & Cõuentus caput: *Opus,* inquit, *Scipionum, vt Carthago Poenorum,* seu *Carthaginiensium. Barcino similiter illi Colonia est. Fauentiae* cognomentũ attribuens, hodie *Barcelona* indigitatur. *Municipia* autem Romanorum ciuium erat: *Baetulo, Illuro, Blandae, & Emporiae:* hodie *Empuria* est. Ait

Margin notes: Municipium. — Ant. Augustin. lib. 2. Ad Modestinum. — A. Gell. lib. XVI. Noct. Attic. ca XIII. — Inf. Dial. VIII — Municipes. — Prouerb. Ceritum tabulae. — * Lib. II. De Legibus. — † Cic. pro Corn. Balbo. — Corn. Nepos in vita T. Attici. — Lib. III. cap. 3. Nat. hist. — Cpnuentus quid.

Right margin letters: A, B, C, D, E

A est. Ait adhaec veteribus incolis duplo copiosius habitari, & à Graecis, origine Phocensibus. Tarraconem caussas quadraginta quattuor pagorũ deferri solitas. *Municipia* autem praecipua Romanorum ciuium, *Dertusam* (hodie *Tortosa* est) & *Bisgargitanos*. *Caesaraugustam* Coloniam *immunem* facit, caputque Conuentus: Ea nunc *Caragoça* dicta: quae vrbs *Salduba* primo sit appellata. B. An *Saldubae* alibi exstat mentio? A. Equidem non memini alibi legere extra Plinium; neque in libris, ac ne nomismatis quidem reperi. Caussae Caesaraugustam quinquaginta duorum vicorum delatae. Municipia quoque ciuium Romanorum *Bellitanos* idem nominat & *Celsenses*, quos, vt opinor, Colonias appellat, vt *Calaguritanos* municipes, & *Nascicos* vel *Nasicas*: item *Ilerdenses* gente Surdaones, & *Oscenses*, & *Turiasonenses*. Cetera in Plinio per te leges. B. Sed duodecim *Colonias* amabo ordine recense. A. Septem iam recensui, puta *Carthaginem, Illici, Valentiam, Tarraconem Barcinonem, Caesaraugustam*, & *Celsam*: His quinque adiicit: *Accitanam, Salariensem, Obricam, Flauiam, Cluniam, & Asturicam*: harum Coloniarũ quinque vltimam dumtaxat (quae vulgo *Astorga* est) agnosco. B. *Municipia* vero Hispaniae tredecim quaenam sunt? A. Iam recensui: *Saguntum* (hodie incolae *Monuiedro* nominant) *Baetulo* (vulgo *Badalona*) *Illuro*, quam ignoro: *Blandae* (vulgo *Blanes*,) *Emporias*, (nunc *Empurias*) *Dertusa*, vulgo *Tortosa*. *Bisgargitani*, & *Bellitani*, mihi quoque ignoti, & *Calaborritani, Ilerdenses, Oscenses, & Turiasonenses*. B. Duodecim tantum numerasti; restat *Bilbilis*, quantum è nummis colligo. A. Iure his C annumeretur, tametsi Plinius inter municipia omiserit: alibi tamen ab aquis laudat, quibus ferrũ temperetur, vt & *Turiasone*, quãuis ferrum ibi generari temerè neget. B. *Foederatorum* vnum vicũ numerasti, sed quis eius est situs? A. *Tarracenses* sunt, hodie in Catalaunia *Tarraga* vicus est, ibidemq; milliare adeo celebre Cerueram vsque: verum Ptolemaeus inter Vasanes collocat, vt hic Catalauniae vicus esse nequeat. B. Cur *Latinos veteres* nominat Plinius? A. Opinor, quia ius illis vetus Latij datum, & non pro merito bello sociali, aut ciuili parto: de quibus, si horas bene collocare libet, libros Caroli Sigonij lege diligenter. B. Cur Colonias quasdam *immunes* nominat, alias vero non item? A. Maiore quòd praerogatiua vterentur, & fortasse iure ciuitatis Romanae: quamuis id tacet Plinius. D B. Quid *foederati* supra reliquos obtinebant? A. Quod tantum ad foedus seruandum tenerentur; cetera liberi. B. Stipendiarij autem in quo differunt? A. Quod hi stipendium ac tributum quotannis populo Ro. penderent. B. *Stipendiariorum* in Plinio numerus corruptus mihi videtur, si cum extremis conferas; aut desunt non stipendiarij. A. Tecum sentio, desiderari quaedam: sed digressi paullulum ad nummos reuertamur. B. Quare lupũ in Ilerdensibus nummis conspicio? A. Nihil certi adferre possum, cõiicio tamen à principe aliquo eius nominis: vel quod feros se instar lupi exhiberent, quanquam nunc modesti sunt ac pij Christiani, & Gymnasiũ est omniũ disciplinarũ, ac Iuris cum Pontificij, tum Caesarei. B. Ilerdenses-ne sunt nũmi Hispanicis litteris? A. Vnũ dumtaxat nactus sum aereũ, du- E plicis drachmae põdere: hinc est caput iuuenis: illinc lupus, vt & in Latinis fuisse diximus, & hoc amplius adscriptũ ΝΑϕϕΑ. B. Secunda & vltima littera similes sunt secundae in *Celsa*, vbi L erat, & in Ilerda secunda est L. estq; hic Graecorũ Λ lambda similis. In tertia littera tridenti forma E exprimitur. A. Hanc R esse opinor, & sequentem D. B. Cum de Emporiis ageremus R longè dissimilis erat. A. Ibidem etiã O similis erat C. in Celsa; sed quod vetere verbo dicitur: vt *suus cuique mos*, sic & scriptura est. B. Hic littera prima formam I. minimè praefert. A. Putò consonantem esse, forte F, digamma Aeolicum: de quo alias disseruimus. B. Esset itaque, vt tu vis, FILERDAL. A. Equidem non affirmo, sed dum certiora occurrant, his vtamur. C. Fuluius Vrsinus Romanus, in *Familiis Rom.* *Afranij* nummũ ponit, qualem attuli: Ecquid tu iudicas? A. Cum de *Ilerda* sermo sit *L.*

Coloniae XII. Hispaniae in C. Plinio. lib. 3. cap. 3. & lib. 4. c. 20

Municipia XIII. Hisp.

Plin. lib. 34. Natur. Hist. cap. 14.

Car. Sigonij laus.

Dial. II. in Annona.

sit *L. Afranij* mentionem fieri par est, qui Consul fuit, & belli Dux, & cum Petreio A
Iulium Caesarem Hispania arcere conabatur Ilerdae. B. Iiuis-ne inscriptio extstat, aut nomisma? A. Libertae eius mentio est his verbis: AFRANIA. L. L. CHROCALE. S. B. Interpretare, quaeso, haec. A. *Afrania Lucij liberta Chrocale sibi.* Afranij iam nummum inspiciamus. C. Viri caput est, quod piscis ambit, his additis litteris: AΦPA. In auersa parte vir est equo inuectus, cum his notis. VNΘIȣ. A. Litterae capiti adscriptae Graecae sunt, & nisi in auersa aliae essent, crederem profecto L. Afranij esse, & caput cum piscibus Pompeij esse, Neptuni forma; sed litteras in auersa parte non lego. C. Duae primae sunt V & N; secundam supra in Emporijs vidimus; tertia & quarta Graecae sunt THI: quinta compendium Graecum videtur diphtongi ȣ. A. Legis itaque VNTHIV. nihilque significat. C. Forte in illa lingua sonabat, aut pondus est nummi vnciae vnius. B
A. Non tanti pendet. Sed in his tempus, vt nec in obscuris nummis, fas est consumere, & aliud est quod agam.

DIALOGI VII.

ARGVMENTA.

DE NVMMIS REGNORVM ARAGONIAE, VALENTIAE, ET CATALAVNIAE, AC DE TOLETANIS.

C.V.T.T. hoc est: Colonia Victrix Tyrrhenica (seu Togata) Tarraco.

I. BARCINO, cognom. Fauentia, Pia, Immunis.

Augusti inscriptio R.P.C. in Triumuiratu.

TARRACO, Scipionum opus, quia instaurarunt.

Scipionum turris, iuxta Tarraconem qualis.

Gallia Togata, & Braccata.

* Togati & Stolati *Celtiberi*, Straboni.

Latinus sermo Hispanorum olim, hodie *Romance*.

Alexandria Togata.

C. & L. Caesares Agrippae & Iuliae filij, ab Augusto adoptati.

Princeps Iuuentutis, quis.

Princeps Senatus, quis.

DEO & DIVO AVGVSTO.

Drusus, & Germanicus.

Reges Gothi, Suinthila, Recesuinthus, & Gundemarus.

PIVS, IVSTVS, FELIX, Regum, & Impp. epitheta.

Tarraco male vulgo *Tarracona*. Latinè dicta.

II. *Caesaraugustani* nummi.

Coloniarum Duumuiri.

Valerius Fenestella II. VIR.

Coloniae iugo boum arando fiebant: & qui Magistratus.

III. *Turiasonenses* nummi.

IV. *Bilbilitana* nomismata.

Italica, & Ius Italicum quale.

Bilbilis patria Martialis. De eius loco disputatum *Bambola* hodie, non *Catalaiud*. Sed vicinum, Augustae cognomento. Martialis lectio defensa.

Coss. etiam in Coloniarum nummis.

Seianus Tiberio Caesari carus, vt Agrippa Augusto. C

V. ERCAVICA, vel *Ergauica*: an *Alcaniz* hodie?

G. littera, à quo Romae reperta.

Affinis est Mutae C.

VI. SEGOBRICA, an vulgo *Segor-ve*, iuxta Valentiam.

VII. CALAGVRRIS duplex: Fibularensis, & Nasica altera in Aragonia sita est.

Consul iterum, tertium, & tertio, ex A. Gell. lib. x.

Col. CALAGVRRIS Iulia, Augusta.

CAESARAVGVSTA, non Caesarea-Augusta. D

Praefectus Germanorum, & Germaniae, differunt.

Caligula.
Caracalla.
Elagabalus. } probrosa Impp. cognomina.

VIII. OSCA. in Aragoniae regno, hodie Gymnasium retinet.

Plutarchi, aliorumque de *Osca* Elogia.

IX. CASCANTVM, an in Nauarrae regno?

X. VALENTIA. olim etiam sic ROMA dicta.

XI. SAGVNTVS, vel Saguntum. E

XII. ILLICE, colonia, Victrix cognom. hodie *Alicante*.

XIII. SAETABIS, hodie Xatiua in Valentiae regno.

Saetabina lina, apud Catullum.

XIV. TOLETVM.

Toleto PIVS, quid, & similia.

OSSONOBA, vbi.

Regem deuita: fictus nummus.

GOTHORVM Reges. Vide Dial. V. extre.

Rex ACOSTA vnde confictus.

Alfonsus, Rex Legionensis.

ANTONII

ANTONII AVGVSTINI ANTIQVITATVM IN NVMMIS VETERVM.

B

DIALOGVS VII ACCESSIONIBVS AVCTIOR:

DE NVMMIS ITERVM HISPANIAE, DE TARRACONENSIBVS BARCINONENSIBVS, ET TOLETANIS.

B. DE Latinè inſcriptis nummis Barcinonenſibus, & Tarra-
conenſibus nunc, quaeſo, ediſſere nobis. A. Barcinonen-
A. ſium nullum videre contigit; Tarraconenſium aliquot,
& quoſdam Imperatorum, alios non item, quos antiquio-
res arbitror: vt quae hinc taurum impreſſum habent; il-
C linc vero coronam: cuius in medio hae litterae ſingulares:
C.V.T.T. Alter eundem taurum ſignatum habet, eaſdem- I.
que in auerſa parte litteras cum ara, quae palmam impoſitam habet. B. Hos ip-
ſos Caeſarum cuſos arbitror temporibus, nam de altero illo quis dubitet? pal-
mam ſiquidem arae innatam continet, quae Auguſti Caeſaris honori poſita eſt,
vt iam antea ex te audire memini. Vnde colligas Tarraconem, Coloniam factam Dial.I.
Romanorum à Iulio Caeſare, aut certè ab Auguſto. A. Idem vt credam adduci
me facilè patiar; quandoquidem vna hic inſcriptio legitur: GENIO.COL.I.V.T.
TARRAC. & Barcinone in variis titulis ita inſcriptum: IIIIII.VIR.AVG.COL.I.
V.T.TARRACON.ET.COL.F.I.A.BARC. hoc eſt: *Seuir Auguſtalis Coloniae Iuliae,*
D *Victricis, Tyrrhenicae,* (ſeu *Togatae) Tarraconis. Et Coloniae * Fauentiae, Iuliae, Au-*
guſtae, Piae, Barcinonis. B. Nonne I. ſignare poſſet hic *Immunis*? A. Si Plinius
ita Tarraconem nominaſſet, vt Ilicen & Caeſarauguſtam, aſſentirer equidem:
cumque de Lepti Africana verba facerem † dixi vocatam COL.IVL.VIC. & C.
I.V. pro *Colonia Iulia. Victrix.* B. Exſtat-ne Iulij Caeſaris nũmus Tarracone cuſus?
A. Vnum penes me ſeruo, eius notatum imagine, ſed à morte. In auerſa enim
parte Auguſti facies eſt, his additis litteris IMP.CAES.AVG.TR.POT.PON.MAX.
id eſt, *Imperator Caeſar Auguſtus, Tribunitia poteſtate, Pontifex Maximus,* & ad Cae-
ſaris caput adſcriptum CAESAR.C.V.T. B. Ecquando hic cuſus nummus? an
initio Imperij Auguſti? A. Minime, ſed longo poſt tempore. B. Vnde id col-
E ligis? A. Quod ſe Auguſtum nominet, quod Imperij initio non ſolet, ſed ita
Imperator Caeſar Triumuir Reipublicae conſtituendae: quod per compendium ſic
nummi praeferunt: III.VIR.R.P.C. neque Pontificem ſe, niſi à morte M. Lepidi,
appellauit. B. Quòd caput Caeſaris tot à funere annis hic impreſſum ſit, facit
vt inducar ad credendum à Caeſare Iulio Coloniam factam, indeque *Iuliam* di-
ctam. A. Idem mihi iam in mentem venerat, & aſtipulor. C. Sed quid ad
Plinij verba reſpondeas, de Tarracone aſſerentis: *Scipionum,* inquit, *opus, vt Car-*
thago Poenorum? A. Non ait Plinius Coloniam à Scipionibus deductam, ſed
aedificiis inſtauratam. Si autem de Scipionibus patre, & patruo Africani loqui-
tur,

* *Barcinoni quoque* Fauentiae *cognomen Plinius tribuit.*

Barcinonenſes *quoque apud Paullum I.C. L.vlt.Lib.I. Tit.* XV. *De Cenſibus, vbi in Pand. Florcap.*

Barcenonenſes *per E.ſcribitur.*

† *Dial.*VI.

tur, horum temporibus Romani Colonias extra Italiam minime ducebant: Et A

Vell. Lib. I. Hist.

Velleius Paterculus opinor, primam Coloniam fuisse ait Carthaginem deductā annis aliquot post tres illos Scipiones. C. Quid ais de sepulchro Scipionum, quod extra Tarraconem visitur? A. Sepulcrum fuit, dictum hodie turris Scipionum: & sunt qui crediderint, duos, qui apparent, Scipiones esse. Vnde fabula nata Scipiones ibi conditos. Atqui non Scipiones sunt, sed mancipia duo, quae heri funus deplorant. C. Nihil-ne adscriptum? A. Ita sane: sed vetustate paene obliteratae *litterae istae sunt, vt in extremo Dialogo IV. dicere memini: & aegre tandem haec exsculpta:*

EX TESTAMENTO L. LICINI L. F. SERG. SVRAE CONSECRATVM.

Credo ego Scipiones hic minime mortuos fuisse neque sepultos; sed dic, quaeso, quod alias promissum abs Te, cur hic cusae litterae C. V. T. T. interpretando sic: B

Tarraco, Tyrrhenica.

Colonia Victrix, Tyrrhenica, (seu *Togata*) *Tarraco.* Potissimum vero cur *Tyrrhenica,* seu *Togata* dicta, & cuius auctoritate? A. De *Tyrrhenica* voce versus tantum sunt Ausonij Galli, ad suum Paulinum:

Caesareae, Augustaeq; domus Tyrrhenica propter
Tarraco. ——

SCHOL. [Et rursum Paulinus Epist. ad Auson. III. *Tyrrhenum mare* vocat, & Balearicum, quod Tyrrhenos, id est, Etruscos alluat:

Et capite insignis despectans Tarraco pontum.

Et mox: *Qua geminum felix Hispania tendit in aequor,* C
Qua Betis Oceanum Tyrrhenumq; auget Hiberus.

Supra quoque Dial. III. allata inscriptio vetus;

Tarraco Togata.

Stagna sub Oceani Tagus, & Tyrrhenica Hiberus.]

Puto equidem, si quod in his iudicium meum est, *Tarraconem* idem esse cum *Tyrrhenica,* seu *Tyrrhena.* Paret id si vocales tollas, Hebraeorū more & antiquarum

Strab. lib. III. Geogr.

linguarum: idque Hispanis vsitatum fuisse videri Dialogo VI. exemplis *Celsae* & *Ilerdae* docui. De *Togatae* vocabulo auctorem laudare non possum extra Strabonem, praeter codicem veterem anonymi, qui Episcopatus & Archiepiscopatus recenset Hispaniae: Tarraconi enim *Togatae* epitheton tribuit, vt *Augustae* cognomen dat Emeritae & Bracarae. Gallia quoque Cisalpina, cognomentum *Togatae* habuit olim, quo à Braccata Gallia, quae Romanis transalpina est, differebat. Sic & Tarraco forte dicta, quòd toga frequentius, quam in aliis coloniis vterentur. Huc Virgilij versus pertineat: D

Suet. Augusto cap. 4c. Addita ab auctore.

Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Quo & Augustum Caesarem vsum in ciues Romanos, quòd toga rarius quam maiores vterentur, Suetonius refert. [Huc & Strabonis illa refero, libri III. Geographiae, qui Hispanos refert in plerisque Coloniis & lingua, & toga, Romanorum more vsos: *Stolati* itaq; vel *Togati* nuncupati, potissimum Celtibēri, tametsi barbari antea & immanes habiti. Castellani hodieque *Ladinos* vocant Aethiopes, ac mancipia, qui Hispanè balbutire didicerint. Vnde nobilis viri nobile illud manauit dicterium: nolle vxorem suam *Latinam* esse, ac ne *Ladinam* quidem, immo, si fieri possit, mutam. A. Deriuata nimirum voce à Latina; quae lingua olim veterum fuit Hiberorum: & vulgo à Romana *Romance* indigitatur, Hispanorum idioma, & cantus rythmici. C. Alia-ne colonia *Togatae* est cognomento? A. Lampridius in Commodi Imp. vita Carthaginem coloniam auctor est ab eo cognominatam *Alexandriam Commodianam Togatam:* vt differret, quantum coniicio, ab *Alexandria* Alexandri Magni in Aegypto colonia.] Est & alia, T. litteram interpretantium *Tutelam,* opinio; cui confirmandae duae sunt tres-ve Tarracone Inscriptiones, sed quibus non efficiatur certo vrbis fuisse cognomen: etsi in Hispania E

A pania vrbes ſunt quae à *Tutelâ* dictae videantur, vt *Tudela*. Verum enimuero
Togatae epitheton magis placet, dum certiora adferantur. De ceteris ordine
nummis agamus. Principio vnus tauro notatus, vt ſuperiores illi, adſcrip-
tumque C. V. T. TAR. In auerſa parte duo Auguſti filij, cum duplici clypeo,
quomodo in Auguſti nummis ſculpti conſpiciuntur. Litterae hic vetuſtate ex-
oleuerunt, ſed in aureis aliquot, pluribuſque argenteis Auguſti Caeſaris pe-
nes me nummis, cum eadem anticae imagine duorum Auguſti liberorum,
ac geminati ſcuti leguntur haec: C. L. CAESARES. AVGVSTI. F. COS. *Suet. Aug.*
DESIG. PRINC. IVVENT. Hoc eſt: *Caius, Lucius, Caeſares Auguſti* *cap. 64. 65.*
Filij, Conſules deſignati, Principes Iuuentutis. [In alio rurſum nummo ſunt *Tacit. 1. Annal. & M.*
hinc capita duo inuicem oppoſita, ſupraque notatum: C. L. CAES. infra *Seneca Controuerſia XII.*
B vero ad vtriuſque ceruicem C. V. T. & mox AVG. F. Id eſt: *Caius & Lucius Cae-*
ſares, Auguſti filij: Colonia Victrix Tarraco. In altera parte caput ſpectatur Au-
guſti lauro vinctum: adſcriptumque: IMP. CAES. AVG. TR. POT. PON. MAX.
P. P.] B. Quid ſcuta illa deſignant? an armati conſpiciuntur? A. Minime ve-
ro, immo togati, aut potius praetextati apparent. Clypeos eſſe opinor in eius
honorem in Capitolio poſitos, cum gemina haſta, lituo, & ſympulo: quae &
in Auguſti nomiſmatis reperias. C. Quid Sympulum eſt? A. Vas pede *Sympulum quid.*
carens, aure oblonga, quo ſanguis vel aqua transferri ſolita: aut ſi modica
eſſent, eo colligebantur, & indito aſperſorio aqua ſpargebatur, vt hodie
aqua luſtralis à Chriſtianis piis cum hyſſopo. C. *Principes Iuuentutis* idem-
C ne qui nobis in Hiſpania *Princeps*, aut in Luſitania? A. Minime vero,
Olim enim *Principes* dicti; qui à Cenſoribus in luſtro, quincto quoque an-
no lecti eſſent. Legebatur vero *Senatus Princeps* inter Cenſorios natu ma- *Senatus Princeps.*
ximus, hoc eſt tempore in eo magiſtratu primus eorum, qui viuerent. *Dial. x.*
Poſt qui rebus praeclare geſtis, ceteris antecelleret: vt Scipio Africanus,
antequam primus Cenſorius eſſet, *Senatus* eſt *Princeps* factus. Sic enim appel-
labatur: locumque ac dignitatem, dum viueret, perpetuo retinebat. Idem
ſeruatum cùm inter Equites Romanos primus legeretur, & in peditum nume-
ro: qui in Centurias ſeniorum ac iuniorum partiebatur. Equites itaque nomi-
nando aut primam ſeniorum, iuniorumque Centuriam, eadem loci digni-
D tatiſque habita ratio eſt, quae in Senatus Principe deligendo. Quare *Prin-*
cipes Iuuentutis fuiſſe arbitror primo inter iuniores appellatos: non primos ac
proximos Regni heredes, vt hodie Regum ſucceſſores *Principes* appellamus,
licet non immerito. C. Hos heredes quo titulo olim appellare ſoliti? A. Cae-
ſares nuncupati: vt in nummis apparet L. Aelij Caeſaris ab Imp. Hadriano
adoptati: & Marci Aurelij ab Antonino Pio adoptati. Refert autem Corn.
Tacitus hos duos fratres *Caium & Lucium Caeſares*, M. Agrippae, & Iuliae
filiae Auguſti liberos fuiſſe: quos, etſi auus eſſet, adoptarit, Caeſareſque
appellauerit: Addit deinde: *Necdum poſita puerili praetexta Principes iuuentu-*
tis appellari: deſtinare Conſules ſpecie recuſantis flagrantiſſimè cupiuerat. B. Sunt-
E ne alia Tarraconenſia nomiſmata? A. Sunt: quale nuper retuli ab Auguſti
cuſum funere, raro titulo: DEO. AVGVSTO. In auerſo latere Templo
adſcriptum: AETERNITATIS. AVGVSTAE. C. V. T. T. Nummus in-
gens eſt vnciae fere pondere. Haec autem imago bifariam ſpectatur: nunc
integro Auguſtus corpore in ſedili ſedens, cum Victoria in manu Orbi inni-
xa; litteriſque adiectis: DEO. AVGVSTO. In altero tantum caput eſt
Imperatoris, adſcriptumque DIVVS AVGVSTVS. Aliud eſt aereum Ti-
berij Caeſaris nomiſma in antica ara cum palma, caput eſt lauro vinctum, his
additis litteris: TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. Pars quoque auerſa *Sup. Dial. II. initio.*
aram;

aram, seu foculum cum ansa exhibet, duplici quasi columna ornata, & duobus capitibus victimarum iam oblatarum, aut verius duobus capitibus taurorum occisorum; hinc inde lauri ramis Coronae in modum (quales Itali hodie *Festones* nominant) dependentibus. In medio patera est depicta: palma quoque quinque aut sex ramis imposita, & duae vtrimque litterae C.V. infra autem ad arae latus totidem litterae T.T. Nummus est pondere semunciae. In altero item aereo aequalis ponderis, hinc caput est & titulus Tiberij, & in antica parte iuuenum duplex facies inuicem obiecta: alteri adscriptum GERMANICVS: alteri vero DRVSVS.CAESAR: in medio autem litterae C.V.T. Est & alius, opinor, Augusti, cui insculptum: CAES. AVG. PONT. MAX. TRIB. P. In auersa parte geminae rursum facies, muliebris vna, cum titulo IVL. AVGVSTA; altera iuuenis, appositumque: DRVSVS.CAESAR.TRIB.PL. & infra C.V.T. B. Quinam hi sunt *Germanicus, & Drusus?* A. Adoptatos arbitror à Tiberio Caesare, nec morte praeuenti, imperio successere. Lege, si vacat, in *Familijs* nostris *Romanis, Iuliam, & Claudiam.* Vidimus & alium aereum denarium hinc Augusti Caesaris capite lauro coronato, adscriptumque IMP.CAES.AVG.TR.POT.PON.MAX.P.P. In auersa parte Tiberij Caesaris iunioris facies, sine corona, cum litteris TI. CAESAR: ad ceruicem litterae sunt C.V.T.TAR. Nulli praeterea Tarraconenses restant explicandi, nisi aurei quidem aliquot, nihilo tamen illis meliores. B. Regum fortasse Gothorum nomismata sunt? A. Recte diuinasti. Vnus est Suinthilae cum litteris SVINTHILA REX. Vnde illud commodi accedit veram eius Regis scripturam nominis hinc colligi: qui vulgo *Scintilla* nominetur. In auersa parte litterae sunt: TARR: CO. TAIVX. Deterius etiam alibi sculptum CE: AR: CO: TAIVX. Arbitror scribere voluisse *Tarraco Pius*, seu *Iustus*: quomodo alias saepe obseruatum. Solent enim Regibus illis Epitheta affigi, puta: *Pius, Iustus, Felix, Optimus, &c.* Simili quoque aureo inscriptum † SVINTHILA RE. Nummo inuerso legas: PIVS TARR. † CO. Recaredi Regis nummus eadem imagine, cum titulo † RECCAREBVS RE, pro *Recaredus Rex*: In auersa IV: TOS: TERR: CONA; pro *Tarraco Iustus*. Hic disces iam corrumpi coepisse vocem, vt *Ter.* pro *Tar.* ponerent, mutarentque inflexionem *Tarraco Tarraconis* in *Tarracona Tarraconae*, vt ex *Barcino, & Narbo* formarunt postea *Barcinona* & *Narbona*. Tarraconis tamen seruatum nomen in nummis *Recensuinthi*; hinc caput praeferens, illinc Crucem cum gradibus; adscriptumque † RECCESVINΘ. R. pro *Reccesuinthus Rex*: Θ Graecorum vsus pro Th. & illinc † TARRACO. PIV. vbi s desideratur. Alter est Gundemari vtrimque faciem praeferens, additis barbaris litteris † C.ONYEMARVS. RE. pro *Gondemarus Rex*: & in auersa parte TARRACO. AIVO, forte pro *Pius*. [B. Exstat-ne Tarracone inscriptio ab Hermolao Barbaro in Plinij librũ tertium cap. 3. allata: TARRACON VRBS COSITANORVM? A. Videre mihi quidem nunquam contigit: sed commodum mihi in memoriam reuocas C. Plinij locum, cuius haec sunt verba, facta mentione Valentiae, ac Turiae fluminis, & Idubedae flu. situque regionis Ilergaonum, vbi in mare Hiberus praecipitat: *Regio*, inquit, *Cossetania flumen Subi Colonia Tarraco, Scipionum opus, sicut Carthago Poenorum.* Adstipulatur huic Ptolemaeus, qui post Hiberum Cosetanos collocat, quos Marraconenses facit. Nuper allatus mihi nummulus aereus est, cum iuuenis imberbis capite, adscriptumque COSSET, In auersa erat parte hominis nudi statua, forte Neptuni, quod haec sit maritima regio. C. Vt haec legenda sunt, *Cossetania*, an *Cossetanorum?* A. Si quod oppidum hoc nomine exstaret, legerem *Cossetania*: verum cum regionis sit nomen, placet magis *Cossetanorum*: vt ab Emporiis *Emporitanorum*, vt similia Graeca, Latinaque ad eundem modum. Habeo & alium nummum cum litteris antiquis Hispanorum, ni fallor, huius regionis. Imago est matronae capillis in vertice nodo alligatis, vt Dianam pingere

Ant. Augustini liber, De familiis Romanorum XXXII.

Addita haec ab auctore.

A ni fallor regionis. Imago est matronae capillis in vertice nodo alligatis, vt Dianã pingere solẽt. In auersa parte equus est, cui nudus insidet, infraq; Barbaricae notae < YSSY. plures alios repperi tribus tantũ litteris notatos LSY. Sed fortasse *Celsae* queãt esse, vt superiore Dialogo copiosè exposui cum iisdem ferè litteris eius Coloniae: vt quae A Graecũ praeferãt, *Celsae* Coloniae sint, nõ huius regionis.] B. Aueo Caesaraugustanos inspicere nummos veteres, quos esse cõplures oportebat. CAESARAVGVSTA.
A. At paucos ego nactus sum, & quidẽ sub Imperatorib. cusos. En duos, à Coloniae cõditore Augusto Caesare cudi iussos. Quãobrem eius impressa facies, vt nomen indicat: AVGVSTVS. DIVI. F. In auersa parte iugum boũ, & pone sequẽs colonus: In vtroq; nomẽ est CAESARAVGVSTA: sed differũt Duumuirorũ nominib. Vnius
B enim Q. LVTAT. M. FABIO II. VIR. alterius verò: L. CASSIO. C. VALER. FEN. II. VIR. B. Haec quomodo legam? A. *Caio Valerio Fenestella*; nisi quid iudicãs fallor. B. *Fenestellae* cuiusdam in manibus est libellus, *de Magistratibus, & Sacerdotiis Rom.* A. Fallit libri titulus, & iam exiit *à Brugensi quodam Aegidio Vvitsio suo assertus auctori*, *Andreae Dominico Flocco*, Florentino. Etsi non infitior Fenestellã doctum hominem fuisse, & in Pandectis Iuris recenseri; & fortasse Hispanus fuit. Horũ autem postremorum Duumuirũ nactus nuper sum nomisma, pusillũ illud quidem & aereũ, drachmae pondere, sed quod faciem titulumq; Augusti praeferret: illinc verò lauream corollã: inscriptumq; L. CASSIO. C. VALERIO II. VIR. B. Cur boues cum assecla in his, similibusq; nummis spectantur? A. Vt Coloniã esse demõstret, quam & *Immunem* Plinius nominat, & M. Varro vetus scriptor auctor est Coloniam sic inchoari solitã iuncto boue & vacca, vt vacca tamen Coloniae, quã conderent, propinquior esset; exterius vero bos araret, ductoq; aratro terminos designabãt Coloniae, quà moenia ducerentur; & aratro portato, vbi portam statui vellent. [*Vnde & portae nomen à portando inditum.*] B. Cur interius vacca Coloniã versus collocata? A. Vt feminae domi fertiles sint, vaccarum instar. B. Bos cur exterius arabat? A. Vt viri foris laborent, boũ exemplo robusti. B. Si ita est, altera ergo hic vacca appareat necesse est. A. Tecũ sentio, sed quomodo cognoscemus? B. Si vaccae vbera apparerent. A. Cornibus etiã discerni posse pridẽ audiuimus; & apud Belgas coriũ, nisi cornua adsint, non emi, vt videãt, si bubulũ est coriũ, aut vaccae. C. Cornua quid differũt? A. Vaccae cornua instar sunt Lunae, quo etiã fabula pertinet, & vaccas eidem immolabant. Taurorũ ac boum

M. Varro li. 4 de l. Lat.

C

Car. Sigonius lib. 2. De antiq. iure ciuium Rom. cap. 2.

D cornua magis exstãt: itaq; laedunt magis, apice surgente, vel inflexo. B. Sunt-ne alij Caesaraugustani nũmi? A. Alias referre memini nũmos esse cum vexillo, aereos, semunciae pondere: impresso Augusti Caesaris capite, lauro vincto, cum titulo: AVGVSTVS. DIVI. F. In altera est parte vexillũ hastae impositũ in basi quadrata, arae non absimili: adscriptumq; CAESARAVGVSTA. M. PORCI. CN. F. AD. II. VIR. B. Cur hic vexillum positũ? A. Vt Coloniã demonstret: cui ducendae Romae primo signũ ponebatur, mox in Colonia, quo Coloni ducti: numerusq; scribebatur eo cõmigrantium: verbi gratia sexcentorũ, aut millium. Horum centum *Decuriones* legebãtur, qui instar erant *Senatorum*. Hinc quotãnis Magistratus creabant, & alios quincto quoq; anno, indeque *Quinquennales* dicti, vt Romae anteà
E Censores erant. Fuere etiã plerumq; *Duumuiri, & Aediles, & Quaestores*. B. Sunt-ne alij oppidorũ Aragoniae nummi? A. Sunt profecto; *Turiasonis, Bilbilis, Ergauicae*, & vtriusq; *Calagurris*, quarũ altera in Aragonia putatur sita: & fortè etiam aliarũ vrbiũ. *Turiasonis* nũmos aliquot vidimus: hinc Augusti facies est, lauro redimita, his additis: IMP. AVGVSTVS. P. P. hoc est. *Imperator Augustus Pater Patriae*. In auersa parte, Virginis est caput velatae facies, vt Pietas pingi solet, adscriptumq; TVRIASO. Hinc verã oppidi scribẽdi rationẽ discimus, quã nuper *Tyrasonã* imperitè appellare coeperũt, & nihilo felicius scioli quidã *Tyrausonã*, à Tyriis, & Ausonib: Alter nũmus Tiberij Caesaris est, vultũ eius praeferẽs, & titulũ: TI. CAESAR. AVG. F. IMP.

III. TVRIASO.

F.IMP.PONT.M. In auersa parte taurus est impressus, cũ his notis: M/.TVR. pro *Municipiũ Turiaso.* Subiicit Duũuirorũ nomina: L.CAEC.AQVINI.M.CEL.PA.VA.II. VIR. B. Haec quomodo legã? A. Ita fortasse; nihil enim certi pronũtio: *L. Caecilio Aquiniano, M. Gellio Palatina, Valeriano, Duũuiris.* In altero Augusti Caesaris haec insculpta: IMP.AVGVSTVS.P.P. illinc vero TVRIASO: in orbem verò SEVERO ET AQVILO II.VIR. Pusillus hic nummus est, ceteri maiores, & cõmunis ponderis. Grãdior est hic Augusti, sed litterae obliteratae, his exceptis: AVGVSTVS P.P. In altera autem parte, laureae corollae inscriptũ: MVN.TVRIASO. Ex his efficitur nũmis Municipium fuisse, vt nuper è Plinio asseruimus. Nunc ad *Bilbilitanos* veniamus, quales tu plures forte suppeditabis. Quos enim possideo dono abs Te accemus. Quidã Imperatoris carent nomine: qui hinc nomen adscriptum habet BILBILI, cũ facie, haud scio an Imperatoris, illinc verò ITALICA, cũ equestri statua. Quis hic Imperator, aut quis equo sedeat, incertũ: video tamen *Calataiuddã* ciuitatẽ haec insignia gestare, forte quòd in hoc, aut simile nomisma incidissent, & se *Bilbilitanos* existimãtes insignia hinc mutuati sint. B. Sunt qui putent S. Georgij imaginẽ pro insignibus gestasse, & hoc viso nomismate mutasse. A. Da operã, vt suadeas, ac persuadeas, ne S. Georgiũ abiiciãt, qui opitulari potest melius. B. Occasio, temporisq; expectãda ad hanc rem opportunitas. Sed quid hic vox *Italica?* an quod iure Italico vteretur, vt aliae complures vrbes in Pandectis, Tit. De censibus recensitae? A. Nullae ibi Hispanicae nominãtur vrbes, praeter *Pacenses, &* *Emeritanos* in Lusitania, & *Valentinos* atq; *Illicitanos,* ac *Barcinonenses,* quos *immunes* nominat: Verum è Plinio cognoscimus Colonias has fuisse. De *Bilbili* autem quaerendũ esset, quando ius illi Italicũ attributũ. Forte datus ei titulus, quod Italiae admodũ faueret: etsi non nego altero interpretari posse modo. *Italica* vrbs quaedã fuit & in Baetica, vnde originem traxere Traianus, & Hadrianus Augusti. B. Quid vocas *Ius Italicum?* A. Praerogatiuã, qua Italia longè ab aliarum Prouinciarũ diuersa, vtebatur. B. Quanã potissimũ in re? A. Si plene cognoscere vis, & accuratè perspicere à capite arcessendo libet, legito aureos Caroli Sigonij libros *De Iure Italiae, & Prouinciarum.* Nos ad institutum redeamus Bilbilitanorũ Nomismatũ seu Bambolae. Aliud habeo nunc Augusti Caesaris, cui neq; *Italica,* nec municipium inscriptũ, inest tamen eadem statua equestris, & iuxta Augusti faciem lego: AVGVSTVS DIVI.F. Et iuxta equitem adscriptũ BILBILIS: Nummus est semunciae magnitudine. In altero aereo, ponderis aequalis, caput Augusti est lauro redimitum, cum titulo: AVGVSTVS DIVI F. PATER. PATRIAE. In auersa est parte corona ciuica, seu graminea, seu laurea, in cuius vmbilico inscriptũ: II.VIR. In ambitu verò: M/. AVGVSTA BILBILIS. M. SEMP. TIBERI. L. LICI. VARO. B. Haec nomina vt legenda sunt? A. *Marco Sempronio Tiberino, Lucio Licinio Varo.* Quo ex nummo discimus *Augustae* cognomento fuisse Bilbilim, ac *Municipium* olim, beneficio, vt arbitror Augusti. Certe Valerius Martialis Epigrammatis poëta clarus, Bilbilitanus fuit, & alibi *Bilbilim Augustam* sic nominat:

A · B · C · D (margin letters)

Dial. VI. extremo. IIII. BILBILIS.

Car. Sigonij summa in Historia accuratio.

Lib. x. extremo.

Municipes Augusta mihi, quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.

Errant enim qui hic *angusta* legunt, pro *Augusta:* & amplius, qui lemma praefixerint *Ad Bilbilitanos agros:* cum scribendum esset dumtaxat *Ad Bilbilitanos.* Peccant quoque, qui *Bilbilis agri*, pro *acri* euulgarunt. Hoc enim Epitheton montis est, [vt *Paulinus eandem Bilbilim* acutis Pendentem scopulis dixit: Atq; vt apud Statium Papinium legitur —— *Et Hyampolim acri* *Subnixam scopulo*—— *Ex Homeri Boeotia Iliad. β. vers.* 521. ὑάμπολιν ἀμφινέμον.] Nummus alter est Duumuiris similiter signatus L. COR. CALIDO. L. SEMPR. RVTILO. II. VIR. Sunt & Caligulae nummi, capite eius lauro coronato impressi, appositumque C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP. In auersa parte laurea similiter E

liter

A liter corona, cum litteris: MV. AVG. BILBIL. C. CORN. REFEC. M. HEL. FRONT. II. VIR. hoc est: *Municipium, Augusta Bilbilis Caio Cornelio Refecto, Marco Heluio Frontone Duumuiris.* B. Cognoui nuper amicorum litteris *Bambolae*, vbi olim Bilbilis apparent hodie vestigia ac ruinae, nummum repertum Tiberij Caesaris, sic inscriptum: TI. CAESAR DIVI AVGVSTI. F. AVGVSTVS. Lauri corolla in auersa est parte, inscriptumq; COS. In orbem vero hinc MV. AVGVSTA BILBILIS: illinc autem: TI CAESARE. V. L. AELIO SEIANO. A. Rarum mihi & inauditum Consulum nomina in nummis reperiri: verum cum sint illustrium personarũ, venia est danda. Seianus enim Tiberij illa tempestate non minoris fuit auctoritatis, quàm apud Augustũ M. Agrippa, qui & nomen & imaginem suam nummis Romae extraq; Romam imprimeret. Consules autem isti fuere biennio B ante mortem Tiberij Caesaris. Hactenus de Bilbilitanis satis superque. B. Quod oppidũ est *Ergauica?* A. Sane ignoro. Sunt qui putent *Alcanizium* vulgo esse, vtq; litterâ vel vnâ iuuentur *Erganica* legunt, repugnãtibus antiquis nummis. C. Plinius Ergauicenses in iis numerat, qui ad conuentũ Caesaraugustã venirent, ac vetere Latij iure vterentur, nummiq; *Ergauicam Municipium* faciunt. Spectatur Augusti Caesaris caput coronatum, adscriptumq; AVGVSTVS DIVI F. Parte altera taurus est, cũ litteris: MVN. ERCAVICA. aerea est, & ponderis semunciae. B. Scribendũ-ne ac pronunciandũ *Ercauica, an Ergauica?* A. G. litterâ serius Romanos vti coepisse apparet post alias repertas litteras: [*primumq; ea vsum fuisse putãt Spuriũ Carbilium, libertum, vt puto, Carbilij Rugae, eius, qui primus Romae diuortium fecit, quòd* C *sterilis esset vxor, quam liberorũ ducendorũ gratiã duxisset, vt in Problematis Rom. Plutarchus cõmemorat, anno post Romam conditã fere sexcentesimo, & quod in A. Gellio docti corrigunt.* C. itaq; pro G adhibebant, vt K pro C vel Q. scribentes *Caius* & *Cnaeus*; efferebãt autem *Gaius* & *Gnaeus*. Hinc & in Bilbilitano quodam nummo C pro G reperi. Clarum id quoq; ex ordine litterarũ. Tertia enim Hebraeis à Graecis G sonum habet, pro his Latinis C. est. In Ergauica autem G scribendũ arbitror, & etymo Vici, & *Erga*, quod Graecè sonat *opera*: etsi aliam esse vocis originationem opinor, & vitiose conflari Graecas Latinasq; in vnum voces auctor est M. Fabius. In dubiis autem nũmos sequi malim & scribere, vt insculptũ video, *Ercauica*: etsi in membraneis libris est *Ergauica*, euphoniae forte gratiã. Iuxta Ercauicã collo- D cat Ptolemaeus in Celtiberis *Segobricam*, quam Celtiberiae caput Plinius facit, vt Carpetanorũ *Toletum*: vtramq; stipendiariã facit, & conuentus Carthaginiensis. A. An haec vrbs vulgò *Segorue* dicta est, non procul Valentia? A. Incertũ id, vt amicus noster Hieronymus Zurita pronunciat. Duos huius nũmos vidimus; alter cum Augusti capite, quantum coniicio (litterae enim absunt) intrà delphinum & spicam, forte pro terrae marisq; domino. In auersa est equestris statua hastati, vt in plerisq; Hispaniae nummis: infraq; adscriptũ SEGOBRICA. Alter nũmus Tiberij Caesaris est, & faciei circumscriptũ: TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. In antica parte corona graminea, vel laurea spectatur, inscriptumque SEGOBRICA. B. Vtriusq; *Calagurris* quos habes nummos? A. In quibusdã *Municipium* vo- E catur, scriptumq; CAL. IVLIA, quod equidem interpretor *Calagurris Iulia.* In aliis C. C A. vel sic C. C. A. & lego *Colonia Calagurris Augusta.* Plinius quoq; duas ait *Calagurres* ad conuentum venisse Caesaraugustã, *Calagurritanos Nasicas*, quos Municipum iure vsos ait, vel *Coloniarum*, vt quidam hic legunt: alteros vero *Calagurritanos Fibularenses*, quos stipendiarios facit, fortè quod cum Cantabris ab Augusto victis in potestatem venerint. Demus itaq; *Calagurrim* Aragonum esse eandem *Nasicarum*, siue *Colonia* ea sit, siue *Municipium*. Age, nummos nunc contemplemur. En, Augusti hic faciem agnosco, corona laurea vinctam, adscriptumque: AVGVSTVS. MV. CAL. IVLIA. In auersa parte, taurus est, cum Duumuirorũ nominibus:

V. ERGAVICA.

G. Littera.

Lib. IV. Noct. Attic. cap. 3. & Tertullianus lib. de Monogamia, & in Apolog. Val. Maximus lib. 2. cap. 1. Iac. Cuiacius obseruat. lib. 1. cap. 39.

VI. SEGOBRICA

VII. CALAGVRRIS.

nibus: L. BÆB. PRISCO. C. GRA/. BROC. II. VIR. hoc est: *Lucio Baebio Prisco, Caio Grauio* (seu *Granio*) *Brocho Duumuiris*. Aereus est nummus, pondere semunciae. Huic aequalis, iuuenis formam continet, qualis Augusti, adscriptumque: MVN. CAL. IVL. In auersa parte hae sunt notae: M. PLÆ. TRA/Q. VRSO II. VIR. ITER. Prioris cognomen ad intelligendum difficile, sed sit sane *Marco Plaetorio Tranquillo, Quinto Vrso*, sublatis nimirum punctis notas illinc dissecantibus. B. Cur additur ITER. quod alias insitatum? A. Vt bis fuisse Duumuiros significet: quomodo dicebatur *Consul iterum*, non *Secundum*; vt *Tertium*, *Quartum*. B. Quid differunt *Consul bis*, & *Consul iterum*? A. Nimirum, vt *Consul ter*, & *Consul tertium*. B. Eodem redimus, nec expedis nodum. A. Clarius id esse credebam. Memini A. Gellium hanc agitare quaestionem, lib. x. *Tertium*-ne Consul an *tertio* dici oporteat, orta disputatione, cum CN. Pompeius in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos inscriberet: consultusque M. Cicero suasit TERT. scriberent, additque Gellius sua aetate scriptum fuisse COS. III. Ex his efficitur aliisque scriptoribus, cum quid in tertio gestum esset Consulatu narrarent, dicere solitos: *Consul tertium, vel tertio, fecit*. Sin numerum inirent Magistratuum, rerumque gestarum, ita fere vsurpabant: *Consul ter post biennium mortuus est*. Idem de reliquis sentiendum est numeris, bis, quater, quinquies; & quod de tertium, idem est de *Iterum*, (non secundo) quartum, & quinctum, ac deinceps. Alius est nummus Augusti Caesaris, cum litteris: IMP. AVGVST. PATER PATRIAE, in auersa est taurus cum his litteris: M. CAL. I. B. Si hae solae litterae essent positae aegre quis diuinet, nunc è superioribus legerem: *Municipium Calagurris Iulia*. A. Duūvirorū verò nomina lego: L. VALENTINO. L. NOVO. II. VIR. Qui nummus probat, vt M. *Municipium*, sic I. sola *Iulia* designat, quod Epitheton & in Tarraconensibus nummis vidimus. Illud quoque hinc discimus, Duumuirorum nomina auferendi casu vt & Consulum esse legenda, etsi compendio notetur: II. VIR. in nummis Coloniarum, pro Duumuiris. Transeo ad alios nummos Calagurritanos, qui *Calagurrim* Coloniam designāt: vt in vno Augusti Caesaris lauro coronati, cum litteris AVGVSTVS. DIVI. F. Illinc autem taurus est, & haec adscripta: C. C. A. T. B. CLOD. FLAVO. PRAEF. GERMAN. L. IVVENT. LVPERCO. II. VIR. B. Haec quid significant? A. *Colonia, Calagurris, Augusta, Tiberio Clodio Flauo Praefecto Germanorum; Lucio Iuuentio Luperco, Duumuiris*. B. An legi posset *Colonia Caesarea Augusta*? A. Posset quidem, si ita Caesaraugusta fuisset appellata, etsi poëta quis, siue Paulinus, siue Ausonius vocem disiunxerit, quae vna est in nummis, *Caesar-augusta*. B. Quid illud est *Praefecto Germanorum*? A. Ducem fuisse apparet Germanorum militum. C. An legi posset *Praefecto Germaniae*? A. Minime vero: non enim pro Praeside aut Proconsule aut Magistratu hac formula vtebantur. Absurdum quoque fuerit Germaniae Praefectum credere in Hispaniae Coloniam commigrasse. Alter est *M. Agrippae* nummus omnesque adeo, etiam quos deinceps nominabo ex aere, & semunciae sunt pondere. Caput est Agrippae cum corona rostrata, vt alias saepe sculptum vidimus, adscriptumque: M. AGRIPPA. L. F. COS. III. etsi quaedam hic litterae vetustate fugerunt. In auersa est parte taurus stolatus, ac Duumuiri aliorum quoque nomismatum: SCIPIONE ET MONTANO II. VIR. qui & ipsi in nummis leguntur Agrippinae, matris Caligulae, cum capite eiusdem, ac titulo: AGRIPPINA M. F. MAT. C. CAESARIS. AVGVSTI. In parte altera praeter Duumuiros leguntur, & haec: C. CA. quas sic interpretor *Colonia Calagurris*, & eiusdem etiam Caligulae nummus est iisdem litteris in auersa; & Caligulae facie lauro coronata, adscriptūque: C. CAESAR. AVG. GERMANICVS IMP. B. Cur in Caligulae nummis non illi hoc nomen tribuitur? A. Quia nec Antonino *Caracallae* cognomen cuditur, vt nec in

A. Gell. lib. x. cap. I.

Infra Dial. x. num. XXVII.

A B C D E

A nec in *Heliogabali*, seu *Elagabali* nomen tribuitur, tametsi cusum videas SACERD. DEI. ELAGAB. vt cognomina isthaec probro duxisse videantur. B. Sed quid Caligulae, caeterorumq; nomina sonant? A. Caliga Romanis calceamentum erat militare, non, vt hodie tibialia ad genu vsque protensa, sed vix pedem tegebant, vt sandalia, clauis ornata. Natus Caligula in castris, patre Germanico bellum gerente, educatusque apud milites, & calceatus caligis militaribus; venustus puer; hinc *Caligulae* nomen induit, quasi *Calceolos* dixeris. *Caracallae* vero nomen vestiũ de genere, quod populo distribuit, nomen praebuit, ab inusitato nimirum indumento. *Elagabali* vero cognomentum in auersa nummi parte visitur, quòd eius esset Dei sacerdos, Dei inquam Barbari, & inauditi Romanis auribus. Tiberij Caesaris alius est nummus, capite eius lauro vincto, his additis: TI. CAESAR. DI-
B VI. AVGVSTI. F. AVGVSTVS. In altera est iugum boum, ponè sequente agricola, cum scutica, & litteris: C. CA. M. CATO. L. VETTIAC... II. VIR. In altero eiusdem nummo hinc taurus dumtaxat, illinc exesis nonnihil litteris ...SCLIO. LEPIDO. G. AVFIDIO. GEMINO C. CA. Alius quoque Caligulae, cum boum iugo, & colono cum flagello. Hinc quidem alterius nummi adscriptum elogium, illinc vero: C. CA. LICINIANO. ET. GERMANO II. VIR. B. Optandum sane Aragonios istos cognosci posse, ceterosque è nummis claros Hispanos. A. Vtinam scripta quaedam de iisdem exstarent. B. Aragoniae-ne plures nummi reperiuntur? A. Oscae ciuitatis vnum vidimus Augusti Caesaris, capite lauro coronato, adscriptumque: AVGVSTVS. DIVI. F. In auersa parte eques est, hastam gestans, VIII. OSCA.
C vt Caesari equestris statua posita repraesentari videatur, cum his litteris: V. V. OSCA. quas litteras interpretor ex alio Tiberij Caesaris nummo: hinc faciem lauro coronatam gestantem, cum litteris TI. CAESAR. AVGVST.... Illinc vero eadem imago equitantis, adiectis litteris: VRBS. VIC. OSCA. D. D. hoc est, *Vrbs, Victrix Osca, Decreto Decurionum.* B. *Vrbem* cur nominat, cum aliae municipia vocentur, aut Coloniae? A. Plinius *ciuium Romanorum* appellat, vt alias vrbes, quae in nummis Municipia dicta, & ingens haec Municipij praerogatiua, vt & Vrbis nomen includere queat, adiuncta praesertim voce *Osca* cum *Vrbe* quod *veterem Ciuitatem* designat, vt non raro apud Liuium *pecunia Osca*, non pro moneta Oscae, vt quidam putarunt, sed pro antiqua moneta. *Aul. Gell. Lib. II. cap. XXXV. & lib. XVII. c. XVII.*

[*Imo legitur in Liuio non* Pecunia Osca, *sed* argentum Oscense, aurum Oscense,
D *quod sine dubio ad hanc vrbem, non antiquitatem pertinet: quae nil mirum est, cur* Vrbs *sit dicta, quòd inter principes Hispaniae vrbes exstiterit.* A. Vrbs *vniuersè dicitur non vni proprium oppido vocabulum, sed compluribus commune. Alioqui non dixisset Maro:* *Additamentũ ex Octauiano Sada, Oscensi.*

Vrbem, quam dicunt Romam——

Satis enim foret Vrbem *nominasse, quod sibi Roma nomen vindicauit: cum vero subiungit:*

Huic nostrae similem——

Mantuam quoque Vrbem *dictam ostendit. De hac fides abroganda fabulis, ac nugis Floriani Docampij.* B. *Fidem equidem nunquã habui, sed Oscae nobilitatis testes abunde sunt nummi, scriptoresq; longè antiquiss. quae referre nunc quidem, ne patientia abutar Tua, non libet. Vno Plutarchi loco scriptoris egregij in Sertorij vita, cõtenti erimus. Sic enim ille:*
E Μάλιστα δ' εἷλεν αὐτοὺς τὰ τῶν παίδων. τοὺς γὰρ εὐγενεστάτους ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγαγὼν εἰς Ὄσκαν πόλιν μεγάλην διδασκάλους ἐπιστήσας Ἑλληνικῶν τε, καὶ Ῥωμαϊκῶν μαθημάτων, ἔργῳ μὲν ἐξωμηρεύσατο, λόγῳ δὲ ἐπαίδευεν, ὡς ἀνδράσι γενομένοις πολιτίας τε μεταδώσων καὶ ἀρχῆς. οἱ δὲ πατέρες ἥδοντο θαυμαστῶς, τοὺς παῖδας ἐν περιπορφύροις ὁρῶντες μάλα κοσμίως φοιτῶντας εἰς τὰ διδασκαλεῖα, καὶ τὸν Σερτώριον ὑπὲρ αὐτῶν μισθοὺς τελοῦντα, καὶ πολλάκις ἀποδείξεις λαμβάνοντα, καὶ γέρα τοῖς ἀξίοις νέμοντα, καὶ τὰ χρυσᾶ περιδέραια δωρούμενον, ἃ Ῥωμαῖοι βούλλας καλοῦσιν. *Liberos ipsorum sustulit, eorumq; nobilissimos in Osca magna vrbe praeceptoribus tradidit, cum Graecis tum Romanis litteris imbuendos: verbo quidem vt discerent; re autem, vt obsides haberet, vtq; grandiores Magistratus gererent, omniq; essent ciuili disciplina imbuti. Qua ex re magnam parentes voluptatem ceperunt,* ,,

 filios

» *filios animaduertentes praetexta indutos, doctrinaq; decenter institutos, vt pro Sertorio sa-* A
» *laria penderent, saepe etiam suorū in studiis processū periclitarentur: distributus etiā prae-*
» *miis iis, qui digni essent, vt torques etiam aureos, & ornamenta, quae bullas Romani nomi-*
» *nabant, interdum donarent. Vides* Oscae μεγάλης πόλεως *epitheton tribui, quod dat Athenis Pindarus, &* ludum artium bonarum *fuisse, vt hodieq; Gymnasium est.* A. *Addam, quando bene erga illam animatus es, encomium Petri primi Aragonum Regis è Donationis, quam penes me seruo, formula:* Deuicto namque Caesaraugustano Rege cum innumerabili Sarracenorum, falsorumque Christianorum multitudine, ac ferme quadraginta millibus caesis, inclytam ac famosissimam vrbem OSCAM cepimus, an-
An. 1096. no Dominicae Incarnationis millesimo nonagesimo sexto: in qua ad restituendum antiquum Pontificatus apicem Petro Aragonensi Episcopo omnium Hispaniarum vrbium Mezquitam contuli excellentiorem. *Vt nihil interim dicam, na-* B
tum hic fortissimum par Martyrum, Laurentium & Vincentium. *Sed ad institutum reuertamur.* B. *Duo alij Oscenses nummi occurrunt. Vnus iuuenis barbati facie impressa, additis litteris:* OSCA. *In altera parte sacrorum instrumenta sunt Pontificalium, cum litteris:* DOM.COS.ITER.IMP. *Alter hinc quidem adscriptum praefert:* C.CAESAR.AVG.GERM.P.M.TR.POT.COS. *ad Caligulae lauro coronatum caput: In auersa autem, equo sedens cum hasta, & in ambitu:* C.TARRACINA.P.PRISCO.II.VIR. *& sub equi pedibus:* V.V.OSCA. *hoc est,* Vrbs Victrix Osca.]

IX. CASCANTVM. A. Alterius oppidi siue Aragoniae, siue Nauarrae Plinius meminit, *ciuium,* vt ait, *Latinorum:* & in duobus Tiberij Caesaris nummis Municipium vocatur, his ad oram circumscriptis: TI.CAESAR.DIVI.AVG.F.AVGVSTVS. Illinc taurus cuditur, cum litteris: MVNIC.CASCANTVM: & in altero nummo: MVNICIP. C

X. VALENTIA. CASCANTVM. Transeo ad nomismata *Valentiae, Sagunti, & Saetabis.* Valentinos quidem paucos vidimus: vnum habeo argenteum, cum virginis hinc imagine; illinc vero cornucopia ac titulo, VALENTIA: estque drachmae amplius pondere. C. Sed cur non sit nostrae *Valentiae* moneta? A. Quia est alia ciuitas Italiae Latinis *Vibonalentia* dicta, & vulgò *Vibona.* Sculptus affabrè suprà quàm Hispanici reliqui quos vidimus: in aereo altero iuuenem galeatum videre memini, adscriptumque: L.TRINI.L.F.Q. illinc verò T.ANITEI. etsi syllaba TEI paene vetustate euanuit. In auersa parte cornucopia est, & radius, cum litteris: VALENTIA: valde vt dubitem, Hispanicus-ne an Italicus sit nummus. Sed ob idem cornucopiae vtrobique impressum signum, Italicum esse magis inclinat animus.
C. Quid cornua & radius significant? A. Vbertatem credo ac fortitudinem: ga- D
lea quoque Virtutis symbolum est, vnde *Valentiae* nomen; vt inde quoque sit à Graecis *Roma*, vt vrbs vicissim *Valentia* aliquando sit nominata. C. Vt legendae litterae sunt L. F. Q? A. Lege *Lucij Filij, Quaestoris.* B. Sagunti multos exstare nummos exoptem, ob multa quae passi sunt, & ob singularem erga populum Romanum fidem. B. In aereo nummo Tiberij Caesaris hinc eius visitur facies: cum litteris: TI.CAESAR.DIVI AVG.F.AVG. In auersa triremis est cum litteris SAG. L.VAL.SVRA.L.SEMP.GEMIN.II.VIR.D.D. B. Haec vt legenda videtur? A. *Saguntum vel Saguntus, Lucio Valerio Sura: Lucio Sempronio Gemino, Duumuiris, Decreto*

Vt in versu quodam Hispanico canitur: O Valentia, O Valentia Roma primero nombrada.

XI. SAGVNTVS. *Decurionum.* C. Colonia-ne an Municipiū *Saguntus* fuit? A. Nummus non indicat, at Plinius in tredecim Municipiis ciuium Romanorum numerat. C. Cur in auersa triremis est? A. Quòd ex insula Graeciae Zacyntho deducta eò Colonia E
sit, si Straboni, Silio Italico, & quātum memini, Polybio credimus; vnde & pereruditus amicus Galesius scribendum opinabatur. *Saguntus,* vt Zacynthus, non *Saguntum.*

XII. ILLICE. De *Illice,* quae hodie *Alicante* nominatur, duplices habeo nummos. In altero Virginis est facies, cum palma, vt Victoriae esse typum existimem. In auersa taurus est, cum litteris: C.BALBO.L.PORCIO.PR.II.VIR.C.V.IL. quod ita legendum

A gendũ censeo: *Caio Balbo, Lucio Porcio, Primis Duumuiris, Colonia Victrix Illice.* In altero nummo Tiberij Caesaris facies, cum litteris; TI.CAESAR.DIVI.AVG.F.AVGVSTVS.P.M. B. Quid singulares litterae P.M. designant? A. *Pontifex Maximus.* B. Exciderat id mihi. Sed quid in auersâ specto? A. Aram vides, adscriptumque SAL.AVG. hoc est, *Saluti Augusti:* & iuxta aram quattuor litterae singulares C.I.I.A. C. Si puncta tollas *Ciia* erit, sed cum punctis, quid significant? A. *Colonia, Immunis, Illice, Augusta.* C. Quidni integrè scribebant? vt quid Notis opus erat? A. Res tum quidem nota erat, vsuque recepta. C. Plinius *Coloniam* vocat *immunem*, meminitque, vt diximus, Paulus Iureconsultus, Tit. *de Censibus*, vt probè nouisti. Duumuiri autem hic nominantur M.IVLIVS.SETTAL.L.SES.
B CELER.II.VIR. hoc est: *M. Iulius Settalus, Lucius Sestius Celer, Duumuiri.* C. Hi non auferendi casu, vt reliqui, sed nominandi, sunt positi. Quomodo ergo legendi? A. Nulla regula est sine exceptione. In eo ipso Valentino regno oppidum est percelebre *Saetabis* olim, nunc *Xatiua* dictum, vbi linum optimum, celebratum etiam à Valerio Catullo: XIII. SAETABIS.

Epigramm. XII. & XXV.

Nam sudaria Saetaba ex Hiberis
Miserunt mihi muneri Fabullus,
Et Veranius——

Huius oppidi nummum vidimus viri promissâ barbâ, & comâ, nescio cuius; adscriptumque, vnde veram huius vocis discimus ortographiam, *Saetabi.* In auersa parte mas, seu femina equo insidens, palmam tenens: impressae quoque Hispani-
C cae hae sunt litterae: MÞNᵽ. B. Nummum hunc adiunge cum *Celsa*, & *Ilerda*, qui bilingues continent titulos. A. Recte mones: verum in illis quòd similes essent characteres, diuinare quaedam licuit; hi nimium-quantum discrepant! prima tantum nota si inuertas Σ erit Graecorum; quae prima etiam littera est in *Saetabi:* ceteras non assequor. Hinc tamen licuit similem componere eiusdem oppidi, cum facie iuuenis coronati, & Herculis clauâ à tergo positâ. Cuius etiam gratia cusum nummum arbitror. In altera autem parte miles est in equo hastatus, & infra eaedem notae: NÞMᵽ. Vltima non recte est depicta. Atque haec de Valentinis nummis sufficiant. *Cantabrorum* enim, *Asturum & Galaeciae* nullum equidem possideo nummum. Castellae verò habeo *Segobiae, Cluniae*, (quae vulgò *Coruña est*)
D & *Graccuris*, (quae haud scio an hodie *Grajal*) & *Toleti*, quam primo nominasse oportuit vrbem; ac denique *Emeritae*, Lusitaniae oppidi. Baeticae verò habeo *Cordubenses, Italicenses*, aliosque nummos. Tu vide vnde auspicari me iubeas. B. *Toleto* mallem. Fuit enim diu Regum sedes. A. Toletanum nummum aereum vidi XIIII. TOLETVM. Latinis inscriptum litteris: plurimos vero aureos Regum Gothorum. In aereo facies est hominis densâ barba, cum multis solis his tantum, quae legi quidem possint, litteris: EX S C O L. In auersa, vt saepe in Hispanicis nummis, eques visitur hastatus, & quattuor infra litterae: TOLE. quae primae sunt nominis ciuitatis *Toleti.* B. Sed priores litterae quid significant? A. Non facile dixero. Sed demus legendum: *Ex Senatus consulto:* vel *Ex consensu Coloniae;* etsi non memini alibi *Coloniam* hanc vrbem vnquam vocitatam: & *Senatusconsulti* vox extra Romam
E & Constantinopolim, mihi quidem, res est inaudita: & si nomen esset alicuius Caesaris, nomen vtique illius apponeretur: expectandus itaque alius ad legendum facilis nummus: Aureorum quidem nummorum, quos Aluarus Gometius Toleti Graecarum litterarum doctor ad me misit, complures sunt; & temporum serie de his agere pretium operae fuerit. Gothorum quidem Regum antiquior, qui Toleti nũmos cudendos curauit, *Liuua*, est quem vulgò *Luibam* nominamus. Suntque eo nomine bini: vnus Regis Leouigildi frater, cum quo biennium regnauit, & anteà vno anno solus. Alter filius est Recaredi Regis, qui dicti Leouigildi

gildi filius fuit, qui regnum biennio tenuit. Equidem arbitror priorem esse cuius hi nummi sunt, quòd regnarit diutius. Vtrimq; faciem video, adscriptumque: † D. N. LIVVA REX. Hae litterae D. & N. pro *Dominus noster*, non est in aliis nummis legere, nisi praemissa I. littera I. D. N. pro, *In Dei nomine*. In auersa parte est: † TOLETO. PIVS. Liuuae frater in regno successit *Leouigildus*, Catholicorũ hostis acerrimus: parensque S. Hermenegildi Martyris. Imago hic eadem quae alterius, adscriptum tamen: † LEOVIGILDVS REX: illinc verò: † TOLETO. IVSTVS. B. Certe tam iniquus Rex tali indignus titulo. Sed dic, quaeso, quid censes de nummo adeò laudato ab Ambrosio Morali viro docto ac diligenti, quae velut Lipsana restant S. illius Principis Hermenegildi? A. Nummum illius sic impressum nunquam videre contigit: nec Victoriae signum adcusum, neque litteras tanti mysterij: REGEM. DEVITA. B. Non erit igitur hic nummus, quem vidisti: sed tuus quid continebat? A. Quam ille Victoriam facit, mihi longè alia forma videtur; vel locustae, aut cicadae, aut galeae. Imo si hominem esse dixeris, qualis in auersa spectatur parte, non repugnem sanè. C. Summum narras artificem, qui hominem depingeret, quem locustã, cicadam, aut galeam faceres. Addere oportuit ambiguitati tollendae; hominem esse, non cicadam. A. Vidi olim Venetiis vetera aedificia, cum picturis animalium, ac frugum, additâ scripturâ, quid essent significãte. Verbi gratiâ: melones sunt isti, aut vuae. Hic canis est, hic lepus: quod de antiquis pictoribus Aelianus commemorat. B. Tuus nummus quas hic litteras praefert? A. Legi aegrè possunt: sed hoc fuisse opinor: REGNM. BONOOVITA. B. Haec quid, amabo, significant? A. Ignoro equidem. B. Quid si, *Regnum bono vitandum?* A. Non est hic sanè nomismatum sermo, ac ne ille quidem, quem Ambrosius attulit: *Regem deuita*. B. Quis igitur nummorum sermo? A. Hic forte, quantum coniicio: ID. NM. OSSONOBA. VICTOR. B. Nae tu commenta facile dissipas! sed REGNM propius accedit ad *Regnum* vel *Regem*, quàm ad I. D. NM. hoc est: *In Dei nomine*, si recte commemini. A. Ita est, sed R. cõiungo cum VITA fietque VITAR, quòd fere est VITOR, aut VICTOR, quod excepta R, nihil commune habet cum Rege, aut Regno. C. Sed *Ossonoba* vbi gentium oppidum fuit? A. Nescio profecto: nisi quod in Baetica (quae nunc *Andaluzia* à nostris vocatur) à Plinio collocatur † ad Oceanũ, & ad dictam nomine *Lusturiam*. C. Accedet hoc oppidum ceteris Baeticae nummis. A. Somnia haec sunt, & coniecturae rei inanis, quibus niti nullo modo debemus. B. Quid inscriptum huic nummo, & adpictum praeter ea quae dicta sunt? A. Adscriptum ERMENEGILDI, scultpusq; vir inguium-tenus sine brachiis, quomodo *Terminus* Deus, aut Hermiae pingebãtur. Eius in pectore crux apparet. B. Anne thronus hic est, vt Morali visum? A. Mihi vtique non apparet. Transeamus ad *Recaredum* Regem probum, qui Toleti tertium indixit Concilium: vbi fidem est Catholicam professus, pulsaque est ex Hispania, qua infecti pridem Gothi erant, Ariana haeresis, anno regni ipsius quarto, Christi autem Saluatoris quingentesimo octogesimo nono. Nummo eius impressum: † RECCAREDVS REX: illinc verò: † TOLETO PIVS. B. Merito hic Princeps *Pij* est cognomento donatus: sed cur *Toleto* scribitur, non *Toleti*, aut *Toletum?* A. Interdum ponitur nominandi casus in nummis, vt *Tarraco*, & *Fecit* exaudiendum. In aliis incertum primus-ne an sextus sit casus, vt *Emerita, Elbora, Corduba, vel Bracara*: & hic intelligendum *Fecit*, vel *missus est nummus*. Cum *Toleto* ponitur, sextum esse opinor casum. Alias cuditur *Ispali, Tucci, Eliberri*, vt aptôta videantur, vt *Tucci*: vel tertius est casus à nominatiuis *Ispalis*, & *Eliberris*, pro Hispali aut Granatae, & exaudi *Signatus est nummus*. Qui igitur *Toleto*, pro *Toleti* interpretatur, non rectè iudicat, quòd *Toleti* dixisse oportuit, vt *Tusculi*: B. Capio nunc quod res est. Sed non desunt, qui *Toleto iustus*, aut *Toleto Pius* sit interpretentur,

Lib. XI. Annal. Hisp. cap. 65.

Aeliã Variae Hist. lib. 10. cap. 10.

† In Lusitania alij collocant. Vincentius Ossonobensis Episc. Concilio Eliberitano interfuit. Et Ithacium pro Sossubensi Episc. Ossonobensem facit Io. Mariana lib. IIII. Hisp. Hist. cap. 20. & Sigonius in Sulpicij Chronicon.

A terpretentur, quasi Toletanis iustus fuerit, aut pius erga illos. A. Causam nullã video cur assentiar, nisi *Toleto*, vt in Hispanico nostro idiomate *Toledo* inflecti casibus neges; nec *Toleto*, vel *Toleti Victor* dici debuit, quasi Toleti victoriam esset adeptus, sed quòd victor Toletum intrasset. Victoriae enim parari extra Regias ciuitates plerumque solent. Vtque *Victor* non rectè sic cohaeret, ita nec *Pius* aut *Justus*: Quae cum ita sint, mea quidem sententia, ostendunt haec verba, vbi nam cusus nummus, vt in Graecis, Latinis, ac Barbaris nummis vsitatum: Epitheta verò ad Regem pertinent, vt *Pius*, *Iustus*, aut *Victor* dicatur. B. Confirmari id potest Iustiniani Caesaris cognominibus, initio Digestorum, atque Institutionum. A. Ad Regem *Vuitericum*, seu *Vuitiricum* transeamus, qui Liuuae secundo eius nominis successit. Huius in nummis cum vtraque facie, in auersa adscriptum parte:

B † TOLETO PIVS: In altera vero: † VVITTERICVS REX. Etsi in altero nummo legitur cum I. & vnico T. *Vuitiricus*, dictus ab aliis cum CT. *Victericus*. Hunc excipiat *Suinthila*, aliis *Scintilla*, qui regnare coepit anno sexcentesimo, primo & vicesimo. Imago parsque auersa eadem quae ceterorum est Regum, dempto nomine, nempe: † SVINTHILA REX. Regis *Reccesuinthi*, qui regnauit anno sexcentesimo quadragesimo nono, nummi praeferunt faciem rudis artificij, adscriptumque RECCESVINΘVS. ℞. In auersa parte Crux cum gradibus, ac litteris: † TOLETO PIVS. In nummis quibusdam primae desunt litterae REC. In vno etiam amplius N sic est: CNSVINΘVS. ℞. Hic obseruo Θ Graecũ pro TH. & notam ℞ cum linea transuersa *Regem* designare; quam saepenumero in libro calamo exarato *Legum Gothorum* deprehendi, qui liber in Castellae regno *Fuero iuzgo* nominatur. In

An. Chr. 621

An. 649.

C nummis quibusdam scriptum PIVS. TOLETO. HI. quae syllaba HI, sola in Crucis basi legitur, estque principium nominis *Hispaniae*. C. Legi, nescio in quo, *Hispaniam* nostram dictam antiquitus *Paniam*, à Pane Deo, Bacchi socio, qui & *Hiberus* dictus: putantque *His* articulum Graecum initio additum, vt è duabus composita vox sit *His Pania*, quasi *Pania* Prouincia. Suspicor ita sensisse Didacũ Mendozium, celebrem aeui nostri virum. A. Crederem per iocum, ab illo inuentum ac prolatum, nisi scriptum ab eo reperissem in Granatensis defectionis narratione, vbi dicteriis, ac iocis locus non est. Et tametsi quidam Pana Deum Hispaniae nomen putent indidisse, mihi tamen fabulae instar visum, vt reliqua de Baccho à Poëtis iactata. Nam de Graeco † articulo, quem subiungentem illi nominant, ἡ, ἧς, refellere nihil attinet, nisi adferant ad comprobandum certiora. Ad-

Arist. de admirandis.

Amb. Moralis De Antiquit. Hisp.

† Imo ἡ σπανία verius, quasi raritas Prouinciae.

D feramus nunc Regis *Vuambae* nomismata, qui vulgò *Bamba* nominatur: Quo etiam regnãte dioeceseon Hispaniae facta diuisio est in Toletano Concilio XI. vt in Historia vniuersa legitur Alfonsi Regis, Sapientis cognomento; et si Rodericus Archiepiscopus Toletanus diuisionis eius non meminit. Huius nummi à ceterorum Regum imagine differunt. Praeter caput enim manus est Crucem tenens, adscriptumque: † I. D. NMN. VVAMBA. R. pro *In Dei nomine Vuamba Rex*. In altera parte crux cum gradibus visitur, vt in aliis Gothicis nummis, cum litteris: † PIVS. TOLETO. Post *Eruigij* Regis temporibus habita Synodus XIII. Toletana, anno DC.LXXXIII. quarto regni anno. Insequenti vero anno XIIII. habita Synodus. Huius Regis nummi sunt facie rudi arte sculptâ, ac litteris: I. D. NMN. ERVIGIVS ℞. In auersa parte Crux, cum gradibus, adscriptumque: † TO-

Vide Ioan. Marianã Annalium Hisp. lib. VI. c. XV.

E LETO PIVS. *Egizae* Regis varij habentur nummi, sed insculptum *Egica*, qui & in Conciliis, scriptisque Chronicorum libris vario flexu scribitur, vt in τὸ *canis* nomen princeps desinat, vt & Vuamba & Liuua, & Suintila, aliaque nomina in A terminata gignendi casum formant *Vuambanis*, *Liuuanis*, & *Suinthilanis*. Huius anno regni primo Concilium fuit Toletanũ XV. Christi anno DC.XXCVIII. Nummi illius partim Crucem ferunt, litterasque: TOLETO PIVS. Sed facies

 barbata,

barbata, manusque melius quàm in superioribus spectatur. Titulus circumscri- A
bitur: I.DI.NMN.EGICA.R. pro *In Dei nomine Egica Rex*. In aliis eiusdem num-
mis hinc quidem gemina facies Crucem aspiciens, in medio vtriusque positam,
ac circumscriptum: † IN.DI.NMN.EGICA.R. In auersa autem parte nota est To-
leti vrbis in orbem sic inscripta: TOLE. Itemq; in circum: † VVITIZA P. Quae lit-
tera P aut *Princeps* designat, vel, quod verisimilius est, pro R. cumque Cruci co-
haereat, quae figuram habet X decussatim scriptam, Regis nomen ostendet. Cum
Dial.VI. nuper autem de Narbonensibus nummis agerem, dixi hunc filium, *Egicam* vero
parentem eius fuisse; & *Vuitizam* Gothorum Regum vltimum regno pulsum à
Roderico Rege: quem & Arabes regno exegerint, cùm totam occuparunt Hispa-
niam. B. Habes-ne nummum *Acostae?* quem quidam Gothorum in Hispania
Regem fuisse autumant? A. Nunquam equidem vidi, nec Regem hoc nomine B
fuisse arbitror, etsi Aluarus Gometius Toleto duos miserit nummos chartis im-
plicitos: inscriptumque papyro *Regis Acostae*, vel *Aconsta*, & *Irenes* & *Constantini*:
quae in nummis tamen non repperi. Imago erat, quantum memini, duorum for-
ma dissimilium, magni & parui, vt parentis ac filij, vt opinor, *Heraclij & Constan-
tini* eius filij. Quibus imperantibus vera Christi Saluatoris Crux recuperata est.
Ioan. Goropius in Hieroglyphicis, & Lipsius de Cruce, & Iacob. Gretserus Tom.1. de Cruce. Hinc in *Heraclij* nummis *Crux* in auersa spectatur. Quas hic litteras legi in his
nummis, erant THERACONST. Suspicor primò fuisse D.N.HERAC. pro *Domi-
nus noster Heraclius*, & C. litteram vtrique nomini seruijsse, & alterum fuisse *Con-
stantinum*. B. In Pandectis Florentinis vna saepe littera pro geminâ colloca-
tur: verum si maior inscriptio fuisset, credam rectius fuisse: DN.HERACLIVS.
ET HERACLIVS CONSTANTINVS. A. Titulus nummi dimidium occupat, C
in altera tamen parte litteris caret: & tametsi desit copula ET, subintelligitur
tamen, vt *Heraclio* suum nomen, filio vero *Constant.* imponatur, veluti si quis San-
ctos Cosmam & Damianum pingens, nomen vtrique imponat, copula ET su-
peruacanea foret. B. In mentem mihi nunc reuocas nummum aureum Du-
cis Medinae Caeli: in quo & duae, quasi pater & filius visuntur, & in vtriusque
medio Crux est, adscriptaeque litterae, quas, vt te consulerem, descripsi: DD.NN.
HERACLIVS ET HERACONST. PP. AV. In auersa verò Crux quoque cum
gradibus ac litteris: VICTORIA.AVGVS.CONOB. A. Hic nummus non absi-
milis illis de quibus paulò ante disseruimus, & altera Inscriptio est: *Domini nostri* D
Heraclius, & Heraclius Constantinus perpetuo Augusti. Hanc vero sic lego: *Victoria Au-
gustorum*. CON. OB. explicant leguntque quidam *Constantinopoli obrizum*. Sed
quia etiam in argenteis reperitur, alij *Obsignatum* malunt: vt ea aetate saepè in au-
reis reperias nummis TR. OB. pro *Treueris obsignatum*. Sed incerta haec. ceterae
litterae locum indicant, vbi cusus nummus, vt Constantinopoli, & auri qualita-
tem puri, quod Obrizum cognominabant: quale nunc aurum est ducatorum du-
plicibus capitibus, aut Hungarorum, aut Crusatorum Portugalensium. Victoria
autem ea esse potuit, quae festo exaltationis Crucis celebratur, quod probat v-
trimque Crux in his nummis spectata. B. Sic magis refellis falsos *Acostae* num-
mos, firmasque egregie tuam ipse sententiam: sed quid in auersa parte spectatur?
A. Dicam M. magnum, & infra O, quo moneta significatur: statimque CON. prin- E
cipium nominis *Constantinopolis*, vbi cusus est nummus, & vtrimque AN. IIII.
B. Argumentum id euidens, nunquam in Hispania illos cusos fuisse nummos, &
Ambrosius Moralis Regis *Acostae* esse negabat. C. In excusis libris nummos
vidi hoc nomine: *Costa* inscriptos. Quid si in Hispania sint cusi, facessantque ne-
gotium, non secus atq; Heraclij illi nummi? B. Quibus in libris vidisti? C. Non
sat memini, puto in Huberti Goltzij, & Aeneae Vici Parmensis, imo & in Fuluio
Visino in Familijs Rom. *Iunia, & Pedania*. B. Si ita est, non erit nomen Regis
Gothorum,

A Gothorum, ſed Romani ciuis, qui M. Bruti Caeſaris percuſſoris Legatus fuerit. A. Iam memini illius nummi, & hinc inſcriptum habet COSTA LEG. cum facie imberbis lauro coronati. In auerſa autem parte trophaeum eſt, & nomen BRVTVS IMP. Toletani nummi nunc in mentem quoque venit Alfonſi Regis, eius opinor, qui Toletum à Mauris recepit. Nummus puſillus eſt argenteus, & hinc quidem Crux; illinc verò geminae ſtellae ſunt ſex radiorum, ac duobus orbibus ambiuntur. Ad Crucem adſcriptum: † ANFVS REX: illinc verò: † TOLETVM. Ne Legionenſis autem ciuitas nummo careat, quae & ipſa Regum ſedes deinceps fuit, vnum egregium adferam ſuperiori ſimilem litteris, Cruce, Regiſque nomine. Verum in auerſa parte circulus eſt, cum nota, cuius alibi facta mentio eſt *Dial. I.* ✠. In ambitu verò adſcriptum: † LEO CIVITAS. Quis hic *Leo* Rex fuerit, B non habeo dicere, ſed, vt in re dubia, Alfonſum Regem Catholicum fuiſſe arbitror. C. Alterius Alfonſi Regis tantum Caſtellae nummum nuper videre contigit, cum Regis capite, ac titulo: ANFVS REX: illinc verò Caſtellum erat, adſcriptumque: CASTELLAE. A. Quem hunc Regem eſſe *Alfonſum* dixeris? C. Dicam, cùm tu ſuggeſſeris. A. Quia non eſt Legionenſis Rex, *Alfonſus* erit *nobilis* cognomento, cuius aequalis cognominis fuit Alfonſus Legionenſis Rex: quae poſt regna in vno Ferdinando ſancto coaluerunt, qui à patre Legionenſe, à matre verò Caſtellarum regnum hereditate creuit. Sed ad Toletanos redeamus nummos. Gothorum Regum hi nummi pondere ſunt drachmae ſinguli vnius, & rudi ſculpti artificio. B. *Toletum* Romanorum temporibus erat-ne Prouinciae caput, aut conuentus; vel colonia, aut Municipium? A. *Carpetaniae* caput Plinius C facit, ac ſtipendiarium & Carthagine Toletanos conuentum habere ſolitos, ſed poſt, Carthagine Gothorum temporibus vaſtata, *Toletum* caput fuit Carthaginienſis Prouinciae, ibidemque Regia ſedes Gothorum: vbi tot habita ſunt Concilia generalia vniuerſae Hiſpaniae. De ceteris Caſtellae, reliquarumque vrbium nummis aliàs erit dicendum. *XXII. Concilia Toleti habita.*

DIALOGI VIII

DE RELIQVIS HISPANIAE TARRACONENSIS item Baeticae, ac denique Lusitaniae Nummis

SVMMARIVM.

I. SEGOVIAE Nomismata.
II. CLVNIA, vbi Quartum-viri, & Duum-viri in Coloniis.
De loco Suetonij, & Plutarchi in Galba, quaesitum.
III. GRACCVRRIS Municipium. Hodie *Grajal*, vel *Agreda* in Aragonia.
Vitta, fascia, vel infula, in tauris qui immolarentur.
Orbis in taurorum cornibus, vt in SS. Martyrum capitibus.
Virgilij, & Festi Pompeij locus expositus.
IIII. MENTESA. an *Iaën* in Baetica, vel *Caçorla*?
BAETICAE Nomismata. Eius apud Plinium diuisio.
V. CORDVBA. Cur cognomento PATRICIA, disputatum.
PATRICII Maiorum, & Minorum gentium, qui olim dicti.
Patricij, an Nobiles. Plebeij alij.
Equites Romani. Eorum census. CRVX CHRISTI adorata.
I. DI. NMN. *In Dei nomine:* in Gothicis nummis frequens.
VI. ITALICA. hodie *Seuilla la vieja*, aut *Triana*. * Municipium fuit.
Coloniae & Municipij discrimen ostendit Hadrianus Imp. apud A. Gell. lib. XVI. Noct. Attic. cap. XIII.
VII. HISPALIS. *Ispali Pius*, in nummis Gothicis. *Spania* pro HISPANIA cur dicta.
* Colonia Romulensis. Carmona, Baeticae vrbs.
LIVIA Augusta, post IVLIA à funere dicta: & *Genitrix Orbis*.
VIII. TVCCI, seu AVGVSTA GEMELLA.
VRSO. an *Ossuna*, in Baetica? Sphingis forma, ex Ausonio.
IX. ELIBERRI, an *Granata* vulgò?
Iliberitanum Concilium. Pisces in nummis, loca notant maritima.
X. OBVLCO, cognomine *Pontificia*. an hodie *Porçuna*. Vetus ibidem inscriptio.
XI. CARTEIA. Eadem & TARTESSVS. Hodie *Algezira*, an *Tariffa*?
Neptunus cum tridente, quid designet.
* Geryon Rex, & Argantonius longaeuus Rex poëtis, Anacreonti, Stesichoro, Silio, aliis.
Duo Plinij loca in speciem pugnantia.
Pomponij Melae patria dubia; non *Mellaria*.
Cretenses cur mendaces habiti. Curetes.
De *freto Gaditano*, seu *Herculeo* Ciceronis versus, & de *Carteia* Silij Italici.
GADIR. GADES. Colonia Tyriorum Straboni. { SIDON, quid significet.
Platonis de Atlantica fabula in Critia locus. { POENI, è Phoenicia.
XII. BRACARA in LVSITANIA. hodie Braga.
XIII. EMERITA, vulgò *Merida*. Emerita, & Bracara PIVS; in nummis Gothorum.
XIV. EBORA. * *Liberalitas Iulia*, cognomine.
Qui tres olim Romae artifices scalpendorum nummorum.
XV. HIBERVS fluuius. HIBERA SETIA, an apud Vascones?
XVI. Duumuiri Quinquennales.
XVII. Augusti obscuri Nummi.
SERIES Regum GOTHORVM in Hispania.

ANTONII

ANTONII AVGVSTINI ANTIQVITATVM IN NVMMIS ET INSCRIPTIONIB.

DIALOGVS VIII.

DE RELIQVIS HISPANIAE TARRACONENSIS item Baeticae, ac denique Lusitaniae Nummis.

A B. 

Vos habes Castellae nummos veteres, praesertim Segobienses? A. *Segobiae* vnicum aereum habeo, semunciae pondere, & hinc iuuenilis facies cum litteris: C.L. quod interpretor *Colonia Latina*; illinc verò equo hastatus vehitur miles, inscriptumque: SEGOVIA. Hinc vrbis Orthographiam discimus, quae ad hanc diem cum B. scribi solet. Plinius neque municipium facit, neque stipendiarium, tantum in Areuacis locat, & conuentus Cluniae, quae vulgò *Cruña*, vel *Coruña Comitis*, ad differentiam eius, quae in Galaecia est, nominatur. Sunt tamen qui hodie castrum esse putant, non procul à Cruña: vterq; locus sexto, aut octauo est lapide ab *Vxama*, quae nunc *Osma* est. Cluniae nummos quoque vidimus; quam etsi Plinius cõuentus caput faciat, non tamen Coloniã vocat; sed in nummo quodam Municipium tantum est: vocat tamen Ptolemaeus Coloniã. Hic specto Tiberij Caesaris lauro coronati caput, cum titulo: TI. CAESAR. AVG. F. AVGVSTVS. IMP. In auersa parte taurus cum litteris: CLVN. MVN. CN. POMP. MONTAN... cetera vetustate exoleuerunt, praeter II. VIR. In aliis duobus, non lego MVN. Sed CLVNIA tantum, neque Duumuiros, sed quartumuiros; quorum nomina lectu & intellectu difficilia: CAR...TI.CAEL.P.RES.C.CAEL.CAND.IIII. VIR. Fingamus ita legendum: *C. Arontio. Ti. Caelio P. Restituto. C. Caelio Candido, Quartumuiris.* In altero, nomina sunt: CN.POMP.M.AVO T.ANTO.M.IVL.SERAN.IIII.VIR. hoc est, *Cnaeo Pompeio Marco Auonio, Tito Antonio, Marco Iulio Serano, Quartumuiris.* B. Sed cur in priore nummo II. VIR. est in reliquis IIII. VIR? A. Nihil probat, quia litteras aliquot exoleuisse diximus, vt ante II. VIR. desiderari etiam possint duo II. vt ceteris respondeat. C. In nummis ab Aenea Vico excusis, vnus visitur Galbae Imp. in quo Hispania pedibus consistens cum cornucopia, quae sedenti Imperatori dare videtur statuam siue Victoriae, siue Fortunae, adscriptumque: HISPANIA CLVNIA, & amplius tres litterae: SVL, forte per errorem. Tuam hic sententiam audire gestio. A. Hunc Romae nummum videre memini, vocis tamẽ vltimae SVL non sat memini. Quid si nominis sint Caesaris illius dicti, *Seruius Sulpicius Galba.* Erant tunc, memini, qui dicerent, in Suetonio & Plutarcho corruptum *Cluniae* nomen. Vnus enim *Cluniam* nominabat, *Coloniam* alter: quo loco Galbae praedictum esset fore Imperatorem: itaq; nummum interpretabantur, Hispaniam se Romano permittere imperio. Verum *Cluniae* nomen non hic recte cusum arbitror, nisi *Cluniae* cusus est, vt arbitror, eo ipso

Margin: I. SEGOBIA. — II. CLVNIA. — B — C

III. GRACCVRIS. tempore quo Imperator est renunciatus. *Graccuris* municipij nummi quoq; sunt A Tiberij Caesaris capite coronato, & vsitato titulo: TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. In auersa taurus est, trigonij figura veluti mitra in capite, cum litteris: MVNICIP. GRACCVR. vel vt in alio legitur: GRACCVRRIS. Hic obseruandum, quod in alijs compendio scribitur M. vel M/. vel M/N. vel MVN. in hoc pluribus impressum litteris video MVNICIP. Adhaec nomen cum spiritu H. hactenus scriptum; hic eo caret. Oppidum putant à Tiberio Sempronio Graccho conditum, qui Scipionis Africani gener, parensque fuit Tribunorum pl. *Tiberij & Caij Gracchorum*. Plinius *Graccuritanis* ius veteris Latij attribuit, hodie putatur *Grajal* esse, alijs verò *Agreda*: [*quod oppidum tamen Aragoniae Augustobricam ex veteri lapide ibidem conspicuo incolae nominant*] *Graccuris* autem prius *Jllurci* dicta, vt auctor est Paulus Diaconus in Epitoma Festi Pompeij, & tametsi Plinius nomen cum altero Hispaniae oppido cōmune tribuat, minime mirandum: quòd vnum idemq; nomen diuersis interdum oppidis assignet. Ptolemaeus *Graccurin* apud Vasconas, vt Iaccam, collocat; et si conuentus erant Caesaraugustani. Florus tamen Liuij Epitomaster, lib. XLI. in Celtiberia ponit. B. Cur hic taurus mitratus visitur? A. Duo mitrarum seu diadematū, vel, vt alij nominant, infularum in tauris iam immolandis obseruaui. Vnum, triangulare, vt hoc in nūmo; quidam orbem in medio collocat, qua forma nos in sacrificio Eucharistiae Sanctissimo eius figurae panem offerimus. Aliud genus hemicycli † figura, qualem Sanctorū imaginibus, & CHRISTI Domini appingimus. Nec ea res vacat mysterio; quòd Deus hominem induens hostia sit ac victima, morte obita, redimendo generi humano C factus, eiusdemque Apostoli, ac ceteri martyres Dei amore cruciati sanguinem vitamq; profuderunt, ducti fortasse ad lanienā, eâ formâ quâ Gentes suas victimas cum mitris ac pellibus ferinis. Qui fere mos in Hispania perdurat, vt rei ad infamiā spectaculo expositi mitras capite gestent, vt violatae fidei rei Quaesitoribus poenas dantes, vel alias ob causas per vrbem traducti. Haec quidem non absimilia, priscis victimarum ornamentis: & quòd mirum; sacrae Eucharistiae hostiam, quā figurâ rotūdâ offerimus repraesentat. *Infulae sunt*, inquit Festus, *flamenta, siue filamenta lanea, quibus sacerdotes, & hostiae, templaq; velabantur*. Et Maro:

Agreda.

† Meminit Arnobius, & Ios. Scal. in Catalecta Virg.

Geogr. III. v. 486.

Saepe in honore Deûm medio stans hostia ad aram,
Lanea dum niueâ circundatur infula vittâ:
Inter cunctanteis cecidit moribunda ministros. D

In memoriam quoque Martyrum beatorum vsus forte perdurat mitrarum, & Infularum, quas gestant Episcopi ac Praelati. B. Gentium-ne victimae alio vsae in sacrificijs ornamento? A. Obseruaui equidem Romae in varijs Antiquitatum monumentis è cornibus veluti globulos dependentes, quos quidam nolas vel tintinnabula interpretabantur. Spectantur autem in nummis *Petillij* Capitolini, & Augusti in Capitolij templo. Huc referunt Suetonij verba de Augusti quodam somnio expostulante Ioue: néve ploraret iussisse funes nolis appensis in templo extendi. Tauri adhaec latam stolam medio corpore gestabant, quam tamen *vittam*, seu *fasciam* non *stolam* Romani nominabant. Ad ea quae de mitris & infulis diximus, pertinent Spartiani in vita Hadriani Caesaris verba iubentis decoctores bonorum, cum sua dilapidassent, per amphitheatrum cum mitris circumduci: similiaque loca Antonius Nebrissensis congessit in Quinquagena † sacrae Scripturae locorum, ad illa S. Matthaei: *Cum esset vir iustus, & nollet eam traducere*. E

Suet. in Aug. cap. 91.

† Cap. XLVII.

Matth. I. 19.

IIII. MENTA. B. Per mihi gratum egregia haec didicisse. A. Ad nummos reuertamur. *Mentae* nummum possideo aureum, Suinthilae Regis Gothorum, impressâ vtrimque imagine cum litteris: † SVINTHILA. R. In auersa, † MENTESA. PIVS. Plinius autem Mentesanos stipendiarijs adnumerat, qui Caesaraugustae

A gustae conuentum agerent; binosque nominat, partim Oritanos, partim Bastulos. Quidam *Mentezam* vrbem esse Baeticae, quae hodie *Iaen* nominatur crediderunt, quibus Plinij locus repugnat. Alij iuxta *Caçorlam* vulgò sitam vrbem existimarunt. Verum absolutis iam Tarraconensis Prouinciae nummis, ac sepositis, gressum ad Baeticos tandem faciamus. Plinius lib. III. Baeticam, quae nunc *Andaluzia* nominatur, fertilissimam ait, optimamque Hispaniae Prouinciarum. Quattuor hic Conuentus erant, vbi caussae disceptarentur: *Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, & Hispalensis.* Vici erant CLXXV. quorum octo erant Coloniae, totidemque Municipia, & veteris Latij vndetriginta; liberi sex, foederatorum quattuor, etsi pauciores alij ponant: stipendiarij seu tributarij centum B viginti. Coloniae octo sunt hae. *Baetica.*

Corduba Patricia.
Hispalis Romulensis.
Asta Regia.
Astigitana Augusta, Firma.
Tucci Augusta Gemella.
Ituci Virtus Iulia.
Atubi Claritas Iulia.
Vrso Gemina Vrbanorum.

Haec oppida, quae sint hodie, noli à me exigere. Duas enim dumtaxat priores cognosco, puta *Cordubam & Hispalim.* Cordubae nummos vidimus Augusti Cae- C saris, cum eius imagine, ac titulo, sed à reliquis differente: PERM. CAES. AVG. hoc est: *Permissione Caesaris Augusti.* Illinc vero corona ciuica apparet, in eiusdemque vmbilico inscriptum: COLONIA PATRICIA. Hic Coloniae nomen integrè scriptum, quod alibi concisè per C. vel COL. Alius nummus praefert: CAESARIS. AVGVSTI. IMPERATORIS. In auersa autem parte tres hastae, quibus pro signis militiae vtebantur, quarum media aquilam in apice gestabat: adscriptaeque eaedem litterae: COLONIA PATRICIA. B. Cur haec inuersa pars cusa? A. Opinor ob aquilam, legionis quae ibi primum Coloniae ciuitas cōdita est. Disce autem *Patricia* scribendū per C. in ante-paenultima, non cū T. itaq; *Patricius, Aedilicius, Tribunicius,* aliaq; id genus. B. Cur *Patricia* cognominata Corduba? an quia *Patriciis* tantum Romanis Cordubae degere licebat? A. Si M. Marcellus eam con- D didit, vel coloniam eo deduxit, vel nomen *Patriciae* indidit, non credam, cùm Patricius ipse non esset, hoc illi cognomentum iccirco dedisse; neque etiam rem ita gestam, vt Patricios tantum eo deduxerit: quandoquidem ciuilibus bellis, teste Cornelio Tacito, Romanae familiae exstinctae paenè erant. B. Qui-nam ergo propriè Patricij Romani? A. Horum duo erant genera: Maiorum & minorum gentium. *Maiorum gentium* propriè erant geniti è primis centum Senatoribus à Romulo, conditâ recens Româ, creatis. Praerogatiua autem qui post iis adlecti sunt, vt centum Sabinorum, qui cum Tito Tatio Romam commigrarunt, quique Albâ euersâ venerunt, & qui ex Etruria cum Caelio, vel Caelo, (à quo Caelius sit collis dictus) & Tarquinij, ceterique sub Regibus aduenae. *Mi-* E *norum* autem *gentium,* quos L. Brutus Consul primus, Tarquiniis vrbe exactis, adlegit: item Claudij, qui cum Appio Claudio primo Romam venere; omnesq; adeó qui ius familiarum Patriciarum obtinuerunt, tales dicti fuere *Patricij.* C. An hi soli Romae nobiles fuere? A. Nobiles hi quidē, sed non soli. Nobiles enim omnes appellabāt, quorū parentes maiores Magistratus, puta Dictaturā, Censuram, Consulatū, Praeturā, similesq; gessissent, et si familia essét plebeia oriūdi. Sic Marcelli, Metelli, nobilitatis quidē antiquae, plebeij tamē. C. Equites etiā ne Romae nobiles fuerūt: vt quos nunc in Castellae regno à caballis *Caualleros* nominamus?

V. CORDVBA. *Strabo lib. III Geogr.* *Patricij maiorum gentium.* *Minorum gentium.* *Nobiles Romae qui.*

A. Equites

Equites.

A. Equites tum dicebãtur qui militiae equo mererent, haberentq; in bonis quadringẽtos mille sestertios, hoc est nostrae monetae decem aut duodecim ducatorũ millia. Et hi partim Patricij, partim plebei erant, & Magistratũ fere non gerebãt, sed militabãt equo, aut negotiabãtur, vt publicani; neq; sic vt nobiles colebãtur, etsi alia ratione tales essent, vsurpabãt tamen illud stirpis esse aliquẽ † antiquae Romanorũ equitum, aut Equestris ordinis. Vides igitur differre Romanos equites, ab his quos nunc equites viros nobiles appellamus: etsi nomine-tenus equi nimirum conueniant, vnde *Equites* dicti qui equestres ambulant: imo sic rusticus equo vel iumento etiam inuectus vocari eques potuisset. B. Quid igitur est *Colonia Patricia?* A. Colonia veteranorum & honestorum, quiq; vt Patres honore sint digni. B. Haec interpretatio quomodo probanda? A. Iustiniani Imperatoris vsu ac temporibus; cum Patricij dicti homines principes, ab Imperatore hoc ornati titulo, & parentum loco habiti. B. Abunde mihi satis-factum arbitror. A. De nummis aureis ab Aluaro Gometio ad me missis vnus est Regis Vambae, quem *Vuambam* olim vocatum nuper diximus. Hinc caput est rudi artificis manu cum litteris: † IND.IN.M.VVAMBA.℞. Illinc verò Crux alta spectatur cum gradibus. Vnde discas peruetерem esse ritum adorandi Crucem Dominicam; fremant licet nostrae tempestatis impij Haeretici. Adscriptum praetereà: † CORDOBA.PATRICIA. C. Prior titulus vt legi debet? A. *In Dei nomine Vuamba Rex.* C. At litterae non respõdent, ac ne nomismatis quidem interpunctio. A. Ita est, vt dicis, sed nummos inuicem componendo, in quibus multa tribus his vocibus peccantur, vt & in punctis; ita legendum exsculpsimus. Etenim pro IN saepenumero sola I. ponitur, & pro DEI, D. tantum vel D.:. iunctim, aut punctis diuisa. Rursum pro NOMINE tres collocant consonantes NMN, simul; aut punctis sic distinctas: N.M.N. Interdum etiam geminas NM, vel N.M. punctis diuisas. In hoc itaque nummo, quo de sermo est, pro IN.DI.NM. cusum video: IND.IN.M. idque barbarorum more, quales Gothi erant. In altero argenteo nomismate *Suinthilae* Regis, quem Scintillam alij nominant, eaedem apparent imagines, non tamen manu cusae FR. Sebastiani Plumbi, summi artificis. Litterae hic vsu paenè attritae sunt. Lego tamen: † SVINTHILA.REX. In auersa parte: CORDOBA.TOPRM. Suspicor scribere *Patriciam* conatos rudes opifices. In altero Regis *Eruigij* facies est, sed adeò informis, vt vrnam verius dixeris: adiectis litteris: † ID.INM.ERVIGIVS.℞. In altera parte Crux est, vt in Gothicis solet, cũ litteris CORDOBA PATRICIA. C. Ergo *Cordoba* dicendum ac scribendum, an *Corduba*? A. Gothicis sane nummis minime fidendum censeo: Graecos scripsisse arbitror ΚΟΡΔΥΒΗ. quare *Corduba* scribi malim. [*Vidi nummum hinc rudi facie Virginis, & ramo; in auersa vero parte, tribus oleae ramusculis, quorum in medio* VLIA *cusum cernitur: quem esse vicum arbitror, qui vulgo* mons maior, *quinto à Corduba lapide distans, nuncupatur, meminitque praeter varias Inscriptiones ac nomismata, scriptor antiquus A. Hirtius post Caesaris Commentarios, Ptolemaeus in Geographicis, Antoninus Aug. in Itinerario: etsi in plerisque Caesaris editionibus, Veneta ac Lugdunensi, in Hirtio pro* VLIA, *(quomodo legendum)* VLLA *corrigere quidam sint ausi. Fidem etiam faciente vetere Inscriptione columnae Montis maioris.*

†VT. Atticus initio vitae, apud Corn. Nepotem. Col. Patricia. Iustin. Imp. Instit. §. III. Quibus mod. ius Patric. pot. solu. L. fin. C. de Consul. Dial. VII.

Crux adorata.

Additamentum Sadae.

Amb. Moral. Chron. Hisp. Lib. IX.

IMP. CAES. DIVI. SEPTIMII. SEVERI.
PII. FERTINACIS. AVG. ARABICI.
ADIABENICI. PARTHICI. MAX. BRITANNICI.
MAX. FILIO. M. AVRELIO.
DIVI. M. ANTONINI. PII. GERMANICI.
SARMATICI NEPOTI.
DIVI. ANTONINI. PII. PRONEPOTI

DIVI

A DIVI HADRIANI.ANTONINI ABNEPOTI.
DIVI TRAIANI.ET.DIVI.NERVAE.ADNEPOTI.
ANTONINO.AVG.TRIB.POT.VIII.COS.VI.
SPLENDIDISSIMVS.ORDO.REIP.VLIENSIVM.
STATVAM.FACIENDAM.DEDICANDAMQ.
CENSVIT.DEDICANTE.MARCO.MANIO.
CORNELIANO.CVRATORE.ANNONAE.CIVILIS.
DIVI.ANTONINI.

VLIAM *autem Hirtius monti impositam ait, ideoque loci natura munitam. Alibi vero populi Rom. studiosissimam praedicat. Rami autem oleae olei copiam eius soli designat.* Lib.I. de bello Alex. & de bello Hispan. [Venio ad Hispalenses nummos, & Italicenses. Illam vrbem hodie *Seuillam* B vocant. Italicam vero *Seuillam veterem*, vel, vt aliis placet, *Trianam.* Huius aereum nummum vidi impressa Tiberij Caesaris facie cum litteris: TI. CAESAR. AVGVSTVS PONT. M. In auersa parte ara est, sic inscripta: PROVIDENTIAE AVGVSTI, itemque DIVI AVG.... NIC ITALIC. ex quo nomismate, non constat, Colonia-ne an Municipium fuerit Italica, *si lacunam è similibus expleas nummis ni legas Munic. Italic.* Probat id A. Gellij sententia, Italicam referentis ab Hadriano Imp. (ibidem nati, vt &, qui antecessit, Traiano) petiisse, vt è Municipio Coloniam faceret. Respondit ille, deteriori tum quam antea conditione futuros, vt supra Dial.VI. exposui. C. Hispali accepi nummos quattuor, qui lacunae illi explendae seruiant. En tibi sunt enim ad manum, legoque TI.CAESAR.AVGVSTVS.PONT.MAX.IMP. In auersâ, PROVIDENTIAE C AVGVSTI arae inscriptum est. In ambitu vero PERM.DIVI.AVG.MVNIC.ITALIC. A. Gaudeo sane tam opportune opem abs te allatam nummis. illud aueo scire, an quis accesserit cum titulo *Hispalis*, aut *Colonia Romulensis*, vt C.Plinius nominat. C. Hi duo nummi accesserant, quos tu melius quam ego exposueris. A. Ipsi sunt quales optaram. Hinc enim Augusti Caesaris lauro coronati caput est, & astrum sex radiorum capiti impositum; & ante faciem radius cum litteris: PERM.DIVI.AVG.COL.ROM. hoc est, *Permissione Diui Augusti Colonia Romulensis, seu Romulea*, vt alibi marmori inscriptum videre memini. In auersâ est matronae facies, cum Lunae cornibus decrescentibus, in capite *Liuiae* Augustae, quantum conijcio, tametsi inscriptum lego: IVLIA. Suetonius enim Tranquillus, & Tacitus, *Iuliae* nomen sumsisse, Augusti Caesaris iussu, post mortem illius referunt: D quo tempore cusum nummum apparet. Impressum enim, DIVO AVGVSTO. Recte itaque hic positum video. IVLIA AVGVSTA. additque grande epithetum GENETRIX ORBIS. Tu vide an id ex Historicis comprobari queat. B. *Genetrix* in aliis etiam nummis per secundam vocalem visitur, à prisca deductum voce GENO, pro *Gigno*, vt aliàs ex te audire memini: exstatque scriptum in Pandectis Florentinis.] A. Hispalis vnum vidi Gothicum nummum aureum, vrbisque nomen *Ispali*: & in multis Conciliorum Hispalensium libris antiquis scriptum *Spalenses*: atque adeo ipsa Prouincia Hispania à Graecis ΣΠΑΝΙΑ, vt in Pauli ad Ro- E manos epistola. Quomodo fere ab Italis hodieque *Spagna Spagnolo* nominatur. Nec desunt qui sic à Graecis rentur nuncupatum, quòd raro habitetur, & rari pagi sint, & incolae pauciores. Verum mea quidem sententia, nec Graeca vox est, nec Latina *Hispania.* Aureorum nummorum vnus est *Heruigij*, & ad faciem eius adscriptum †ΙΔΙΝΜ ERVIGIVS.RX. B. Haec vt legenda sunt? A. *In Dei nomine: Eruigius Rex.* Vides secundam litteram Graecam esse pro Latina, vt aliàs de Θ pro TH. dicere memini. In auersa rursum parte Crux cum gradibus ac litteris: † ISPALI PIVS. In altero Vuitterici nummo vtrimque facies apparet, cum litteris: † VVITERICVS. RE: illinc vero: † PIVS ISPALI.

A. Gell. lib. XVI. Noct. Attic. cap. XIII. Dial. VI. Addita ab Auctore.

VI. Italica.

VII.

Hispania vnde dicta. Ad Rom. XV. v. 24. & 28.

Dial. VII.

ISPALI. Vox RE Cruce terminatur, qua & humanum genus seruatur. Litteris A enim in orbem collocatis post E, Crux sequitur, quae similis est X litterae. In altero Regis Vuambae, ad imaginē primae litterae, sed aegre leguntur: VVAMBA R. In auersa est parte ramusculus, & Crux, & astrum septem radiorū; quot & in gentilitiis nostris Augustinor. insignibus spectātur: additis litteris: ISPALI PIVS. In Recaredi Regis nummo geminū vtrimq; caput, adscriptumq; † RECCAREPVS REX, sed vitiose P pro D positum. In auersa: † PIVS ISPALI. Sisebuti alter est, cum gemina quoque facie, ac litteris: † SISEBVTVS RE. Illinc vero: † ISPALI. PIVS. Sed haec de Hispali satis. [*Carmonae alter nummus est, quae vrbs* Carmo *olim dicta, & à Ptolemaeo* Charmonia, *cuius & Iulius Caesar meminit, & Baeticae munitissimam appellat: in qua & rupes fortissima. Nominat eandem Strabo, & in Itinerario Antoninus. Monti est vrbs imposita, rupemque habet altissimam structurae veteris. Abest Hispali sex* B *leucis, hoc est, quattuor & viginti passuum millibus, quot Hispali fere distare Antoninus ait* Carmonam. *planiciem habet agrumque fertilissimum, vulgo dictum* Vega de Carmona. *Quamobrem merito in huius oppidi nummo frumenti spicam cuderunt: in altera vero parte caput galeatum, circumque corolla est, vt Martis Dei esse posset, nisi forte Duumuiri est cuiusdam, qui cudendum curarit.*] Alterius Coloniae *Tucci* dictae, seu *Augustae gemellae* (quam quidem ex vetere Inscriptione, ad rupem vulgo *Martos* dictam, sitam arbitrentur) nummus est aureus Suinthilae Regis, duplici vtrimque capite, litterisque: † SVINTHIL. RE. In altera parte, † IVSTVS TV:CI. quae gemina puncta nunc A nunc C locum supplet. [*Coloniae* VRSO *cognomento dictae Gemina vrbanorum (etsi in Plinij quibusdam editionibus* Gemia, *pro* Gemina *legatur) nummum vidimus hinc facie iuuenis, quasi vitta coronati caput, & ante faciem adscriptum:* VRSONE. *In* C *auersa autem Sphinx visitur, quae, vt alias diximus, facie erat virginis, pedibus & cauda leonis: in medio alis extensis: vt Ausonius in Ternarij gripho describit:*

Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Quale & illud de Chimaera Lucretij lib. V. *ex Homero Iliad.* 3. *& Hesiodo in Theogonia:*

Prima Leo, postrema draco, media ipsa Chimaera.

Sub pedibus litterae aegre legi queant: Apparent tamen A. CICO. *ad quas explanandas Oedipo, si ab inferis queat reuocari, sit opus. Nummus est aereus semunciae pondere. Vidi & non dissimili parte auersa alios, sine titulo ad faciem, aliisque sub sphingis pede litteris, sed ignotis pariter. Sunt qui* Ossunam *hodie arbitrentur esse* Vrsonem *veterum, ibidemque Inscriptiones exstare opinor, sic notatus lapidibus: estque florens etiam-num studiis* D *Gymnasium, beneficentia Comitum Vrenae, atque Ossunae.*] B. Granatae nummi-ne reperiuntur? A. Inter aureos Gothorum nummos inscripti quidam ELIBERRI: quo antiquitus appellatam nomine *Granatam* affirmant, indeque Concilium *Eliberritanum* dictum; etsi alij in cognomine opido Catalauniae iuxta Colibram habitum opinentur: & *Iliberi* nominant nonnulli, quando & Plinius in Baeticis *Liberinos vocat:* & Granatae Titulos veteres marmorum spectari ferunt ita inscriptos: *Ordo Eliberitanor.* & Concilium profecto Baeticae potius esse vincunt subscriptiones presbyterorum illius Prouinciae, qui interfuerunt; neque in editis in vulgus libris Conciliorum leguntur. Estque Granatae porta *Eluira* dicta, quâ in montem via ducit, in quo veteris opidi vestigia visuntur, *Eluirae* nomine. In regis Suinthilae nummo duplex vtrimque caput est, adscriptumque: † SVINTHILA RE. duabus litteris deficientibus, quae in aliis regis illius nummis leguntur, scriburque *Suinthila Rex.* Vnus autem de quinque nummis H. spiritu carebat. B. Quid in auersa spectatur parte? A. Haec: † PIVS ELIBER. In alio Sisebuti Regis hinc facies eadem; illinc adscriptum: † SISEBVTVS RE. illinc vero: PIVS ELIBERRI. C. [*Accepi è Baetica nummum aereum, veterem, vt apparet, eius oppidi, quem Tu melius explanabis.* A. *Piscis conspicitur, forte thynnus, qui* E

in Oceano

Sadae Additam. Carmona, vrbs Baeticae.

IIX.

Addita ab auctore. VRSO.

Dial. III. & V. H. Iunius in XLII. Emblem.

A *in Oceano ad illam capitur oram: inscriptumque lego* ILIBENA : *in altero video M. loco A. In auersa parte, tritici spica est, fertilitatem regionis demonstrans, & maritimam esse piscibus abundantem, qualis Baetica est, regnumque Granatae. Nomisma est vnciae pondere: quodque aperte non concludat litteris, non ausim hinc nomen loci temerè asserere.*] Oppidi alterius, hodie *Porcuna* dicti, olim vero *Obulco* cognomento *Pontificiae* in aereo spectaui nummo mentionem: hinc facie virginis rudi artificis manu, litterisque adiectis: OBVLCO; illinc vero spica frumenti, granumque hordei, adiectumque: L.AIMIL.M.IVNI. In orbe vero: Fort.VIR. litteris inuersis, quod est ex II. VIR reliquum. AIP, *vel* AVX. quae non assequor: illa vero sic lego: *Lucio Aimilio, Marco Iunio*, deest, *Duumuiris*. B. Vnde colligis *Porcunam & Obulco* idem esse? A. Ex Inscriptione quae ibidem legitur, cum OBVLCI nomine, estque mentio OBVLCO cognomento Pontificia.

B scrofae è lapide: vnde non absimile vero *Porcunae* inditam appellationem, à *Porca*, quam & *scrofam*, teste M. Varrone, Romani appellarunt. Adscribere illam non grauabor, vt Porcunae exstare ferunt. Fides sit penes illos, non enim vidimus. *M. Varro li. I. de re rust.*

C.CORNELIVS C.F.C.N.GAL.
CAESO AED.FLAMEN II.VIR
MVNICIPI PONTIF.
C.CORNEL.CAESO F.
SACERDOS GEN†. MVNICIPI.
SCROFAM CVM PORCIS XXX.
IMPENSA IPSORVM D.D.

C

B. Sed cur hic tritici spicam, & hordei specto? A. Frumenti designat copiam, atq; auenae soli illius. In alio nomismate & imago, & litterae pares, sed in auersa parte aratrum; spica item ingens & serpens, litteraeq; euanidae vetustate. B. Cur anguis hic? A. Cereris, vt aliàs dicere memini, currum serpentes traxisse Poëtae fabulátur, quo vecta raptam à Plutone filiam Proserpinam inuestigarit. B. Memoria nunc repeto Ioannem Bapt. Peresium, Toletanum Canonicum, qui post Segobrigensis Episcopus fuit, papyro à se notatas peregrinas litteras mihi tradidisse, è varijs nummis inscriptis OBVLCO: & haec subiecta versib. duobus ИbVVV A. Affines hae litterae, si litterae appellandae, cum Romanorum VΨIЖVVV B. praesertim & V. B. Exstant-ne penes te alterius oppidi Baeticae nũmi? A. Al-

D uarus Gometius nummos ad me binos aereos Toleto misit, repertos, vt aiebat, Gadibus. Alter pusillus est: hinc matronae caput capite turrita, quomodo Cybele mater Deûm inaniũ pingi solet: vt eandem designari arbitrer; adscriptumque: CARTEIA, qui vicus non procul à freto distat Gaditano: Puta, quem alij *Algeziram* hodie, alij *Tarifam* rentur appellari. In auersa spectatur parte Neptunus, vt aliàs in nummis, terram pede contingens, & continenti insistens; altera vero manu tenens tridentem. B. Vides-ne hic scapham insculptam? A. Equidem nunquam vidi. Sed cur interrogas? B. Quia legi id alicubi de *Carteiae* num- *XI. Addita ab Auctore.* CARTEIA.

E mis. A. Legisti fortasse & illud, *Tartessum* dictam: eidemque Regem imperasse Arganthonium, qui annos vixerit centum & quinquaginta; vt Strabo refert, testimonio vsus Anacreontis Poëtae, & historiae ac mendacij parentis Herodoti. Addit idem Geographus *Baetin*, (quem nunc fluuium *Guadalquiuir* nominamus) *Tartessum* antiquitus nominatum, idque Stesichori Poëtae auctoritate, cum de Geryonis armento agit, & ad duo fluminis illius ostia *Tartessum* oppidum fuisse. Hunc *Arganthonium* Plinius quoque auctor est *Tartessium* nominatum, ex eodem Anacreonte: totidemque annos centum & quinquaginta attribuit; mox Gaditanum esse ait, regnasseque à qua- *Tartessus. Lib. III. Geogr.* *Plin. lib. VII. Nat. Hist. cap. 45.*

à quadragesimo aetatis anno vsque ad octogesimum: tametsi idem auctor alibi A
Plin. lib. III. cap. I. *Carteïam Tartessum* dictam à Graecis ait; quod Pomponius Mela non asseruit, addit tantum nonnullos ita censuisse. B. Quando *Melae* facta mentio est, an patria
I. Casaub. in Strabonem. eius *Carteïa* est, vel *Mellaria*; aliud-ve ignotum oppidum? A. Patria illi *Cingenteratum*, vel, vt alij volunt, *Tingentera*, loca, vt opinor, tam fabulosa, quam Geryon, & Argantonius Reges. Petrus Ciaconius, Toletanus, homo doctissimus, *Carteïa* potius oriundum existimat, non *Mellaria*, quasi nomen hinc Melae traxisset. Cuius viri emendationem leges in Pomponij Melae editione ab *Andrea Schotto* nuper in Belgio adornatam, cum Hermolai Barbari, & Ferdinandi Nonij, Graecarum litterarum Salmanticae Doctoris eruditis in Melam notis. C. Quid de illis Iustini, eius qui Trogum Pompeium compendio transcripsit, hisce verbis dicemus? *Saltus Tartessiorum, in quibus Titanas bellum aduersus Deos gessisse proditur, in-* B
coluere Curetes: quorum Rex vetustissimus Gargoris, mellis colligendi vsum primus inuenit, &c. A. Illud nimirum, fabulas esse bellorum cum Titanibus & Gigantibus gestorum, Cretensium proprias, vbi natus Iupiter crederetur, ac fato functus:
Ad Titum I. v. 12. ob quae mendacia verus ille Epimenidis versus fuit, à B. Paulo laudatus: quem sic amicus meus è Graeco conuertit:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Semper iners venter Cres est, mala bestia, mendax.

De *Curetis*, vnde *Cretenses* dicti putentur, multa Strabo lib. x. Geographiae commemorat, quorum pars ad hanc Deae imaginem nummo insculptam forte pertineat. Supersedebo tamen ne otio abutar. Auersae autem partis Neptunus ideo
Cic. de Nat. Deor. Lib. III. cuditur, vt alias saepe, quòd ad fretum sit oppidum, ac mari vicinum; cuius sit C
Neptunus Deus. Freti autem Herculei versus exstat Ciceronis elegantissimus omnium, antequam Virgilius vsurparet.

Europam Libyamque rapax vbi diuidit vnda.

De Carteïa & Tartessô ita Silius Italicus, lib. III. Punici belli:

Argantoniacos armat Carteia nepotes,
Rex proauis fuit humani ditissimus aeui:
Terdenos decies emensus belliger annos,
Armat Tartessos stabulanti conscia Phaebo.

Venio nunc ad alterum ipsius nummum, qui hinc hominis caput, & clauam D
praefert, vt Herculis esse appareat, quem Gadibus templum habuisse notissimũ est, multaque idem Strabo alijque referunt: illinc vero pisces gemini grandiores veluti thynni, & eius generis piscium: ostendere credo volens piscosum id mare. Eadem in aliis nummis aereis obseruaui, caput pelle tectum leonis, vt Alexander Magnus in nummis quandoque spectatur. In aliis claua Herculis spectatur, ac litterae nimium-quantum à Latinis Graecisque differentes. B. Forte Phoeni-
GADES. Sup. Dial. VI. cum erant litterae, quos Gades incoluisse (vulgò *Calis* dicimus) fama non obscura est. A. Equidem non facilè dixero: illud tantum, Phoenices cum Poenis confundi, resque Carthaginiensium, ceterorumque Afrorum Phoenicibus à quibusdam attribui; & sanè facile ad credendum adducor Afros ad Gades traiecisse potius, quam Tyrios, aut Sidones. Cumque *Carthago* Colonia sit Phoe- E
nicum, nominibus inuicem confundi nihil mirandum. B. Herculis hi nummi quibus inscripti litteris? A. In quibusdam auersa parte praeter pisces luna est, & astrum, cum peregrinis litteris, ita formatis ↄOCY Priora posita arbitror pro COL. vel COLONIA 9dΛ⚹ praepostere legendo, & infra ΓΑΔΡ pro GADIR. B. Omittis vncinũ, qui fortassè R. esse queat, vt sit *Romana Colonia*, vel *Romanorum*. C. Si esset F vel PH, Phoenicum repraesentaret. B. Quod astrum nominas, non absimile est primae litterae *Gadir*, vt Luna pri-

mae

A mae respondet litterae in *Colonia.* A. Obscura haec, tenebrisque impedita: sed si Platoni fides habenda, in Dialogo, qui *Critias* inscribitur, antiquissimum esse hoc Hispaniae vrbis nomen dicemus. Cum enim de vasta illa insula Atlantica verba facit, quae maior esset Asia & Africa, & ante vniuersi inundationem, partem ibi insulae *Gadir* nominat: sitamque ait non procul ab Herculis columnis. B. Haec-ne insula est, qua putant nonnulli Occidentis Solis Indias designari? A. Ipsa est; verum non credo in mentem id illi venisse Soloni Atheniensium Legislatori, fabulae illius Aegyptiacae architecto, & post ab aliis auctae. Puto enim repertis Gadibus, ac post Hispania finitima inuenta, cui altera ex parte respondeat *Atlas* excogitatam primum fabulam; vtque *Atlas & Gadir* vera quidem in B Platone, sic conficta reliqua arbitror. B. Quid *Gadir*, vnde insulae & vrbi nomen est, significat? A. Platoni idem quod Graecis ΕΥΜΗΛΟΣ, quasi *bonorum pomorum, vel ouium* dixeris: quadrat id cum aureis malis Atlantici horti, seu Hesperidum, quae meruit Hercules. Gades autem, vt Strabo ait, Tyriorum colonia fuit, è Sidonia: & forte an pisces in his nūmis *Sidonem* designant: quae vox *piscem* significat, Iustini & Isidori auctoritate. Alij enim *venatum*, aut *venatores* significare affirmant. Post à Carthaginiensibus eò deducta Colonia est; denique & à Romanis. Et vsque eo creuit, vt Strabo sua etiam-num aetate quingentos Romanos equites Gaditanos fuisse praedicet, plures quàm in omnibus Italiae oppidis, dempto Patauio. Tertiae Hispaniae partis, quae Lusitania olim dicta, nummis careo, excepta *Emerita.* Gothicos tamen seruo aureos *Eborae*, & *Bracarae*: quae C vrbes ad Portugalliae regnum hodie pertinent, etsi Plinius *Bracaram* conuentum facit Hispaniae citerioris, seu Tarraconensis, & fuit aliquando Metropolis Galaeciae. In Bracarensibus nummis barbati viri effigies, coma longa, & galeam gestare videtur, cum litteris: † RECCESVINΘVS R. pro *Reccesuinthus Rex.* In aduersa parte Crux cum gradibus, adscriptumque: † BRACARA. PIVS. In altero Egizae Regis caput est ita sculptum, vt hydriam esse dixeris, aut vas antiquum; parte vero altera cum litteris prioris nummi. Vt vero titulum alterius partis capiti annexum intelligas, sudabis profecto: † I. DINM. EGICA. R. VCTR. B. Cedo equidem: Tu interpretare. A. *In Dei nomine: Egica Rex. Victor.* Lusitaniae C. Plinius tres Conuentus tribuit: *Emeritensem, Pacensem, & Scalabitanum*: oppida vero D quadraginta quinque, quorum quinq; Coloniae erant: *Augusta, Emerita, Pacensis,* seu *Pax Iulia.* (quam nunc *Badajoz* esse quidam opinantur) & *Scalabis*, cognomento *Praesidium Iulium, Metallinensis, & Norbensis Caesariana, Olisiponem* vero municipium facit ciuium Romanorū, cognomine *Felicitas Iulia. Eboram* autem oppidum veteris Latij, cognomento *Liberalitas Iulia.* Paulus quoq; Iurisconsultus: *Pacenses* ait, & *Emeritenses* in Lusitania Iuris Italici vsos praerogatiua. De *Emeritensibus* autem refert Dion, Augusto Caesare nonum Consule, cum M. Silano, Cantabris rebellantibus & Asturibus, venisse in Hispaniam Augustum, cumque Tarracone in morbum incidisset, ducem contra illos Antistium misisse; ac bello demum confecto, veteranos in Lusitaniam misisse, & emeritis seu exauctoratis locum ibi assignasse, ac nouae illi Coloniae *Emeritae Augustae* nomen dedisse, anno E post Romam conditam DCCXXVIII. ante Christum natum tertio & vicesimo. Nummi sunt argentei, Augusti Caesaris facie, cum litteris: IMP. CAESAR AVGVST. Et hinc quidem aedificium murorum, portarumque: medioque inscriptum: EMERITA. illinc vero P. CARISIVS. LEG. PR. PR. hoc est, *Publius Carisius Legatus pro-Praetore.* [*Alterum quoque vidi facie impressa, cum litteris in orbem:* PERMISSV. CAESARIS. AVG. *In auersâ vero, iugum boum, ponè sequente colono cum scutica, & infra scriptum:* EMERITA.] B. Quis est *Legatus pro-Praetore?* A. Praetoris absentis vices gerens, cum sit Legatus. C. Et Legatus, hic-ne est Orator, aliquò

LVSITANIA.

XII. BRACARA.

L. fin. D. De Censor.

Lib. LIII.

XIII. EMERITA.

aliquò missus, quem *Ambassadorem* vulgò nominamus? A.Minimè. Sed locum A
tenens Praetoris, qualis est vulgo Episcopi officialis. Quomodo in titulo Pandectarum accipitur, *De officio Proconsulis & Legati.* [Carisij *autem nomine alios habeo nummos aereos, qui hinc Augusti faciem praeferunt, cum litteris :* CAESAR.AVG.TRIB. POTEST. *& in altera parte tribus versibus* P.CARISIVS.LEG.AVGVSTI. In alio nummo aereo, Augusti facies, cum litteris : CAESAR AVGVSTVS.PONT.MAX. IMP. In auersa parte murus, & portae, vt antea, inscriptumque AVGVSTA EMERITA COL. In altero metalli similis, eadem imago, sed abest vox, *Emerita*, legiturque COL. AVGVSTA, & locus alijs relictus litteris. Cusus hic nummus ab excessu Augusti Caesaris. Caput enim radiis cinctum, & ante faciem magnus apparet radius, adscriptumque DIVVS AVGVSTVS PATER. [*Similem vidimus cum* B
Tiberij facie, ac litteris : TI.CAESAR.AVGVSTVS.PONT.MAX.IMP. *cum eadem auersa parte aedificij, ac litteris:* AVGVSTA EMERITA, *sed abest* COL.] De Gothicis nummis aureis diuersorum Regum primus sit Catholici Regis Recaredi, cum facie hinc, & litteris: † RECCAREDVS REX. & in auersa: † EMERITA VICTOR. Sisebuti quoque Regis similis imago, adscriptumque: SISEBVTVS.RE. In altera parte: † EMERETA.PIVS. vbi E pro I positum. In altero Regis Reccesuinthi hinc facies; illinc Crux cum gradibus. Ibi adscriptum: † RECCESVINΘVS R̷. hic vero legitur: † EMERITA PIVS. In Eruigij eaedem litterae, & imago, sed vrnae potius aut hydriae, quam viri; cum litteris: I.DINMN.ERVIGIVS.R̷. hoc est. *In Dei nomine, Eruigius Rex.* In Vuittizae nummis auersa pars similis, & facies paulo venustior, cũ litteris: † IND.N.M.VVITTIZA.R̷. hoc est: *in Dei nomine,* C

XIIII. EBORA. *Vuittiza Rex.* Veniamus ad Eborenses, *quorum vnum dumtaxat vidi ante Reges Gothos cusum, aereum, & semunciae pondere : hinc quidem cum Augusti capite ac litteris:* PERM. CAES. AVG. P. M. *hoc est:* Permissu Caesaris Augusti Pontificis Maximi. *In auersa, ingens corona est aurea, cum litteris quadruplici ordine:* LIBERALITATIS. IVLIAE. EBOR. *Qui nummus confirmat à Plinio cognomentum huic vrbi datum,* Liberalitatis Iuliae. Gothicos quosdam nummos seruo, sed ELVORA impressum video : haud scio an per errorem artificis, an ex vetere scriptura. In Leouigildi nummis duae vtrimque facies, vt aliàs saepe, inscriptumque: † LEOVIGILDVS REX. In auersa autem parte: † TOS ELVORA IVS, diuisa hinc inde dictione IVSTOS, vbi O pro V sculptũ. Ad eundem modũ in Reccaredi nũmo, cum litteris vtrimque: † RECCAREPVS RE. vbi P pro D positum, vt supra monere memini: & D
in parte altera : † TOS ELVOIAIVS. B.Certe haec nunquam diuinando fuissem consecutus. Sed aueo ex Te cognoscere tempora, ac seriem Gothorum Regum, an nummi eorum exstent à peritis sculpti artificibus. A. Dixi aliàs saepius haecce Nomismata non esse fusa manu fratris Sebastiani Plumbi, nec Valerij Vicentini, ac ne Iacobi quidem Trezzij, tui quondam familiaris. C. Quinam hi sunt, à te laudati? A.Excellentes opifices aeui nostri Frater Sebastianus, qui Bullas plumbeas Pauli tertij conficiebat, summus etiam pingendi arte exstitit. Valerij autem multae tabulae plumbeae, alteriusque metalli, piarum historiarum, etiam profanarum. Nummi etiam ab eo confecti, quibus nihil venustius cudi potuit. C. Habes-ne ad manum nummos eius, aut tabulas? A. Reperies fortasse hic quasdam, E
& sat scio placebunt. Iacobi vero, quem tertio loco nominaui, opera dicent, qui curiam Regis frequentant, adamanti insculpens imagines, incredibili artificio. De serie autem ac temporibus *Regum Gothorum* inter schedas reperies meas *Catalogum* Romam nuper missum à Ioanne Baptista Peresio Valentino Congregationi Decretorum, cuius exemplar nactus sum. Sed Hispanicos prius nummos absoluamus. Tres enim, aut summum quattuor, incerti restant. En tibi *Hiberae*, vi-

XV. deturque addere nomen *Setiae*, etsi haec obscurata vox est, nihil vt certi de ea pronunciem,

De ELBORA *quae hodie in Carpetanis in* Talauera *est patria Ioan. Mariana, disputat Analium Hisp. lib.IIII.c.13.*

A nunciem, scapha vtrimque sculpta est cum litteris: MVN. HIBERA SETIA. aliaeque litterae, sed euanidae. Hic quaerendum, vbinam gentium *Hibera* est, cuius meminit T. Liuius, & *Hibero* flumini apponit, de bello agens Scipionum Patris, & patrui Africani maioris: & quantum conijcio iuxta *Flix* & *Cantam* veterem situs eius fuit, quam veterem Carthaginem quidam nominant. *Setiae* autem nomen in Vasconibus Ptolemaeus nominat, & longius hinc, vt apparet: nisi si dixeris *Hiberam Setiam* dictam ad discrimen *Setiae*, quae in Italia est. B. Barca nummo impressa locum flumini appositum satis arguit. A. Tecum equidem sentio. C. Florianus Ocampius in Baetica, alium fingit fluuium *Hiberum*, ac vicum *Hiberam*, quem hodie *Rio tinto* Hispani nominent; vnde & Hispania *Hiberia* sit dicta. *Tit. Liu. li. 23* *Dial. III.*



B A. Valeat ille cum *flumine tincto*, in re adeo clara, antiqua, & Graecis Latinisque recepta. Alium habeo nummum, de quo aliàs egimus, cum de Prouincijs ac fluminibus sermo esset. Hinc quidem globus, ceu orbis terrarum insculptus cum litteris: C. LVCR. P. F. II. V. QVINQ. hoc est: *Caius Lucretius Publij Filius, Duumuir Quinquennalis*. In auersa autem parte hominis facies aquam ore spuentis, cum litteris: HIBERVS. II. V. QVINQ. quòd loci nomen adscriptum non sit, vbi sit cusus ignoratur, superiori tamen adiungendus erat, vtque aliàs diximus, veram ostendit scribendi rationem in *Hiberus*, cum H. De alio nummo non habeo quod dicam, nisi cognosci à me non posse, etsi Augusti Caesaris caput praefert, cum vsitato titulo: AVGVSTVS. DIVI. F. In auersa parte corona velut diadema vetus Regum, adscriptumque: REX OTVTOL, in medio: & in orbem Q. CLACILIVS *XVI. Dial. III. in fine.* *Dial. IIII. XVII.*

C M. AELIVS. II. VIR. Tu cogita quid haec notent, equidem diuturno labori, iam defessus, supersedebo.

SERIES GOTHORVM REGVM HISPANIAE

Ex Hispanicis Conciliis, & B. Isidoro de rebus Gothicis, & Chronico Vulsae Episcopi.

ANNO CHRISTI

369. AERA *autem Caesaris* 407.

ATHANARICVS *cum Fridigerno, regnare coepit in Hispania, anno* V. *Valentis Imperatoris Rom. Regnauit annis* XIII.

382. ALARICVS *cum Radagaiso, anno* IIII. *Theodosij Imp. regnum inchoauit. Annis regnauit* XXVIII.

D 411. ATHAVLFVS, *auspicatus regnum anno* XVII *Arcadij & Honorij, & sexto Theodosij* II. *Regnauit annis* VI.

416. SEGERICVS *ab anno* XXII *Honorij & Arcadij Augg. coepit, moxq; à suis occisus interiit. Quo mortuo regnauit Vualia annos* III. *secundum Isidorum, & Vulsam: non autem annos* XXII. *vt Sigebertus vult.*

419. THEVDEREDVS *inchoauit regnum anno* IX *Theodosij minoris: Annis* XXXIII *regnauit, cecidit praelio Catalaunico.* Theodoricum *hunc nominat B. Augustinus, & Sigibertus in Chronico.*

452. TVRISMVNDVS. *incoepit ab anno* I. *Marciani Augusti, regnauit, vt ait Isidorus,* I *annum: non tres, secundum Iornandem, & Sigebertum.*

453. THEVDERICVS, *ab anno secundo Imperij Marciani, regnauit annis* XIII. *Hunc alij* Theodericum *nominant.*

E 466. EVRICVS *regnare coepit ab anno octauo Leonis Caesaris. Regnauit ann.* XVII. *secundum Isidorum. Etsi* XXVII. *Gregorius Turonensis,* XIX. *Sigebertus tribuant.*

483. ALARICVS. *ab anno* X *Zenonis Imp. regnauit, secundum Isidorum, annos* XXIII. *Et in Agathensi Synodo anno* XXII. Alarici *Consul nominatur Messalla, & Caesaris aera* 544.

506. GESALEICVS *ab anno* XVII. *Anastasij Aug. regnauit annos* IIII. *Hunc* GASELICVM *nominat Procopius,* GESALARICVM *alij.*

511. THEVDERICVS *pro cognato* AMALARICO *regnauit in Hispania ann.* XV. *Cum hic Italiae Rex esset. Coepit ab anno* XXI. *Anastasij Imp. iuxta Isidorum, & secundum Concilia Tarraconense, & Gerundense, anno* 523. *aliis* 526.

AMALARICVS *autem inchoauit regnum Iustiniani Imp. anno* I. *regnauit* V *annos, secundum Isidorum, numerando ab anno mortis* Theuderici. *Alij enim numerant ab anno*

ANNO CHRISTI *anno quo Theuderico nepoti (cognato) Hispaniae regnum concessit, vt Concilium Toletanum secundum.* A

531. THEVDIS, *aliis*, THEVDIVS *ab anno* VI. *Iustiniani Aug. regnauit annis & mensibus quinque secundum Isidorum.* XVII

548. THEVDISCVLVS, *ab anno Iustiniani* XXII. *regnauit secundum Isidorum an. Huic anno addit Vulsa menses* V. *dies* XIII. I.

549. AGILA, *aliis* AQVILA: *regnum coepit ab anno* XXIII. *Iustiniano Imp. regnauit annis auctore B. Isidoro. his addit Vulsa menses* III. V.

554. ATHANAGILDVS *ab anno* XXIX. *Iustiniani Caesaris; regnauit annis secundum Isidorum. Vulsae enim annis* XV. *mensibus sex. Addit & Isidorus menses quinque, quibus Rege Gothi caruerunt.* XIV.

567. LIVVA, *vt in nūmis scribitur, non* LIVBA, *aut* LVIBA; *ab ann.* II. *Iustini minoris, regnat an.* I. *cum fratre* LEOVIGILDO *annis* II. *vt scribunt, Isidorus, Vulsa, & Ioannes Abbas Biclarensis.*

568. LEOVIGILDVS, *vt nomismata praeferunt, non* Leouegildus, *aut* Liuuigildus, *regnum auspicatus anno tertio Iustini Aug. regnauit annis, vt* Isidorus & Vulsa tradunt. XVIII. *Anno regni* XVII. *iugulandum curauit filium Catholicum* ERMENEGILDVM: *sic enim in iisdem vocatur nummis, non* Hermegildus: *ex Chronico Ioan. Biclaren. Abbatis.* B

586. RECCAREDVS *ab anno Mauricij Imp. tertio, regnauit secundum Isidorum an. Vulsa adiicit mensem, & dies* X. XV.

601. LIVVA, *ab anno* XVIII. *Mauricij Aug. regnauit iuxta Isidorum annis* II.

603. VVITTERICVS, *vel* Vvittiricus, *vt in priscis spectatur Nummis, non* Victericus *regnum inchoat ab anno* XX. *eiusdem Mauricij. Regnat annos secundum Isidorum. Vulsa enim menses* X. *addit.* VI.

610. GVNDEMARVS, *vt in Nummis cuditur, non* Gundemirus, *anno* VI. *Phocae Imp. regnare coepit: regnauit secundum Isidorum an. Vulsae enim anno* I. *mensibus* X. *diebus* XIII. II.

612. SISEBVTVS, *regnare coepit ab anno* II. *Heraclij Imp. regnauit mensibus sex & an. auctore Isidoro. Vulsa adiicit dies* XVI. *Rodericus Ximenius Archiepisc. Tolet. refert, anno* V. Sisebuti, *Mahomam Romanos oppugnare coepisse.* VIII. C

621. RECCAREDVM II. *paucis regnasse diebus ait Isidorus Hispalensis: Tribus mensibus secundum Isidorum Pacensem: Quattuor annis, vel menses, iuxta Vulsam Episc.*
SVINTHILA, *vt in Nummis antiquis appellatur, non* SCINTILLA, *aut* CINTILA, *eo ipso anno regnat ab anno* X. *Heraclij Imp. secundum Isidorum: qui anno* V. *huius Regis historiam finit. Concilio* IV. *Toletano eiicitur, cum regnasset annis* X.

631. SISENANDVS, *non* SISNANDVS, *regnauit secundum Vulsam, annos menses* XI. *dies* XVI. III.

636. SCHINTILA, *vt in nummis cuditur, non* Cintila, *neque* Scintila: *Regnat annis mensib.* VIII. *diebus* IX. *secundum Vulsam, probatque Concilium Toletanum* V. *primo huius regni anno habitum: quo &* B. Isidorus *Hispalensis vita decessit.* III.

640. TVLCA, *non* TVLCAS, *regnat, auctore Vulsa Episc. menses* IV. *annos vero* II.

642. CHINDASVINTVS, *vt è vetere Inscriptione Emeritensi vocandus, non* Cindasiundus, *aut* Ghindasuintus: *Regnat solus annis menses* VIII. *dies* XX. *Cum filio* RECCESVINTHO, III. *annos,* VIII. *mens.* XI. *dies: vt Vulsa refert; addit autem obiisse* AERA 691. *Calendis Octobris.* VI. D

649. RECCESVINTHVS, *vt in nummis cusum vidimus, non* Reccesiundus, *regnauit an.* XXIII. *mens.* VI. *& biduo, secundum Vulsam: aitque obiisse Cal. Septemb. Aera* 710. *Huius regni an.* XVIII. *obiit* S. Ildefonsus, *vt in eius vita Iulianus tradit.*

672. VVAMBA, *vt in Nomismatis scribitur, non* BAMBA, *Regnauit annis mense* I. *diebus* XIV. *auspicatus Cal. Septemb. regnum, finiensque* XIV. *Octobris die,* Aera 718. *seque regno abdicauit, vt Vulsa Episc. refert. Vixit in coenobio annis* VII. *mensib.* III. *vt ait Alfonsus* III. *Rex in Chronico Ouetensi.* VIII.

680. ERVIGIVS, *vt in nummis impressum, non* ERINGIVS, *coepit regnare à* XIV. *Octob. vsque ad* XVI. *Augusti, aera* 725. *cum an.* VII. *& dies* XXV. *regnasset, secundum Vulsam: sed error in calculo apparet, rescribendumque* annos VI. menses X. E

687. EGICA, *vt in nummis constanter cuditur, non* EGIPSA, *eligitur die* XVI. *Augusti, Rexq; inungitur* XXIV. *Nouembris, vt refert Vulsa. Annis regnauit* XV. *solus* X. *cum filio* VVITTIZA *quinque, vt idem Alfonsus* III. *scriptum in Chronico Ouetensi reliquit.*

701. VVITTIZA, *vt in nummis cuditur, non* VITIZA, *cum parente regnat an. & solus annos* X. *regnandi iam inde ab anno* 701. *fecit initium, vt idem Alfonsus tertius refert. Vulsa vnctum ait* XVII. *Nouembris die, aera* 738. *sed rescribendum arbitror* 739. V.

711. RVDERICVS, *vt nomismata praeferunt, non* Rodericus, *neque* Rodrigus *annum vnum* Gothis pulsis regnauit: *quem etiam caesum regno exuerunt Mauri, Hispaniamque occuparunt propè vniuersam:* clade sane ingenti, ac luctuosa orbi Christiano.

ANTONII

ANTONII

AVGVSTINI

ARCHIEPISC. TARRACON.

ANTIQVITATVM

IN INSCRIPTIONIBVS.

DIALOGVS IX.

DE

INSCRIPTIONVM VSV, ET IN EAM QVAE Barcinone est ad S. Iusti: deque semissibus Vsuris.

A B. SI integrum Tibi ac placitum est, quemadmodum de *Nomismatis* hactenus egimus, sic & de antiquis marmorum *Inscriptionibus* hodie disserere, quas Tarracone multas iam inspexi, & alibi tot, tantaeque exstant, vt ingentia etiam volumina complerint, per mihi sanè gratum feceris. Aueo enim cognoscere melius, & hinc fructum capere non paenitendum. Manu itaque ducas, ac veluti digito viam commonstres, voti vt compos reddar: idemque hic noster, cum quo de hac re egi vehementer exoptat. A. Placet profecto vestrum hoc studium. Si enim pauca illa, quae in nummis adhuc vidimus, verba tam multa nos docent, vt superioribus iam diebus experti sumus; maior sanè vtilitas fuerit *Inscriptionum:* quae
B multis saepe constant versibus. Adhaec si è libris quà cusis, quà calamo exaratis, saepè etiam mendosis, vitas resq; gestas omnium aetatum cognoscimus, certiora ex ipsissimis eorum verbis, rebusque hauriemus. B. Veterem primo appellationem ex te audire cupio: mox de variis earum generibus. A. *Inscriptiones* INSCRIPTIONES. plerumq; nominamus voce Latina, sed quae sit è Graeca ἐπίγραμμα deducta: quãquam etiam adhibemus pro versibus, breuiter & acutè de re aliqua conscriptis: *Epigrammata.* [*qualia Valerij Martialis sunt Epigrammata, & Graecorum in Anthologia.*] Vtque in aedificiis, statuis, ac sepulcris, tituli ostendebant, cui, aut cuius in honorem ponerentur, sic & *Inscriptiones*, quòd litteras inscriptas praeferrent, appellari solent. Quod idem est, vt diximus, cum Epigrammate. Et, si *inscriptum* dixeris, à litteris
C quibus constat, equidem non pugnabo; sed hoc patet latius. Nam & insignia, tapetia, ludique festi Troiani, inscribi etiam solent dicteriis, ac symbolis. *Titulos* quoque antiquitus appellarunt, tametsi & libri titulus sit, & capitis cuiusque, ac Dominicae Crucis, itemq; *Tituli* templorum, quales & Cardinalium Tituli, qui extra vrbis Ro. pomoeria *paroeciae* dictae. C. An ergo Cardinales omnes *Titulos* habent, & paroecias? A. Soli presbyteri habent, funguntur q; Parochi munere: vt interdum etiam diu nimis absentes Titulo priuati fuerint. Episcopi Cardinales vocantur, vel Ostiensis, vel Sabinensis, aut simili modo. Diaconi quoque Cardinales Titulis carent. Mortuis autem inscripta propriè *Epitaphium* nominamus: qua etiam voce abutuntur, qui quasuis inscriptiones *Epitaphia* appellent. B. Tabulae

bulae antiquae Legum, aut Senatusconsulta, quae Romae exstant, & qualem possides Praefecturae, recté-ne *Inscriptiones* nuncupemus? A. Minimè vero. B. Et formulae testamentorum, donationumq; vocari sic poterunt? A. Si vnum tantum testamentum, aut donatio esset, non *Inscriptio*, sed *scriptura* esset appellanda. Verum quando certa de caussa statua, arcus, sacellum, vel tumulus talem continet formulam, *Inscriptionem* dici facile patiar; qualis ea est, quae Barcinone iuxta S. Iusti templum, hodieque spectatur: optima fortasse Inscriptio, & vtilissima omnium, quas habet Hispania, [*& forte etiam extra eius fines cetera Europa, cum Ancyrana illa nuper bono publico euulgata à Busbequio Inscriptione.*] B. Adeo-ne elegans illa est Inscriptio? A. Mox inter scedas illa occurret; tum vtilitatem eius ipse perspicies. Sed ad institutũ redeamus. De nomine quidem iã vidimus: de differentiis autem Inscriptionum quasdam attigi, vt viuis iuxta ac mortuis poni solere: affigi etiam aedibus, vt sacris sic & profanis, arcubusque, pontibus, & id genus aedificiis. Item statuis subscribi, & quidem varijs, vt Deorum, Dearumque, Virtutum, Imperatorum, & illustrium virorum: adde etiam animantium, etsi rarius. Sic & *Epitaphia* personis variantur, virorum, feminarum, libertorum, ac liberorum hominum: imo etiam equorum, canum, & quadrupedum. Altera rursum varietas scribendi est, vt linguarum, Graecae, Latinae, Hebraeae, & similium: soluta quoque ac vincta numeris oratione. Et certè versus partim elegantes, partim etiam rudes sunt, & inelegantes aeui sequioris. B. Alia sane differentia haec est, elegantis & non elegantis. A. Hoc ego discrimen maximè notabam, colligens Inscriptiones: Adeoque tempora cuiusque obseruabam. Omnesque Inscriptiones, M. Tullij positas temporibus segregare solebam. Hinc, quae vel paullò antiquitate priores, vel non longo interuallo posteriores. Tertio, antiquiores illas: denique posterioris saeculi titulos collocabam. B. Sed breuiter Inscriptionum vtilitatem nobis expone, etsi quaedam ex dictis mihi nunc occurrant. A. Vidisti haud dubiè à Paulo Manutio, & Aldo eius filio collectas Inscriptiones, Orthographiae confirmandae causa, & quamuis temporibus non satis elegantium & inelegantium distinxerint: imò & falsas interdum obtrudi sibi passi sunt, quas pro veris venditant. Interdum etiam antiquum, etsi optimum negligunt; arripiunt vero quod ipsis placuit, vtilis alioqui liber & labor est, scripturae confirmandae, rebusque aliis. C. Cur Orthographia lapidum ac marmorum sit amplectenda? cum scalptores illi ac marmorarij rudes plerumque & illiterati fuerint. Quid ni libros potius sequar antiquos, à doctis hominibus descriptos? A. Vt illud extra controuersiam est, M. Tullium disertissimum omnium, vt ille Poëta ait, Romuli nepotum fuisse,

Paulus & Aldus F. Manutij, Romani.

Orthographia.

Quot sunt, quotque alius erunt in annis: *Catullus.*

omnesq; adeo eius aetatis scriptores disertiores, quam priores, posteriores-ve exstiterunt; sic & scribendi ratio tunc optima existimanda. Esset enim maxima reprehensione dignum, bene dicere; scribere autem vitiosè. Constat enim, cur saeculum M. Ciceronis, ac Iulij Caesaris, & aequalium omnium sit habitum praestantissimum, non dicendo solum, sed & scribendo esse consecutos. Quae quidem scribendi ratio in libris manu ipsorum cõscriptis non perdurauit, vt cum nũmis, ac lapidibus conferre liceret. Si enim exstarent ipsorum autographa, illis vterer; faterer que elegantius eos scripsisse quam praedictos artifices, & ideo superuacaneam esse omnem lapidum ac nomismatum inspectionem. Verum cum illa interciderint, nec sperari fas sit; legamus quae lapidi insculpenda mandarunt, etsi libertis, aut rudibus hominibus, & in apertum ipsi protulerunt. Credibile enim eos primum titulos oculis lustrasse, atq; emendasse, quam euulgarent. Suos item adhibuisse, qui sculptori, ac lapicidae adessent: [*qui iidem, vt Ciceroni Tiro, mimatas*

A *tas cerulas & inſcriberent ipſi, & intelligerent.*] Quae tabulae, ac membranae tem-
porum iniuria cum interciderint, marmor, aeſque fuit perennius; tabulaeque ae-
reae, ac nomiſmata eadem non eorum tranſcripta, ad poſteros tranſierũt, quae il-
lorum ipſiſſima verba repraeſentant. C. Sed Grammaticorum argumentis po-
tius, quam librarijs acquieſcendum quidam contendunt. A. Valeant illi. Tu v-
ſum aurei ſaeculi potiſſimum ſequere; ſiue dicere, ſiue ſcribere illorum libeat ex-
emplo. Neque enim analogia, aut etymologia, quibus Grammatici nituntur vſ-
quequaque certa eſt; neque cur hoc aut illo modo ſcribatur, certa reddi ratio po-
teſt, niſi ſic vſos fuiſſe qui rectè aut ſcriberent, aut vterentur illo ſermone. B. Da
quaeſo alias Inſcriptionum vtilitates. A. Non minima ea eſt, qua ſcribae, cauſi-
B dici, quique à ſecretis ſunt, alijque calamo ſibi victum quaerunt; vſi formulis ad
acta deſcribenda pactorum, ſtipulationum, aut Teſtamentorum. B. Vera narras.
A. Formulam *Epitaphij* boni, aut *Inſcriptionis* egregiae hi lapides praeſtant, vt qui
non admiretur & imitetur accuratè, non exprimet feliciter, etſi cetera doctus ſit,
multaeque lectionis. Sed comparemus inuicem titulos aedificiorum huius tem-
poris cum antiquis & Italicis, in Principum inauguratione, pompis ac feſtis,
cum iis quae extra Italiam in Gallia, Hiſpania, Germania, & Anglia, in pegmatis
collocari ſolent, tunc diſcrimen apparebit: quale eſt verſuum ad antiquorũ imi-
tationem, & Tranſalpinorum huius aeui ex praeceptis ſolis. Adhaec ſunt, & alia
cõmoda: ad certius cognoſcenda, quae in libris obſcura ſunt, aut mendoſa: vt ſunt
nomina ac praenomina, & familiae Romanorum, Tribus, Legiones, Magiſtratus,
C Sacerdotia, eorumq; miniſtri, officia, Praefecturae Prouinciarũ, belli imperia, alia-
que militum ſingularia, & id genus ſexcenta. Huius rei exemplũ praebet vel vnus
in ſuis Romanae Reip. libris Onuphrius Panuinius: quiq; Inſcriptionibus ad res
comprobandas vtuntur, & ad veteres illuſtrandos auctores. B. Satisfactum mihi
abundè. Verũ nunc vtilitatem Barcinonenſis illius modo abs te laudatae Inſcrip-
tionis cognoſcere ſtudeo. A. Meminiſti fortaſſe in Iure noſtro Ciuili, quoties mẽ- L. Nihil in-
tio fit Vſurae veteribus vſitatae, quae *centeſima* eſt dicta, vel *ſemiſſis* proportione. tereſt. D. de
Triens autem, aut Beſſis: item duarum centeſimarũ. Dabis etiam mihi, male Ac- Naut. foe-
curſiũ, ceteroſq; ante Hermolaum Barbarũ interpretatos *centeſimam vſuram*, quae nore.
quotannis ſortem aequarit, quaſi centum pro centũ; in *ſemiſſe* vero quinquaginta CENTESIMAE.
D pro centum quotãnis appenderetur; & de ceteris ad eundem modum. B. Memini *Vſurae & Semiſſes.*
ſane, Teque in Emendationũ libris, reiecta falſa explanatione, veram cõfirmaſſe *Lib. 1. cap. 8.*
ſententiam Hermolai, Bartholomaei Socini, Budaei, Alciati, ac Leonardi Portij, *& lib. 2. c. 10.*
probareq; Graecorũ Latinorumq; ſcriptis *Centeſimam* eam eſſe *Vſuram*, cùm ſin- CENTESIMA
gulis menſibus pars centeſima penditur. Itaque de centum vnum quot-menſi- Vſura *quae.*
bus ſoluit, & quotannis duodecim: non, vt putat Accurſius, centum pro centum.
A. Recte tu quidem iudicas, & acu rem tetigiſti. Erit itaq; *Semiſſis vſura*, quãdo ex *Semiſſis Vſu-*
centũ ſingulis menſib. dimidius nũmus penditur, & quotannis ſex, non quinqua- *ra.*
ginta, vt Gloſſae noſtrae ineptiũt. *Triens* adhaec erit, cũ pro centũ tertia vnius pars TRIENS
E penditur, aut pro trecentis ſingulis menſib. vnus; & pro centũ quotãnis quatuor; *Vſura.*
& pro trecentis duodecim quotãnis. Non autem pro trecentis centum quotãnis.
Praeterea in mẽtem tibi reuoca caſum Legis tertiae in fine, Titulo, *Ad legem Falci-
diam*. Legauit enim quidã patriae duodecim aureos quotãnis, vt Muſicis in qua-
dã feſtiuitate ſoluatur. Cupit vero heres quartã demere partem, Legis Falcidiae
beneficio, quãdoquidem legatis ſoluẽdis non ſatis in bonis erat. Vult inquã heres
Legis illius beneficio quartam eximere partem. Quomodo hoc igitur aeſtimandũ
legatum? Paulus Iuriſconſultus ait, Marcellum declaraſſe, numerandum, quanta
pecunia legato perſoluto de duodecim ratione trientis vſurae, ſors aequaretur, tã-
tiq; aeſtimaretur. de trecentis itaq; cum duodecim pendi ſoleant, iuſta haec erit

 aeſtimatio,

aestimatio, non triginta sex aestimãda, de quibus soluendũ Legi Falcidiae, hoc est A
nouẽ, restabũt septem & viginti; quibus censum duodenarij, ac ne dimidiũ quidem redimat. B. Intelligo iam discrimen opinionis vtriusq; in hac Pauli Iurisconsulti lege. Neque dubium quin verius Graeci, quam Accursius, caeteriq; eius asseclae explicarint. Sed quî Inscriptio Barcinonensis huc pertinet? A. Quaerenda primũ ea est; qua inuenta, cum Hermolao Barbaro facere, meridiana clarius luce apparebit. Eius hoc principium est: L. CAECILIVS. L. F. PAP. OPTATVS. B. Iam repperi. Sed haec nonne ab Ambrosio Morali in Annalibus, & Antiquitatibus Hispaniae allata est? A. Est, & non est. B. Qui fieri id potest? A. Quia nec benè recitat, nec interpretatur rectè; quando quidem vitiosè descriptam nactus est: vt amicus quidam tricies hîc errasse deprehenderit. B. Doleo sane. Si enim in reli- B
quis interpretandis lapsus est, Cyriaco est Anconitano comparandus. A. Praua nimis comparatio. Hic enim Cyriacus Inscriptiones fingendo commentus est,
Infra Dial. x. vt Io. Annius Viterbiensis Berosum & Metasthenem supposuit. At non idem Morali propositum; imo vera narrare studet, animique sensa piè & candidè profert, faceturque vitiosè transcriptam habuisse. Eam *Inscriptionem Barcinonensem* primum repraesentabo: mox, si potero, explanabo.

L. CAECILIVS. L. F.
PAP. OPTATVS
>. LEG. VII. G. FEL.
ET > LEG. XV. APOLLIN.
MISSVS. HONESTA
MISSIONE. AB. IMP.
M. AVR. ANTONINO. ET AVR.
VERO. AVG. ATLECTVS AB. ANTE
INTER. IMMVHES CoNSECvT.
INHONORES AEDILICIOS
II VIR III FLAM. ROMAE
DIVORVM ET AVGVSTORvM
QVI R.P. BARC. ITA. L^c. DO LEGO
DARIQVE VOLO -X-VIID EX
QVORVM VSVRIS SEMISSIBVS.
EDI VOLO QVODANNIS SPECTAC.
PVGILVM DIE IIII IDVVM. IVNI
VSQVE AT -X- CCL. ET EADEM DIE
EX -X-CC OLEVM IN THERMIS PVBLIC.
POPVLO PRAEBERI ET TECTA PRAES
TARI EA CONDICIONE VOLO
VT LIBERTI MEI ITEM LIBERTORVM MEOR.
LIBERTARVMQ. LIBERTI QVOS HONOR
SEVIRATVS CoNTIGERIT.
AB OMNIBVS MV
NERIBVS SEVIRATVS EX
CVSATI SINT. QVOT SIQVIS C
EORVM AT MVNERA
VOCITVS FVERIT
TVM EA XVI D AT
REMPVB. TARRAC.
TRANSFERRI IVBEO
SVB EADEM FORMA
SPECTACVLoRVM QVoT
SS EST EDENDORVM
TARRACONE.

D

L. D. D. D.

Integrè

A

Integrè ſic lego:

Lucius CAECILIVS *Lucij Filius, Papiriâ,* OPTATVS, *Centurio Legionis Septimae Geminae Felicis, & Centurio Legionis quintaedecimae Apollinaris: miſſus honeſta miſsionē ab Imperatore Marco Aurelio Antonino, & Aurelio Vero Auguſtis: adlectus ab-ante inter immunes conſecutos honores Aedilicios, Duum-Vir ter, Flamen* ROMAE *[Deae] & Diuorum Auguſtorum, qui Reipublicae Barcinonenſi ita legauit:* DO LEGO, *dariq́ue volo Denaria ſeptem [millia] quingentos. Ex quorum vſuris ſemiſsibus edi volo quotannis ſpectaculum pugilum die quarto Jduum [hoc eſt* 10. *die] Iunij, vſque ad Denarios ducentos*
B *quinquaginta: Et eâdem die ex Denariis ducentis oleum in thermis publicis populo praeberi, & [ſarta] tecta praeſtari ea conditione volo, vt liberi mei, item libertorum meorum libertarumq́ue liberti, quos honor Seuiratus contigerit, ab omnibus muneribus Seuiratus excuſati ſint. Quod ſi quis eorum ad munera vocatus fuerit, tum ea Denariorum ſeptem millia quingenta ad Rempublicam Tarraconenſem transferri iubeo, ſub eâdem forma ſpectaculorum, quod ſupra-ſcriptum eſt, edendorum Tarracone.*

LOCVS DATVS DECRETO DECVRIONVM.



A. Posita haec Inscriptio *L. Caecilio Optato*, ob gratam relictae pecuniae Ciuitati Barcinonensi memoriam, forte in basi statuae. B. Exstat-ne statuae mentio? A. Nulla: verum quòd ita sine verbo incipiat, exaudiendum forte τὸ EST, quasi diceret: *Hic est Lucius Caecilius*: alioqui mox in his verbis: QVI R.P.BARC.DO-LEGO. redundabit prouocabulum QVI. Extrema quoque illa marmori insculpta L.D.D.D. ad statuam magis, quam ad reliqua marmori inscripta, pertinere videantur, B. Quid sibi hae litterae singulae volunt? A. Lego equidem *locus datus decreto Decurionum*: Et lapis iste quem inspeximus, quadratam fuisse basim statuae ostendit. B. Singula mihi, quaeso, ordine explana: A. Mos tibi geratur: Initio ad illa vsque verba: QVI R.P. nomina, Tribum, parentem, & militiaria officia, honoremque sibi à Marco & Lucio Antoninis Augustis habitum: item Magistratus, quos gessit, ac sacerdotium Flaminis recenset. Altera vero parte legati formulam continet, testamento relicti Barcinonensi vrbi, certae pecuniae, cuius fructu, aut semissi, vsura certa quaedam fieri iubet, pecuniae numero apposito, & quantum quotannis expendendum. Qui calculus vsquequaque respondet Graecorum de semisse vsura interpretationi: vt rem illos acu tetigisse, ac scopum feriisse necessario concludatur. B. Est quod gaudeam. Columellae enim verba ab Hermolao allata, depràuata erãt, & Codicis Theodosiani interpretis: & Graecorũ quorundam numeri non per omnia quadrabant. Verum singula, quaeso Inscriptionis, quia alibi haec quoq; sunt aliis profutura, exponere graue ne sit. A. Principio illud tenendum, duo esse Inscriptionis latera, quales fere in libris, quas *columnas* vulgo appellamus; olim *paginas*, vel diminutè *pagellas*. Altera itaque pagina incipit SEVIRATVS. B. Sed haec verba, vltimo versui primae columnae L.D.D.D. non adhaerent. A. Ita est: Sed litterae illae singulae in fine legendae, nec suo stant loco. Primo tamen sunt lateri marmoris affixae, vt obuiae magis sint, cadantque citius sub aspectum, néve quis lapidem, sciens decreto Decurionum ibi positum, mouere loco auderet. C. Geminae litterae DD. legi-ne possent *Duumuirum Decreto*? A. Inuisitatum est ita *Duumuiros* scribere, vt è nummis Antiquis Coloniarum colligo; in quibus perpetuo II. VIR. & in vno II. VIR. in altero etiam D. D. sed post Duumuirorum nomina. Aliàs semper II. VIR. *Duumuirum* autem *decreto* dici non solet, vt *decreto Decurionum*. Clarum id è Titulo, *De decretis Decurionum*. Adhaec *Decreta* non Duumuirûm sunt, sed Decurionum, vt *Senatusconsulta* Senatus erant, non Consulum: vnde illis nomen inditum, neque dicta vnquam *Consulum*, sed *Senatusconsulta*. B. Decuriones hi cuius erant oppidi? A. Barcinonis vrbis, quam tunc *Coloniam* nominauit Plinius, additque *Fauentiae* cognomentum, *ac Piae*. Et supra docuimus, deducta recens Colonia centum statim *Decuriones* legi solitos, qui Romanis Senatoribus pares illic auctoritate essent: totidem etiam Romae initio Senatores, facta iam ex Alba Longa Colonia. Hinc Propertius:

Duum-viri. | Decretum Decurionũ | Senatus-Consulta. | BARCINO Colonia. Dial. VII. | Lib. IIII. Eleg. I.

Centum illi in prato saepe Senatus erant.

B. Barcino, à familia Barcinonis; an Carthaginiensium fuit Colonia? siue ab Hercule condita, cum Barca nona mari mediterraneo veheretur? A. Quae de *Barca nona* fabulantur ob vetustatem vera-ne sint, scire non possumus, Carthaginiensiũ potius fuisse credam Coloniam, à similis, *Barcinonis* cognomento, ducis Carthaginis, & quia *Punica Barcino* Ausonio est ad Paulinũ Epistola. Verum pulsis Poenis Romani eò Coloniam duxerunt, quo tamen anno incertum. Venio ad marmoris verba: L.CAECILIVS.L.F.PAP.OPTATVS. En tibi gentis aut familiae *Caeciliae* longè antiquissimae, etsi Plebeiae Romae, mentio statim occurrit, quae & à Caeculo Vulcani filio, qui Praeneste condidit, genus repetebat. De hoc ita Maro:

Nec

A *Nec Preneſtinae fundator defuit Vrbis* *Aeneid.VII. v.678.*
Volcano genitum pecora inter agreſtia Regem,
Inuentumque focis: omnis quem credidit aetas
Caeculus—— Et alibi: *Lib.x.Aen. v.543.*
Inſtaurant acies Volcani ſtirpe creatus
Caeculus——

Feſtus Pompeius duas adfert opiniones de *Caeciliae* gentis origine: vel à Caeculo Praeneſte conditore: quod oppidum hodie *Paleſtrina* eſt: vel à Caecade Traiano comite Aeneae. Stirpis huius fuit *Caecilia Tanaquil*, L. Tarquinij Romanorum B Regis quinti vxor, & poſt ſaeculis aliquot interiectis nobilis Metellorum familia, aliorumque hinc propagata. Praenomen huic *Lucij* datur, quod & parentis fuit. Vnde efficitur natu maximum inter liberos fuiſſe; itemque ingenium, cum parens praenomen haberet, triaque nomina honeſta ac Latina habuiſſe. Dictus enim *Lucius Caecilius Optatus.* Praetereà, quia tribum habebat. B. Dic Tribus nomen? A. *Papia*, vel *Papiria.* B. Sunt-ne Tribus binae, an vnius duo nomina? A. Incertum id, & ambiguum, vt pleraque antiqua, & à memoria remota. Illud certum, ab antiquis ſcriptoribus ac marmorũ titulis *Papiriam* tribum diſerte nominari; in nonnullis etiam lapidibus *Papiam.* *Papiria* itaque vetus eſt Tribus, vna de triginta quinque Tribubus ruſticis. *Papia* vero extra ordinem numerumque cenſetur, & forte an curiae ſit nomen. B. Cur Tribus nomen cognoC mento antecedit, ſequiturque poſt L. F? A. Praeter vſitatum priſcis morem titulos ita collocandi cauſa alia non occurrit, idemque ſeruatum in Senatuſconſultis à M. Caelio allatis, lib. VIII. Epiſtolarum Ciceronis ad Familiares: iterumque Philippica IX. qua ſtatuam ponendam perſuadet Iuriſconſulto excellenti Seruio Sulpicio. Sic enim nominat: SER. SVLPICIVS. Q. F. LEMONIA. RVFVS. Aſconius quoque Pedianus in Verrinam ſecundam, Romanos† notat nominari ſolitos Tribus, aut Curiae cognomento, in quibus cenſerentur, idque auferendi caſu, apparetque in multis à Paulo Manutio in librum illum Epiſtolarum Cicer. octauum recitatis * Inſcriptionibus, ciuitatis nomen, aut Municipij, vnde quis originem duceret, vt Bononia, Florentia, Luca, Verona, Tarracone. Eſtq; locus inſignis Cõmentariorum Caeſaris belli Ciuilis lib. III. vbi plures ſic nominanD tur milites. B. Hic itaque L. Optatus *domo Barcinone* ſcribi debuit? A. Recte quidem, niſi Barcinone poſita Inſcriptio eſſet. B. An alibi *Optati* cognomentum reperias? A. Equidem non memini. † Noui tantum *Optatum Mileuitanum*, qui ſancti Auguſtini temporibus, [*contra Haereticum Parmenianum ſcripſit libros ſeptem, ad ſchiſmata Donatiſtarum. Meminit enim lib.* II. *Siricij Pontificis, qui Damaſo ſucceſſerat.*] Apud Terentium legi *Optata loqueris*, & Virgilium *Coniugium optatum.* Igitur Latina vox eſt: idque forte agnomen datum, quod optando Patri ex voto natus eſt. [qualem Catullus *Deſiderium parentis* nominaſſet] niſi forte heredi-E tate acceptum eſt cognomentum. Nunc ſequentia ordine legamus. B. Quin tu potius legis. Notas enim, & vncinos legere non dedici. A. Quid ais? B. Vide quaeſo quid ſequatur: > LEG. VII. G. FEL. ET > LEG. XV. APOLLIN. A. Lege: *Centurio legionis ſeptimae geminae felicis, & Centurio legionis quintaedecimae Apollinaris.* B. Sane non diuinaſſem. Sed cur hac nota > pro *Centurione* eſt vſus? A. Facile mihi dabis C ſolum ſignificare Caius, vel centum. B. Aſſentior, vt teneor. A. C ſi inuertas neutrum horum deſignet. B. Audire memini tunc *Caiam* ſignificare, ſcribendo: Ɔ. L. pro, *Caiae Libertus.* A. Sic ferè de libertis feminarum Inſcriptiones praeferunt. Nam feminae omnes *Caiae* antiquitus dictae à *Caia Caecilia Tanaquile*, de qua matrona nuper admodum mentio incidit.

† *Cicero quoque cum Arpinatibus in tribu Cornelia cenſebatur: vt ait Liuius lib.* XXXVIII.

* *Tribuum quoq; Rom. nomina, & Inſcriptiones attulit Did. Couarruuias lib.* IIII. *Reſolutiõ. Variar.*

† OPTATI *plures in antiquarũ Inſcriptionum volumine: & Coſ. in Faſtis Onuphrij an.* M.LXXXVI. *D. Hieron. de Eccleſiaſt. ſcriptoribus, & Martyrol. Rom.* 4. *Iunij.*

> Centurionis nota

Cic. pro Muraena. Plutarch. & B. Briſſonius.

C. Male

C. Male itaque iudicant, qui *Luciam*, & *Publiam* inuersa littera L aut P scribendum opinãtur? A. Nusquam certe videre contigit. Sed paenè dixerim hanc notam > pro *Centurione*, quasi C inuersum positum, etsi diplae magis appareat. A

SCHOL. *Centesima* quoque *Vsura* per C. inuersum scribebatur. Volusius Maetianus, vt quidem Scaliger restituit; lib. de re Nummaria pag. 89. *Centesima, quae commodi, aut vsurarum nomine ad sortem applicaretur, sicilico, id est,* C *auerso, eo notatur, quod quum* C *centum significaret, conuertebatur ad eam summam, cuius centesima futura erat. Et siue vna conuenerat, vnus Sicilicus, siue plures, tot Sicilici ponebantur.* B. Quid hoc verbi est *diplae?* A. Graecum, sonatque duas lineas in angulo concurrentes: qua voce & Cicero in Epistolis ad Atticum sit vsus, formamque ponit Isidorus in lib. I. Originum, seu Etymologiarum. B. Laudare-ne auctorem potes, qui hac nota seu dipla Centurionem designari affirmet? A. Opinor equidem, (nisi me memoria fallit; neq; enim ad manum liber est) in Velij Longi Orthographia reperiri, quem olim scriptorem Romae legimus. B. Centuriones autem cur dicti? A. Quòd centuriae militum praeessent, vt qui decuriae *Decurio* dictus: & centuriae eadem nota seu dipla signantur in variis Romanis Inscriptionib. B. Si Centuria centum est militum, multae sane cum Centurionibus in quaque Legione habebantur? A. Recte dicis. B. Cur igitur iste vnius Legionis Centurio, inter tot tantasque nominatur? A. Quiuis Centurio eius Legionis hoc tenebat nomen: etsi suspicor primi-pili Centurionem fuisse: quod munus militiae honoratissimum est habitum. B. Hoc non assequor. A. Romanus exercitus tres in partes diuisus erat, eorum qui pedites militabant; puta in *Principes, hastatos, & triarios. Triarij* ceteris magis exercitati, & vltimo pugnabant loco: vocabanturque *primi-pili*, & caput eorum *Centurio primi-pili*, & varijs belli erat praerogatiuis munitus. B. Hi fortasse *primi-pilares* sunt, quos libro ad Modestinũ *de Excusationibus* explanasti. Legionum harum an alibi mentio exstat? A. Tu lege quae Onuphrius Panuinius in suos retulit *de Repub. Romanorum* Commentarios: quodq; his auctoritate praeponderat, duplex est columna vetus in Capitolio Romano, cum XXXIII. Legionum nominibus. Locus item Dionis Cassij lib. LV. Tu perge, iam enim notae non amplius occurrent. B. MISSVS. HONESTA. MISSIONE AB. IMP. M. AVR. ANTONINO ET AVR. VERO AVG. B. Centurionem hunc honesta de causa militia abiisse paret. Quod differentiae caussa vsurpatum, contra eos, qui ignominiae caussa ob delictum exauctorabantur. *Augustorum* autem istorum frequens in Iure ciuili mentio, appellatique *Diui fratres*, etsi fratres non essent natura, sed adoptatus vterque ab Antonino Pio. Verus quidem L. Aelij Caesaris filius fuit, qui ab Hadriano Imperatore adoptatus fuerat, antequam Titum Antoninũ Pium adoptasset. Veri autem praenomen *Lucius* erat; luxuriae ac deliciis deditus. Marcus autem Antoninus Philosophi est cognomento, bonus ac mitis Caesar. Notandum autem AVG. pro Augustis multitudinis numero hic scribi, vt COS. pro *Consulibus:* eaque vetus scribendi ratio fuit. Post enim induci coepit sub Imperatoribus, vt scriberent: AVGG. & COSS. & IMPP. quodque magis mirandum, de tribus totidem litteris scriptum IMPPP. AVGGG. COSSS. pro *Imperatoribus. Augustis. Consulibus.* Quid hinc sequitur? B. Vorago quaedam, atque abyssus: ATLECTVS. AB. ANTE. INTER. IMMVHES. CONSECVT. INHONORES. AEDILICIOS. A. Bis hic scribendo peccatum: in voce quae AB subiungitur & INHONORES. B. Tertiò quoq; peccatum in ATLECTVS per T pro D. Immo & quarto IMMVHES cum H pro N. A. Fingamus perdices edi semi-putidos, malum itaque resecantes bono vescamur edulio. Lego itaque. *Adlectus ab ante [scriptis] inter immunes consecutos honores Aedilicios.* B. Ita si legamus, nihil obscurum. A. Audaciae huius meae reddenda ratio T pro D in prima voce non valde

me

Marginalia: Dipla, *quid.* — *Centuriones.* — *Primi-pilus.* — *Ald. Manutius Notis ad Sallust.* — *Did. Couarruuias lib. 4. Variar. Resolut. cap. 16.* — B — C — D — E

A me turbat. Frequens enim erat illis & vsitatum temporibus. Fabius enim Quin-
ctilianus regulā, velut in re obscura, tradit: *Ad praepositio, Ac coniunctio.* Proximū
vero compendium sic equidem lego: ABANTE, pro AB-ANTE. cumque sit ver-
sus extremum, S. tantum appono, vt sit *antescriptus:* vt in fine huius Inscriptionis
deprehendes SS. pro *suprascripta.* C. Amicus quidam legi posse opinabatur; A
BARC. pro *A Barcinonensibus.* A. Quid mihi olim in mentem venerit, dicam. AB
ANT. legendum videri pro *Antonino:* sed inspecto mox marmore vidi E adiectum.

SCHOL. ATLECTVS AB-ANTE,] T. *pro* D. *&* *retro*, D. *pro* T. *hic saepe positum*
praepostere, vt Quod-annis *quiuis deprehendat, & docet Pet. Ciaconius in Columnam ro-*
stratam C. Duilij. AB-ANTE, *vero hic idem quod simpliciter* Ante; *vt Graecis* πρὸ τοῦ, *De-*
B *mostheni vero* τὸ πρότερον, καὶ ἔμπροσθεν, *Cicero ad Atticum, Epist.* 19. *Bibulus Comitia in-ante*
diem XV. *Kal. Nouemb. distulit. Et Propertius lib.* II. *Eleg.* 3.

Si quis vult famâ tabulas anteire vetustas.
Hic dominum exemplum ponat in-ante suum.

Rauennae quoque saxum sic incisum: NEQVE. AB-ANTE ALIAM PONAT. *pro:*
Neque anteponat aliam.] H vero pro N prono errore scriptum opinor, & par-
uum flagitium. CONSECVT. pro *Consecutos*, non audaciae sed interpretationis
opus est, nisi me amo. B. Legissem *Consecutus* nisi tu *Consecutos* suggereres A. Lo-
co attentius inspecto vidi fore vt non benè antea legeretur *Adlectus inter immunes,*
si bene esset subiectum *Immunitatem consecutus.* Persuasit & illud, quod aliàs mo-
nui, qui iure Latij vterentur, si Magistratu in Colonia sua aut Municipio vteren-
C tur, Romanae ius ciuitatis obtinuisse: vt auctor est Strabo, de Nemauso Galliae *Strabo li.* IIII
colonia agens. Sic Augusti, dum hunc aedilicium faciūt, vnà etiam aedilium Bar- *Geogr. initio.*
cinonensium praerogatiuam contulerunt: vtque Barcinonenses *immunes* erant:
sic & Optatus iste. *Immunes* autem fuisse Barcinonenses Paullus Iurisconsultus,
Titulo *de Censibus* refert. B. Si omnes Barcinonenses immunes erant, nihil igitur
huic collatum: quia vt Barcinonensis *immunis* erat. A. Inscriptioni huic potius
credam, quam illi Iurisconsulto: etsi non ait omnes fuisse immunes; vt diuinare
liceat Magistratus tantum immunes fuisse, iccirco dixisse: neque à Plinio *Immu-*
nis Barcino cognominatur, vt Caesaraugusta, & Illice, quae hodie *Alicante.* Vel
planius nodum sic expediam. Vespasianum enim idem Plinius refert, ius Latij
D toti contulisse Hispaniae. Adhaec dicamus, aedilicium creatum cum pari cete-
rorum immunitate. B. Quid de falsa scriptura INHONORES dixeris? A. Du-
plex hic cuneus occurrit. Primo natum errorem ex abusu loquendi, vt degene-
rante lingua Latina dixerint: *Consecutus inhonores* pro *Consecutus honores.* Deinde
suspicor *immunes* chartae inscriptum fuisse: Librarius Grammaticus corrigere id
voluit, & IN ad oram adscripsit, mox latomus ante *honores* collocandam praeposi-
tionem censuit. C. Nonne H in N verti debet in IMMVHES? A. Planum id; Sed
ad reliqua gradum faciamus. Subdit II. VIR III. hoc est *Duumuir ter,* significans
ter Duumuiri magistratum gessisse, qui erat quasi Romae Consul, vt aliàs dixi-
E mus, idque Barcinone. Nam si alibi, non praeterijsset silentio. B. Cur itaq; ho-
die *Consiliarij* vocantur, qui Duumuiri appellandi? A. Viridi id libro de more es-
set ibidem inscribendum; rectè tamen suas seruant mordicus Consuetudines. Ma-
gistratum hic excipit Sacerdotium Flaminis: FLAM. ROMAE. DIVORVM ET
AVGVSTORVM. B. An Romana in vrbe Sacerdos fuit? A. Non existimo, sed *Roma pro*
in Hispania, & *Romae*, non de vrbe, sed de Dea ipsa accipiendum. Moueor ad id *Dea culta,*
opinandum tot tantisque Augusti nummis, ac Tiberij, cum templo impresso, *ait Pruden-*
& his litteris: ROMAE ET AVG. cumque templum fuerit, Flaminem habuisse *tius, Ruti-*
nihil mirum. B. Ergo copula ET traiecta est, & reponendum: *Romae & diuo-* *lius, Sex*
rum Augustorum? A. Non existimo, sed tres diuersas nominari personas: Ge- *Frontinus, Martial. Xiphilinus, & alij.*

nium Romae; & Imperatores vita functos; denique etiam viuos. C. Talis *Flamen* inter eas, quos M. Varro recenset, non nominatur. A. Ecquid mirum? suae enim aetatis Romae Flamines enumerat. Hic Flamen neque Romae fuit, neque illis temporibus. Flamines autem extra Romam etiam fuisse notum è Miloniana Ciceronis, cum ait: *ad Flaminem prodendum Lanuuij.* Possum & Flamines Tarraconis ac Barcinonis ostendere his verbis conceptos: FLAMEN PROVINCIAE HISPANIAE CITERIORIS. FLAMEN COLONIAE TARRACONENSIS, aliosque, FLAMEN quoque AVGVSTALIS, in multis Inscriptionibus, cum Romae, tum extra Romam legitur. Queritur & M. Tullius in Philippicis Caesari Iulio Flamines datos, in quibus & M. Antonius fuerit. Nihil dicam de archiflamine, qui in Gratiani † Decretis nominatur, dum opus illud Gregorij XIII. Pont. auctoritate prodeat, vt prodiit emendatum. B. Lente nimis prodit hoc opus, diu multumque expectatum. A. Sic operis difficultas postulat. Verum ad rem vt redeam, priusquàm ad alteram Inscriptionis partem transeo, notabis tria hominum genera, quibus hic sit vsus honestè Optatus, recenseri. Primo: Centurionem duarum Legionum, dum adolescens militat; indeque Aedilicius factus: post ter Duumuir in administranda Republ. idque in aetate virili. Senex tandem Sacerdotium Flaminis adeptus est. Polybium memoria teneo lib. VI. monuisse, ciuium Romanorum neminem Magistratū Romae, nisi decem antea annis militasset, gerere potuisse. B. Hinc adeo militares Romani, fortesque exstiterunt. A. Imo hinc fortè pessum ierunt. Ad hunc modum in variis marmoribus officia, ac sacerdotia cuiusque recenseri solita; exstatque C. Plinij minoris Epistola, qua statuam poni iubet aeris Corinthij Comi, seu Veronae, in aede Iouis, qua Magistratus, quos gesserit, enumerentur. Venimus ad secundam partem. Tu lege deinceps. B. Remora hic rursum superiore maior. A. Non memineram sane. Clarum illud est: QVI. R. P. BARC. mox nota quaedam ad legendum difficilis, sed bifariam lego semel † A. L^G pro ITA. LEG. hoc est, *Ita legauit.* Altero modo: † AL^C. pro ITALIC. quod Barcinonensis vrbis fortasse cognomen fuit. At in aliis Titulis Barcinioni alia attributa cognomina, vt nuper exposui: COL. F. I. A. P. BARC. B. Ea sic legebas memini: *Coloniae Fauentiae. Iuliae, Augustae, Piae, Barcinonis.* Sed legi posset pro I. *Italicae.* A. Non infitior, placet tamen magis quod prius occurrerat: *Ita legauit*, neque tam eleganter dixeris, *Qui Reip. do lego*, vt hoc modo: *Qui Reip. ita legauit, Do lego*; Sequitur hinc: DO LEGO DARIQVE VOLO -X- VII D.

† Dist. 80. initio, & c. 2. Vide A. August. Dial. XV. de Emendat. Grat.

Plin. lib. III. Epist. Ex hereditate.

Dial. VII. initio, & sup. Dial. IX.

SCHOL. [DO. LEGO. DARIQ. VOLO -X- VII. D. *Exponit aliter Iosephus Scaliger libello postumo* De re Nummaria: *Legatum, inquit, denaria septem, quingenti, vt tunc loquebantur: id est, Denariorum septem millia quingenti. Semissis vsura in duo membra scissa, in* CCL. *&* CC. *denarios, qui fiunt vna* CCCCL *denarij, quod verum est.* B. Quid hae sibi notae volunt? A. *Denarium septem millia quingentos.* B. Denarij notā dixeras nuper X esse, quod decem assibus valeret. A. Idem nunc dico. Sed virgula accessit transuersa, ne numerus putaretur, legereturque XVII. *Mil.* B. Cur VII. cum linea supra posita septem millia significat? Superius vero in hac ipsa inscriptione: LEG. VII. est *Legio septima.* & II. VIR. III. est *Duūmuir ter.* A. Hae notae vsu discuntur, & ex adiunctis cognosci possunt. Nemo enim dixerit Legionem illam septenam millesimam fuisse, neque virum duorum millium, neque ter millies creatum. Sed nunc cum post VII. sequatur D. quae littera quingentos significat, necessario praecedat maior numerus quam centenarius necesse est. Itaque recte *septem millia Denariorum* hic legimus. B. Romanos pro millenis hac vos puto nota ∞ & pro *quinq. millibus* alia nota, quae nunc non occurrit; tu quaeso suggere, qua forma Romani scribebant bis, ter, quater, quinies, sexies mille, ac deinceps, cum

linea

A linea numeris inſcripta non vterentur. Morem, & hic tibi geram: ita notabant Romani.

cıↄ. vel ∞ Mille, 1000.
∞ ∞. bis mille, 2000.
∞ ∞ ∞. ter mille, 3000.
∞ ıↄↄ. quattuor millia, 4000.
ıↄↄ. quinque millia, 5000.
ıↄↄ ∞. ſex millia, 6000.
ıↄↄ ∞ ∞. ſeptem millia, 7000.
ıↄↄ ∞ ∞ ∞. octo millia, 8000.
B ∞ ccıↄↄ. nouem millia, 9000.
ccıↄↄ. Myrias, Decem millia, 10000.
ccıↄↄ ∞. vndecim millia, & ſic deinceps.
ccıↄↄ. ccıↄↄ. viginti millia, 20000.
ccıↄↄ. ccıↄↄ. ccıↄↄ. triginta millia.
ccıↄↄ. ıↄↄↄ. quadraginta millia.
ıↄↄↄ. quinquaginta millia, 50000.
ıↄↄↄ. ccıↄↄ. ſexaginta millia, 60000.
ıↄↄↄ. ccıↄↄ. ccıↄↄ. ſeptuaginta millia.
ıↄↄↄ. ccıↄↄ. ccıↄↄ. ccıↄↄ. octoginta millia.
ccıↄↄ. cccıↄↄↄ. nonaginta millia.
C cccıↄↄↄ. centies mille, 100000.

Hanc notam aliis multiplicabant centuriis, donec iſta reperta figura eſt: |x|. pro *Decies centena millia*. B. Idem-ne Decies, quod vulgo Hiſpani *Cuento* nominamus, aut *Million*. A. Idem eſt, & nuper Petrus Ciacconius tabellam ad me Roma miſit deſcriptam ex antiqua Fuluij Vrſini: quem *Abacum*, ad numerandum aptum vocabant. Viſuntur hic figurae I. X. C. ∞. ccıↄↄ. cccıↄↄↄ. |x|. B. Deeſſe huic abaco video V. L. D. &c. A. Recte mones, ſed hi ex libris petuntur, multiſque Inſcriptionibus. B. Vnde colligis numerorum notas ſupra centum millia non habuiſſe Romanos, ſed deinceps eaſdem quoties opus eſſet iteraſſe figuras?
D A. C. Plinij auctoritate id didici, Romanos ad centum mille vſque numerare tantum potuiſſe. B. An hoc verum eſt cum *Decies* dicerent, pro Millione? A. *Decies* aut *Deciens*, tantum decem vices ſignificat; dicebatur tamen conciſe pro *Deciens centena millia*. Interdum etiam breuius *Deciens centena*, vel *Deciens*. Qui ergo dicit *Decies centena millia*, ſatis arguit ſupra hunc numerum, niſi *centena millia* identidem repetat, numerare non poſſe. B. Recte nunc aſſequor, quod dicis. A. Probatur idem aptius Inſcriptione columnae roſtratae C. Duilij, qua nota haec centum millium ſaepe iteratur, & ſi tunc in vſu fuiſſet nota illa qua *decies centena millia* poſtea notarunt, vtique poſuiſſet. B. Ad duos, tres-ve, plures-ve milliones, vt hodie nominamus, deſignandos qua-nam ſunt vſi figura? B. Hac potiſſimum. Plin. lib. 33. cap. 10.

E |xx|. *Viciens*. Duo milliones.
|xxx|. *Triciens*. Tres milliones.

Et ſic deinceps. Sed ad Inſcriptionem explanandam reuertamur. B. Quanto breuior trita eſt hodie numerandi noſtra ratio. Sed dic quaeſo, cur litterae D virgam adiiciunt, vt *quingentos* denotet? A. Ne cũ aliis vocibus ac litteris legendo permiſceatur, né-ve praenomen ex illa faciant; qua in re plerique labuntur. B. Quis hic error eſt? A. Dicam. Scriptũ occurrit *D. Silanus*: legunt multi *Decius Silanus*, pro *Decimus*. Decius enim non praenomen eſt, ſed gentis, aut familiae nomen, è qua tres Decij pro Repub. ſe deuouerũt. Auctor quoque Rhetoric. ad Hereuniũ, lib. III. de

memoriae imaginibus agens, si denarij numeri meminisse Orator volet, meminerit, inquit, Praenominis *Decimi*. C. In Ser. Galba complures lapsos memini, qui *Sergium* pro *Seruio* legerent. A. *Sergia* gens vetus Romae, à Sergesto profecta, cuius & Maro meminit; eiusdemque gentis fuit *L. Sergius Catilina*, coniurationis in Remp. auctor. Galba vero Imperator *Sulpiciae* gentis fuit, in qua & *Seruius Sulpicius* Iurisconsultus noster: estque penes me nummus ita inscriptus: SER. SVLP. GALBA. B. Quanti aestimas Inscriptionis illam summam, septem millium, & quingentorum denariorum? A. Si septima quaeque vnciae argenti respondent, & octo drachmae vnciae similiter aequiualent, ergo septem millia denariorum vncijs mille valent, hoc est, octo drachmarum millia efficiunt. Quingenti vero denarij efficient drachmas seu denarios (quos *Reales* vulgo nominant) plus minus quingentos septuaginta vnum, etsi illis temporibus denarij, & drachmae octo vnciae aequiualebant. Vt autem calculus vsurarum respondeat, demus octo Regales Castellanos fuisse. Ad alia transeamus. B. EX. QVORVM VSVRIS SEMISSIBVS. EDI VOLO QVODANNIS SPECTAC. PVGILVM DIE IIII IDVVM. IVNI VSQVE AT -X CCL. His in verbis duplicem deprehendisse videor errorem. Scribendum enim QVOTANNIS non QVODANNIS: Et in extremo AT, pro AD scriptum video. A. Nuper monui has Mutas T & D. inuicem saepe permutari, testante etiam Quintiliano. B. EDI, rectè-ne absque diphthongo scribitur? A. Rectè; itaque semper in Pandectis Florentinis Titulo *De edendo*; etsi cum diphthongo *Aedilis* scribitur. B. Illud SPECTAC. PVGIL. quomodo legam? A. *Spectaculum pugilum*. B. Pugiles sunt-ne iidem qui gladiatores? A. Etymon vtriusque vocis diuersum: A pugnis enim *pugil*: à gladio verò *gladiator* deriuatur. Pugnis igitur pugnabant pugiles; gladiis vero feriendo gladiatores. B. Ecquae voluptas pugnis videre inuicem percutientes? A. Eadem quae Senensium in suis festis; sed hi pugni longè validiores. Brachia enim manusque gestabant Romani lóris ac plumbo vincta, quos *Caestos* nominabant, quibus & inuicem ad necem caedebāt: vt in ludis Aeneae in honorem Anchisae patris videre licet, vt fingit tertio Aeneidos Maro. Festus autem Pompeius: *Coestus*, inquit, *vocantur ij, quibus pugiles dimicant*. C. Fingebam mihi *Caestos*, vt in Virgilij imaginibus pueri vidimus, quasi lora aut flagella, coriis hinc inde ac plumbo dependentibus. A. Si Virgilium Petri Bembi cum iconibus antiquis vidisses, non ita opinareris, ostendique potest facilè depicta figura typis edita, Caestos repraesentans. B. Denarij CCL est-ne semissis vsura VIID? A. Desunt adhuc CC. quae mox subijciet. B. Cur IDVVM primâ longa littera scriptum video? A. Quia vetus eius scriptura EIDVS est, vt in nummis M. Bruti apparet: EID. MART. inscriptis, quo die Iulium Caesarem percussit: item in vetere Kalendario Romano semper EID. pro Idibus legitur: quod etsi temporibus est Ciceronis vsurpatum, posteà I longum diphthongo successit. Quamobrem in Augusti nummis videas: OB CIVIS SERVATOS, pro CEIVEIS: vtque mox dicemus copiosius, ratio cognoscendarum Inscriptionum aeui Ciceronis, vel paullò post editarum, diphthongus est EI pro I, vel OV pro V. & geminatae vocales. B. Hoc nunc in antecessum didici. Verum Vsuris finem imponamus. A. Sequitur: ET EADEM DIE EX XCC. OLEVM IN THERMIS PVBLIC. POPVLO PRAEBERI. B. Haec, vt legenda censes? A. *Et eadem die ex denariis ducentis oleum in thermis publicis populo praeberi*. B. Quid-ni ait quantum olei singulis dandum? A. Quia non dabatur, vt domum ferrent, sed tantum cum in balneis lauarent, quas hic *thermas* Graeca voce nominat. Quo tempore in balneis lauantes sumptus faciebant. B. An lampas ibidem oleo ardebat, vel oleum aquae miscebant? A. Qui vnguentis carebant, oleo contenti erant, vt hodie sapone. B. Vnde colligis semissem hanc vsuram fuisse? A. Diximus centesimam esse, quae

singulis

Marginal notes: A (line 1); B (line 12); *Caesti.* (beside "plumbo vincta"); C (line 27); D (line 37); *Dial. x.* (beside "vtque mox dicemus"); E (line 50).

A singulis mensibus (quae duodecim sunt anni partes) de centum assem penderet. *Semissem* vero, cum medium assem singulis mensibus, & sex asses quotannis de centum penderet. B. Recte dicis. A. Nunc in septem millibus, & quingentis denarijs, quoties centum occurrit? B. In singulis millenarijs decem sunt, quae septuaginta efficiunt, & pro quingentis quinquies decem, erunt in vniuersum, septuagies quinquies centum. A. Finge nunc quotannis sex pendi de septuagies quinquies centum. B. Sexies septuaginta quinque efficiunt quadringentos, & quinquaginta. Nam sexies quinque, triginta reddunt, & sexies septuaginta, efficiunt quadringentos & viginti. A. Ergo semissis vsura septem millium & quingentorum sunt quadringenta & quinquaginta. In hac autem Inscriptione VII.D. septem millia denariorum Barcinonensi dantur ciuitati, ea lege, vt semisses vsu-
B rae partim CCL. in pugilum festa impendantur ante diem quartum Iduum Iunij: partim CC. oleo emendo, quod in balneo seu thermis lauantibus eo die praebebitur. B. Capio nunc calculum, estque ratio aequa, ac iusta. At si Accursij vera esset ratio, quantū impenderetur solutis semissibus vsuris de septem millibus, & quingentis Denarijs? A. Intra biennium vsurae sortem adaequassent: hoc est, septem millia quingenti Denarij iterum persoluerentur. B. O amentes †, qui tale Legatum perpetuum suscepissent. A. Tecum sentio. Erant & alia onera: ET TECTA PRAESTARI. EA CONDICIONE VOLO. B. Quid his verbis imperatur? A. Opinor eo die diuertendi ius gratuitum datum, etsi cui non exprimitur: sed spectatoribus ludorum credibile est.

† *Ciuitati legari aliquid posse (vt hac Inscriptione:) ait Paulus lib. XXX. Digest. cap. De Legatis & fideicommissis L. Ciuitatib.*

SCHOL. [ET TECTA PRAESTARI. *Idem Scal. praepostere accepta haec opinatur.*
C *Mens enim testatoris haec est, vt haec sarta tecta, & bona fide praestentur, sub conditione proposita, nempe excusatione Seuiratus. Qua conditione deficiente, legatum ad Remp. Tarraconensem transferri vult. At hic vir doctissimus intellexit, quasi testator voluerit liberas aedes sine mercede iis praestari, qui ad panegyrim illam se conferrent.*] B. CONDICIO, recté-ne scribitur C. littera potius quā T? A. Differunt *Condicio*, & Condictio. De illa Titulo, *De conditionibus & demonstrationibus:* de hac Tit. *De rebus creditis, & de condictione*, & in sequentibus: *De conditione indebiti, &c.* Recita nunc conditionis capita: omissis litteris illis singularibus, quae in extremo omnino legenda. B. VT. LIBERTI MEI, ITEM LIBERTORVM MEORVM. LIBERTARVMQVE LIBERTI QVOS HONOR SEVIRATVS CONTIGERIT AB OMNIBVS
D MVNERIBVS SEVIRATVS EXCVSATI SINT. Quod-nam hoc Seuiratus officium. A. Non facile dixero: illud tantum: in aliis Barcinonensibus Inscriptionibus reperiri, SEVIR AVGVSTALIS COLONIAE TARRACONENSIS, ET COLONIAE BARCIN. Lucio Licinio Secundo posita, qui Accensus erat, & quantum conijcio, libertus L. Licinij Surae in tribus, quos gessit, Consulatibus. Non erat officium auctoritate plenum, quando libertis etiam committebatur, & muneris adhaec excusationem haberent. C. Latiné-ne dici potest; *Quos honor Seuiratus contigerit?* A. Cicero sic alibi: *Cum animus naturam sui similem contigit.* Nec magni refert: malim tamen *quibus*, non *quos* efferre.

SCHOL. [QVOS HONOR SEVIRATVS CONTIGERIT. *Horum verborum haec*
E *Scaligero sententia est, quam vir doctiss. assecutus non sit: Ad quos ex ordine contigerit, vt Seuiri Augustales fiant, quia per orbem fiebant. Quos igitur contingebat ex ordine Seuiros Augustales fieri, illi hoc munus detrectare non poterant. Testator autem vult, vt etiamsi ordo & successio eos vocet ad munus Seuiratus, tamen eius muneris excusationem consequantur. Nam honorem quidem Seuiratus eos recusare non vult, quoties ex successione ad illud vocabantur, sed ab oneribus excusari. sumptus enim magnos eos, qui Seuiratu Augustalitatis fungerentur, sustinere testatur Caput ex testamento M. Megonij, in quo testator Reip. Petilinorum vineam suam legat, vt ex semissibus vsuris eos Augustales facilius onera fun-*

ctionis suae sufferre possint: QVOD. IPSVM. AD VTILITATEM. REIP. N. PERTINERE. EXISTIMAVI. FACILIVS. SVBITVRIS. ONVS. AVGVSTALITATIS. DVM. HOC. COMMODVM ANTE. OCVLOS. HABENT. Et Asisij: P. DECIMIVS P. L. EROS. MERVLA. MEDICVS. CLINICVS. CHIRVRGVS. OCVLARIVS. VI. VIR. HIC. PRO. SEVIRATV. IN. REMP. DEDIT. HS ∞ ∞. Videmus hic pro Seuiratu collata. HS. M. M.] Insequentia non admodum quoq; placent: QVOT SI QVIS EORVM AT MVNERA VOCITVS FVERIT. Ter enim peccatum video: *Quot* pro *Quod*. *At*, pro *Ad*, & denique *vocitus*, pro *vocatus*. Sequitur hinc: TVM EA XVII D AT REMPVB. TARRAC, TRANSFERRI IVBEO. B. Iterum occurrit *At* vitiosè, pro *Ad*. A. Ita est. Mox condicio eadem Tarraconensib. defertur, quae ante Barcinonensibus delata: SVB EADEM FORMA SPECTACVLORVM QVOT SS. EST EDENDORVM TARRACONE. B. Haec verba quid notant QVOT SS EST? A. Lego, *Quod suprascriptum est*. B. Nonne rectius foret, *Quae suprascripta est*? A. Omnino: ferri tamen illud queat: etsi T. rursum in QVOT vt supra pro D. positum. B. Fugit me paene cum de *Barcinonis* origine sermo esset, rogare cur nunc *Barchinonam*, & non *Barcinonem* vrbem appellent? A. Eodem nimirum errore, quo & pro *Tarracone*, vulgò *Tarraconam* nominant: & *Illerdam*, *aut Hyllerda*, pro *Ilerda*: & cetera ad eundem modum barbarè atque ineptè. Quod enim de *barca nona* fabulantur verius esset, si *barca* cum spiritu H. scriberetur. Tu cum Barcinonem proficisceris, caue legas lapidem sat magnum inscriptum non procul à curia Ciuitatis. Asserit enim comprobatum iam abunde esse ab Hercule conditam vrbem. B. Cauebo sane, nec assentiar. Sed est-ne alius Titulus quominus *Barchinona* sit appellanda? A. Est sane marmor, hoc initio: L. PEDANIO, desinitque ita: PERMITTENTE ORDINE BARCINONENSIVM. Alius quoque lapis sit inchoans: Q. CALPVRNIO. ibidem legitur: ORDO BARCIN. Plures Inscriptiones apud Hieronymum Paulum reperias, libro *De Barcinonensium Antiquitatibus*, & *ingenti volumine Inscriptionum orbis Europaei Gruteriano*.

DIALO-

DIALOGO X

DE INSCRIPTIONIB. AVREI SAECVLI CICERONIS.

Illuſtres doctrina & Eloquentia viri: CICERO, Caeſar, Varro, & Salluſtius.
Poëtae quoque, Virgilius, Horatius, aliique qui interciderunt.
De ſaeculi illius recta Orthographia.

I. Inſcriptio Caeciliae, Q. Caecilij Metelli Cretici filiae.
B II. Cn. Calpurnij Piſonis.
III. C. Caeſaris Strabonis L.F.
IIII. L. Cornelij Sullae, Felicis.
V. Q. Lutatij Catuli.
VI. C. Octauij, patris Auguſti Caeſaris.
VII. Siluano Sancto poſitum.] Verius Ioſ. Scalig. in Feſtum, dict. *Marſpedis*.
VIII. C. Marij fragmentum ſuppletum.
IX. C. Poblicij Bibuli, Aedilis pl. monumentum.
X. Eucharitis Liciniae libertae } carm.
XI. Claudiae matronae honeſtae. } Iãbico
XII. P. Valerij Poplicolae.
XIII. Appij Claudij Caeci, elegans Titulus.
C XIIII. Q. Fabij Maximi Dictatoris.
XV. M. Porcij Catonis Cenſorij.] è Tuſculo municipio *Cato*, à porca, non porta, *Porcius*. Dictum M. Catonis Vticenſis in Antiochenos è Plut. in vita Pompeij.
XVI. L. Aimilij Paulli.
XVII. P. Cornelij Scipionis Africani minoris.
XVIII. Coſs. in eius Tribunatu.
XIX. P. Cornelij Scipionis Africani maioris.
XX. Q. Seruilij Caepionis.
XXI. Sex. Atilij Serrani.
XXII. Q. Fabij Allobrogici.
XXIII. C. Caecilij Metelli Imp.
XXIIII. M. Licinij Luculli.
XXV. M. Aimilij Barbulae, Dictatoris.
XXVI. L. Munacij Planci.] Septem-Vir Epulonum. Puluinaria Deorum. Raeti & Rauraci populi.
XXVII. M. Calpurnij Piſonis Frugi.] Conſul *quinctum*, & *quinquies* differunt Sup. Dial. VII.

QVAE IN HIS EXPLANANDIS OBSERVATA.

X. De verſibus Iambicis, & Trochaicis.
In Epitaphiis *Viatores* olim, & *Hoſpites* appellari ſoliti, & in extremo adhibitum S.T.T.L. *Sit tibi terra leuis*.
Titulus, pro Inſcriptione.
D SCENA, an SCAENA ſcribendum, & LETVM pro Morte.
De CHORIS in Tragoedia, & in Ariſtophanis Comoediis.
Tibiae } Pares, impares. } dextrae, ſiniſtrae, & Sarranae.
XI. SEPVLCRVM, haud pulcrum, ſine H. ſcrib.
Ai diphthongi vſus apud priſcos in *Aulai Terrai*.
XII. Valerij, è Sabinis.
Poplicola, an *Publicola* ſcribendum.
XIII. *Dictator*, & *Interrex*, quis Magiſtratus.
Augures de caelo ſeruabant.
Bis Aedilem, aut Praetorem fieri, quando Romae ſolitum.
Tuſcus, *Etruſcus*, *Cepit*, ſcribendum.
R. an à Claudio reperta. De G. reperta Dial. VII.
Bellona Dea.
Duellum, poſt Bellum dictum.
XIIII. *Maxumus*, poſt Maximus ſub Caeſare.
COS. ſine N ſcriptum, vt olim *Damnas*, *praegnas*.
Hannibal, *Hanno* cum ſpiritu ſcrib.
Cunctatoris, & *Verrucoſi* cognom.
M. Minucius Rufus, Mag. Equitum, & Q. Fabio adaequatus.
Tribunus Celerum. Lex Curiata quae.
Patres patriae, qui primi dicti.
Emtus, *redemtus*, & *Paullus* an ſcrib.
Tibicines, & Tubicines diſcrepant.

ANTONII

ANTONII A

AVGVSTINI ANTIQVITATVM DIALOGVS X.

DE

INSCRIPTIONIBVS ANTIQVIS B
CICERONIS AEVO: ET AVREI SAECVLI:
ac de Viris Romae maximae Illuſtribus.

B. QVOD Barcinonenſem rectè explanaris Inſcriptionem, cupido ſane inceſſit reliquas, in quibus aliquid ſit operaepretij, cognoſcendi, quod vtile ſane ſit haec intelligere: cumque eas potiſſimum laudaueris, quae aureo ſunt Ciceronis ſaeculo, aut certè proximis temporibus ſculptae, fac quaeſo promiſſa appareant; vt quae cuius ſint temporis intelligam. A. Conſtat Romae iam tum temporibus illis C aurei Eloquentiae ſaeculi, artes, atq; arma ad ſummũ eſſe culmen perducta: vt nõ Italiãmodo vniuerſam; ſed & extra Italiã longè, lateq; maiorem orbis partem occuparint. Si enim cum militare robur, tum ingeniorũ praeſtantiã conſideres, ſuperaſſe omnes eos, etiã qui poſt ſecuti ſunt, facilè animaduertas. M. enim TVLLII CICERONIS ſummum ingenium cum in dicendo eluxit, tum in reliquis eius ſcriptis, cum elegantia, tum doctrina ſic eminuit, vt nemo eum ſatis pro dignitate laudarit. Omitto prudentiam, qua & Rempub. ipſe geſſit feliciter, patriamque ab interitu vindicauit. Quis vero Iulium Caeſarem praedicarit, non modo fortiſſimum Imperatorem, longe aequalibus ſuperiorem, qui & vrbis & orbis Imperium obtinuit; Eloquentia adhaec à Cicerone proximum? Quid? M. Varronem amplius laudare, quam Cicero ipſe in Academicis ornauit, & pro dignitate quis poſſet? vt pote *togatorum* omnium Latinorumque longe doctiſſimũ. Salluſtium vero, Hiſtoricum egregium, in his paucis, quae ſuperſunt, adeo excelluiſſe obſerues, vt cum Graecorum praeſtantiſſimo Thucydide componere Critici non dubitent. Quanquam autem hi quattuor, quos recenſui, ſatis ſint, vt quis iure optimo aureum verè illud ſaeculum cum dicendi gloria, tum rerum geſtarum laude appellet; ſunt tamen & complures alij, quorum ſi ad nos ſcripta perueniſſent, vincerent haud dubie complures eorum, qui exſtant; vt M. Cato minor, eiuſque propinquus M. Brutus Caeſaris percuſſor, & Aſinius Pollio, qui Ciceroni ſe adaequare non dubitauit. T. adhec *Pomponius Atticus*, Ciceroni in paucis carus, & Cornelius Nepos: quem Valerius Catullus laudans *docta* ſcribere ait, & *laborioſa*. Adhaec, qui verſibus ea tempeſtate ſcripſerunt, laudandi ſint merito: idemque adeo Catullus, & T. Lucretius, omniumque Princeps *Virgilius Maro:* & qui temporum iniuria interciderunt, *Attius*, Tragicus, *Pacuuius*, *&* *Licinius Caluus* Poëta & Orator excellens: *Cinna* quoque, *Varius*, & *Valgius* Poëtae inſignes; qui quidem cum hoc ſaeculo maxime claruerint, quid mirum ſi formulas eorum in aeui illius Inſcriptionibus obſeruemus? Vnde autem potiſſimum conijciam, quae cuius

Margin notes: CICERO, aureumq; eius ſaeculũ. — *Poetae veteres.*

A cuius ſint ſaeculi, ex re tunc geſta, quam continent, id colligo: vt in nummis Iulij Caeſaris. M. Bruti, ceterorumq; Caeſaris percuſſorum: item è L. Sullae, & CN. Pompeij, aliorumq; aeui illius, è titulis ac litteris appoſitis agnoſco. Idem in marmoribus vſu venit, res qua de agitur & nomina inſcripta; potiſſimum vero Conſulum ac Magiſtratuũ tempora arguunt, quae non vt ſigna, ſed vt certa argumenta rem cõmonſtrant, cuius ſint ſaeculi. Quae ſi deficiant, Orthographia ipſa ſatis declarat, [*quae, vt M. Fabius ait, temporibus variauit.*] Si enim nomiſmata tunc cuſa, Legum item tabulas, ceteraq; vetera monumenta eius temporis attentius inſpexeris, certã obſerues ſcripturam, poſt omiſſam. B. Exemplo velim rem commonſtres. A. Placet ſane. Cuditur in nũmis illis, LEIBERTAS. OPEIMIVS. SERVEILIVS. PREIMVS. FEELIX. VAALA. MVSA. In tabulis autem legum IOVS. *Orthographia vetus.*

B IOVDEX. MVVCIVS. QVOI. DEICO. CEIVEIS. AA. IOVSERONT. SERVOS. DIVOS. In variis autem Inſcriptionibus CAVSSA. COERAVIT. HOC. IMPERIOSSVS, ſimiliaque. B. Ita-ne Ciceronis aeuo, adeo abs Te laudato, ſcribere ſoliti? A. Credo equidem. B. Cur igitur non apparet ea ſcriptura, praeterquã in Plauto, & Terentio? quae ita in eis foeda apparent, vt cetera elegantiſſimi Comici his deformari videantur? A. Fateor equidem, contra cõmunem dicendi vſum loqui id demum eſſe, quod aiunt, *ſurſum flumina*. Verum non id nunc ago, vt ad eam ſcribendi formam reuocare ſtudeam noſtrã, quomodo tunc nomiſmata, tabulae, & Tituli praeferebant: Sed illud propoſitum, quae cuius ſint aetatis Inſcriptiones oſtendere. Qua in re eius aeui Orthographiam à poſteriore ſaeculo diuerſam notando obſeruo, vt quae in Terentio & Plauto damnanda cenſes, ſi Ciceronis

C quoq; ac Caeſaris fuiſſe cognoſcas, etiam complectaris. M. Fabij Quintiliani, & A. Gellij teſtimonio confirmare poſſum, ceterorumq; verbis docere queã, Ciceronis aeuo & ſcripſiſſe, & pronuntiaſſe EI pro I longa. Tunc enim viguit. P. Nigidius, Figuli cognomento, Philoſophiae ceterarumq; peritus artium, rationem ille exponit quando EI & quando I ſit ſcribendũ. Ad hunc, ni fallor, Nigidium Ciceronis extat † epiſtola. Ante Nigidij tempora eãdem Lucilius normã dederat: & Plautinarũ argumenta Comoediarũ, quae ſingulis initio verſuum litteris ἀκροστίχως oſtenduntur, idem comprobant. In *Captiuis* enim nouem hiſce litteris ſcriptum videas: CAPTEIVEI: quomodo Nigidius, & Lucilius nominãdi caſum ſcribi ſolitum ferunt numero multitudinis PVEREI: at in gignendi caſu ſingu- *Cur Figuli cognomentũ ſit additum refert B. Auguſt. lib. v. De ciuitate Dei, cap. 3.* *† Cic. lib. IIII. ad Famil. Epiſt. 13.* *Quintil. lib. I cap. 6. & 13.*

D lari PVERI. Alibi meminerũt quidã viſa à ſe autographa Ciceronis manu, ac Virgilij cõſcripta, quibus princeps in ſuo quiſq; genere cum Orator, tum Poëta ſcriptũ reliquit: CAVSSA. CASSVS. AIIO. & AIIAM. B. Magnum id in his vocibus teſtimoniũ. A. Equidem plus fidei nummis, tabulis ac marmoribus tribuerim, quam Grãmaticorũ verbis: ſed innumerabilia video mutaſſe, quibus illi ſint vſi; nos vero minime: vt maiuſculis ſemper vſos litteris; nos vero minimis, adeoque ſcripturâ variantibus. Pronuntiabãt & illi verba aliter atq; nos hodiè, potiſſimũ vero vocales. Nã pronunciãdo apparebat facilè audienti, breuis-ne an longa eſſet vocalis, & quo tono ſeu accentu, acuto, graui, flexo-ue notanda eſſet. Tu vide, an quis hodie ſic pronunciarit? B. Nemo ſane, vt equidem exiſtimo. A. Iam illud cognoſcas, hac ſcribendi ratione rectius ſyllabarũ modulum (quem Quantitatem in Scholis appellant) cognoſci potuiſſe. Conſtat enim Grammaticorũ veterum teſtimoniis longas vocales geminatis ſcriptas litteris, vt FEELIX. VAALA. AA. MVVCIVS pro *Felix, Vala, & A* longo, *& Mucius*. Scribebant EI pro I longo, vt diximus: & OV pro V longa: vt IOVS. FOVRIVS, ceteraque paulo ante recenſita. Hoc igitur compendiũ OVF quod in lapidibus legitur pro tribu *Vfentina*, Feſtus Põpeius in ſerie vocũ collocat, quae ab o inchoãtur. Quare haec ſcriptura pronũciationem ſatis oſtendit. B. Quid ſignãt accentus inſcripti vocibus *Mûſa*, & pro-

uocabulo *Hoc?* A. Idem nimirũ praestãt, quod o & v longas esse ostẽdãt syllabas. A
Quintilianus hos apices vocat, & in locũ aliter scribentiũ posita sunt: tandem tamen taedio ducti omiserunt. B. Haec pronunciatio Orthographiã valde iuuabit,
Dial. II. & nuper docere te memini oues rectius E longum pronunciasse, B E E, & non B E.
A. Pertinet id quidem ad rem; & hunc ouium balantiũ sonum Graecus ille Poëta Cratinus apud Eustathium ex Aelio Dionysio his litteris scribit B H. Boum quoq; mugientiũ sonũ Graeci Latiniq; exprimũt per M V V, & non M V aut M Y vel M O Y, vel deniq; B O Y, vnde quidã boui nomen inditũ putãt, vt ab illo sono *Mugitus*. Firmatur haec opinio Platonis in Cratylo auctoritate, qui hoc verbũ NOHCIC pronũciatum antiquitus affirmat, N O E E C I C: idq; prius fortasse quã repertae sunt duae
Dial. VI. vocales perpetuo longae, H & Ω. quibus olim Graecos caruisse suprà docui: impulsiq; sunt ad eas excogitandas, vt syllabarũ ostenderent modulum: vt v, vel per Y, B
vel per O Y diphthongum extulerunt. Quo factum est, vt & Latini veteres per O V, V longum extulerint. Sed haec sufficiant, ad comprobandum è scriptura lapidum inscriptorum antiquitatem ostendi. B. Recte probas huius esse aurei saeculi, non posterioris Inscriptiones: quia tunc illa desita est Orthographia: verum dic an eâ ante Ciceronem sint vsi. A. Vsos esse certũ est, paucis demptis. B. Qua ratione maiorem Inscriptionum cognoscam antiquitatem? A. Vt initio diximus, è personis, rebusque, quas tractant, & ex Orthographia inusitata nostris temporibus. vt verbi gratia, in basi Columnae rostratae Duilio positae (cuius Quintilianus lib. I. idcirco commeminit) D saepe frustra adscribitur, vt in M A R I D, pro M A R I: & C pro G ponitur, vnaque consonans pro duplici: aliaque id genus rancida & obsoleta. Ciceroniani autem saeculi Inscriptiones breuitate & C
elegantia potissimum commendantur. Qui enim antea aut post, Titulos seu Epigrammata marmoribus indiderunt, longi sunt nimis ac prolixi, nec perinde elegantes, vt exemplis iam commonstrabo. Age, ducat agmen ac praeëat Epita-
I. Caeciliae Metellae. phium *Caeciliae Metellae*. Q. Caecilij Metelli Cretici filiae, quod extra S. Sebastiani portam Romae hodieque visitur, via Appiâ: qua de Tusculanarum lib. I. Cicero ait, sepulcra illustrium familiarum Rom. continere. Locus vulgo *Capo di Boue*: quòd ad rotundũ hoc aedificium area est capitibus bubulis cincta patens, & ramis ac vinculis colligentur. In summo sepulcri haec inscripta leguntur:

CAECILIAE. Q. CRETICI. F.
METELLAE. CRASSI

D
B. Vnde, quaeso, colligis Ciceronis aeuo positum Titulum? A. Vel sola breuitate, vt cetera desint, cognosco Certum adhaec omnibus Q. Creticũ Consulatũ Romae cum Q. Hortensio gessisse anno post Rom. cond. DCLXXXIIII. Aedili iam Cicerone, anno antequam C. Verrem (quem Hortensius, & Metellus ipse
An. IↃCXC. post R. cond. defendebant) accusaret. Creticus enim postea cognominatus, quòd Consule M. Tullio, ni fallor, de Creta triumpharit. B. De tempore res nunc manifesta, sed cur additum CRASSI? an VXOR deest, ceteriq, Cretici & Crassi tituli desiderãtur? A. *Cretico* quidé deest nihil. Filia enim nomen & cognomen gestans patris, reliqua nomina suggerit: & ille tum mos erat feminis nomina gestandi, vt sine E
Feminarum nomina. praenomine, gentis aut familiae paternae nomen praeferrent. Sic C. Iulij Caesaris filia, CN. Pompeij vxor, *Iulia:* & Ciceronis filia, Dolabellae vxor, *Tullia* dicta: & *Cornelia* Cornelij Scipionis, eius, qui post Metellus dictus est, filia, alteris nuptiis Pompeio in manum data. B. Si duas haberent filias quomodo distinguebantur? A. Nata iam altera, nomen sic datũ, vt *Caecilia Minor* haec; prior vero *Maior* nominaretur. Sic Octauio Augusto duae erant sorores; *Octauia maior*, & *Octauia minor*. M. quoque Antonius duas filias habuit, *Antoniam maiorem, & minorem*, quarũ mentio apud Suetoniũ, & Corn. Tacitum exstat. B. Quid si tres filiae essent: quî appellabantur?

A appellabantur? A.Ordine tertia dicta quoque *Tertia*, vt M.Bruti soror, & altera Aemilij Paulli filia: si rursum quarta gigneretur, *Quarta*, *Quincta*, *Sexta*, *Septima*, & deinceps appellata. B.Ergo feminae cognominibus, vt mares praenominibus in familia distinctae? A.Distinguebantur & cognominibus maritorum, vt haec *Metella Craßi*: & quas nominaui, *Iulia Pompeij*, *Tullia Dolabellae*, *Cornelia Pompeij*, *Marcia Catonis*, *Porcia Bruti*, & apud Poëtas: *Hectoris Andromache*. B.Quis iste *Crassus*? A.Fuit coniux illius & credibile est celebrem ea tempestate fuisse *M. Licinium Crassum* Diuitis cognomento. CN.Pompeij bis in Consulatu collegam: qui bello Parthico pugnans cecidit. Nomen *vxor* non additur, cum vt subdita magis magisque amans ostendatur: & fuit cum viri vxores per aes & libram emerent, vt in manum conuenisse, emptaque diceretur. B. Quae alia tibi *Boethius in Topic. Cicer.*
B eius aeui Inscriptio est? A.In vinea Card.Carpensis Romae basis est statuae CN. *Pisonis*, his litteris: II. *Cn. Calpurnij Pisonis.*

CN.CALPVRNIVS
CN.F.PISO
QVAESTOR.PRO.PR.EX.S.C
PROVINCIAM.HISPANIAM
CITERIOREM.OBTINVIT

B.Quis hic *Piso* est, statua, grandique iudicatus dignus Prouincia? A.Data illi Prouincia tempore Catilinariae coniurationis non honoris gratia, nec re bene Reip.cōmodo gesta, sed vt Româ seponeretur. Vna enim cum Catilina in Remp. coniurarat, referente C.Sallustio, qui & occisum ait ab Hispano in Hispania, alia
C de caussa, non Prouincialium coniuratione, qui tale nihil solent. Obseruandum his temporibus singulis verbis punctum subijci solitum, nisi cum versum (vulgò *lineam* vocant) clauderet, & si compendia essent, vt s.c. B. Cur quaeso punctum omittitur? A. Quia illud litteras inuicem distinguit: ideo in vltima non collocatur, sed spacium eius loco habet. C. Cur QVAESTOR PRO.PR. vocatur? A.*Quaestor* quidem erat non tamen *Praetor*; & Praetoria erat Prouincia. Quare in Hispaniam hoc titulo mittitur: qua de re alibi nonnulla disserui, & Romam misi, quae Fuluius Vrsinus noster Familiae *Carisiae* adiungenda putauit. Illustris sane vir fuit *C.Caesar Strabo*, cuius haec Romae in statuae basi vel aedificij legitur Inscriptio: III. *C. Caesar Strabo.*

D C.IVLIVS.L.F.CAESAR
STRABO
AED.CVR.Q.TR.MIL.BIS.X.VIR
AGR.DAND.ADTR.IVD.PONTIF

B.An propinquus hic C.Caesaris primi Imperatoris fuit? A.Non constat: meminit tamen frequenter illius M. Tullius in libris de Oratore ad Q. Fratrem, & in Bruto de claris Oratoribus, ac denique in Officijs. Falluntur enim, & fallunt, qui ea loca ad *Iulium Caesarem* Dictatorē in Fragmentis retulerunt. Hic enim Patrem habuit *Lucij* praenomine. At in Capitolinis Fastis (quo nullum maius Romae, aut certe vtilius spectatur Antiquitatis monumentum) Dictator ille filius dicitur alterius *Caij*, & nepos *Caij*. Quare huius esse filius non potest Dictator, quia *Lucij* nepos esset; ac ne idem esse cū hoc Strabone potest, quia *Lucij* filius fuit, & nepos *Sexti*, & frater eius Paternus *Lucius* fuit natu maior, idemque Consul. Frater autem maternus *Q.Catulus*, clarus illis vir temporibus. *Strabo* hic, eruditus, elegans, & vrbanus fuit. Quamobrem Cicero lib. de Oratore secundo, ioca ac dicteria acute commemorantem inducit. B.Haec litterarum compendia quos signant Magistratus? A.*Aedilis Curulis. Quaestor. Tribunus militum bis. Decemuir Agreis Dandeis, Adtribuendeis, Iudicandeis, Pontifex*. B.Cur *Aedilis* Quaestori ante- *Error in Fragmentis Iulij Caesaris.*

 ponitur?

ponitur? A. Quod honoratior ſit. B. Eadem-ne in ceteris officijs ratio? A. fieri ſane poteſt. *Tribuni militares* ſex priorum legionum in antiquis Legibus poſt Magiſtratus nominari ſolent. *Decemuiri* extra ordinem cauſſa Legis Agrariae creari ſolent. B. *Pontificatus* cur in extremum reijcitur? A. Quia vltimo adeptus eſt loco, vel quia è numero fuit minorum Pontificum. B. Qui ergo maiores ſunt Pontifices? A. Qui gradu ſunt excellentiore, vt *Pontifex Maximus*; vt *Flamines*, praeſertim maiores, *Dialis*, *Martialis*, & *Quirinalis*. Alia viſitur Inſcriptio Caietae, vt refert Onuphrius Panuinius, celebris illius *L. Sullae*, quem *Syllam*
IV. *L. Sullae.* alij ſcribunt:

L. CORNELIO. L. F
SVLLAE, FELEICI
DICTATORI
LEIBERTEINI

B. Cur non ſcribitur LEIBERTEINEI, vt vult Lucilius? A. Haud ſcio an ita marmor contineat: ſed fieri poteſt, vt extra Romam neglecta regula illa fuerit, & quidem in ea temporum in Italia perturbatione. Et Libertini partim liberti erant, partim eorum liberi. B. An ergo *Libertini* liberi ſunt Libertorum? A. Ita
Cap. 28. & 29. eſt, vt apud Suetonium in Claudij Caeſaris vita legimus. Vidimus & in Capitolio
V. *Q. Catuli.* Romae *Q. Catuli* Inſcriptionem, inſtaurato templo, bello ciuili Sullano & Mariano incenſo: at inſtauratum ſuſpicor hunc titulum. Nam aliàs templum idem conflagrauit, inſtauratis ſimul Titulis antiquis, poſitiſque nouis: Q. LVTATIVS. Q. F. Q. N. CATVLVS. COS. SVBSTRVCTIONEM ET. TABVLARIVM. EX. S. C. FACIVNDVM. CVRAVIT. alij ſic legunt, DE. SVO. FACIVNDVM. COERAVIT. B. Nulla hic templi fit mentio. A. Forte alia Inſcriptio templo appoſita fuit, &
VI. *Patris Augusti Caeſaris.* haec vicinis aedibus affixa. Parentis Auguſti Caeſaris Titulus exſtat, ſed filio imperante poſitus. Erat Romae in domo Angeli Colotij:

C. OCTAVIVS. C. F. C. N. C. P.
PATER. AVGVSTI.
TR. MIL. BIS. Q. AED. PL. CVM
C. TORANIO. IVDEX. QVAESTIONVM
PR. PRO. COS. IMPERATOR. APPELLATVS
EX. PROVINCIA MACEDONIA

B. Haec quomodo legenda cenſes? A. *Caius Octauius, Caij Filius, Caij Nepos, Caij Pronepos, Pater Auguſti. Tribunus militum bis. Quaeſtor. Aedilis Plebis cum Caio Toranio: Iudex Quaeſtionum, Praetor, pro Conſule Imperator appellatus ex prouincia Macedonia.* B. *C. Toranius* Aedilis-ne fuit, an Iudex Quaeſtionum? A. Aedilem fuiſſe arbitror, etſi hîc ambiguum eſt. B. Quis eſt *Iudex Quaeſtionum*? A. L. Sulla leges tulit, formamq; Quaeſtionum publicarum praeſcripſit, vt *De Sicariis, de Falſis, de Repetundis, &c.* Praetores item nouos quattuor inſtituit, qui cum iudicibus certis è ciſtis in his Quaeſtionibus eductis, de Criminalibus cauſis cognoſcerent. Horum Iudicum Princeps *Iudex Quaeſtionis* dictus, qui Praetoribus alibi occupatis
Car. Sigonius cauſſas cognoſcebat. Carolus Sigonius, homo erudititiſſimus, notat poſt Aedilitatem ferè fieri ſolitos *Iudices quaeſtionum*: equidem ante & poſt ſorte creatos arbitror. B. Haec Inſcriptio, temporibus-ne Ciceronis fuit? quî id probas? A. Ciceronis ipſius epiſtola ad Q. Fratrem: *& Octauium* laudat, hortaturque, vt cum abſit propius, ſimilis Octauio eſſe velit. Quinctus enim Aſiae erat Proconſul, vt Mace-
Cap. 3. doniae Octauius: cuius etiam epiſtolae Suetonius in Auguſti vita meminit. B. Quare *Imperatorem* nominat? A. Ob partam alibi victoriam, cum milites Im-
Dial. IIII. extremo. peratorem appellare ſolent: vt alibi de Cicerone Imperatore in Cilicia dicto diſſerui: & vnius tantum legis memini, in qua ſic *Imperator* nominetur, non pro

Caeſare

A *Caesare*.aut *Augusto*. B. Miror equidem talem exstare Legem. A. En tibi: *Quod Imperatores captiuos vend ac per hoc seruare, nec occidere solent*. B. De Imperatoribus post Iulium Caesarem accipi-ne verba illa possint? A. Minime vero, vt opinor. Meminit enim vocis serui, quae Iulio Caesare antiquior est, & etymi rationem ibidem reddit. B. Ita est, Sed habes-ne huius temporis aliam Inscriptionem? A. Puero Cicerone, vel certe adolescente, positas habeo, vt hanc Romae, vt aiunt, visam: VII. *Siluano Sancto.*

SILVANO.SANCTO
C.AVSTVRNIVS.MEDI
CVS.LVD.GALLIC
B PORTIC.ET.EXEDR
ET.SIGN.AEN
VOTO.SVSCEP
L.M
DEDIC.KAL.MAI
L.MARCIO.ET
SEX.IVLIO.COS

B. Est-ne statuae basis, aut in aedificio collocata? A. Equidem ipse non legi, sed aedificium fuisse, & statuam conijcio. B. Vnde conijcis? A. Ex his verbis PORTIC.ET.EXEDR.ET.SIGN.AEN. hoc est: *Porticum, & Exedram, & Signum aeneum*. C. *Signum & statua* an differunt? A. *Signum* Diis magis conuenit, vt in quadam Ciceronis epistola: *Martis vero signum, quo mihi pacis auctori?* & alibi: *Signum Libertatis, & Signum Concordiae*, quae pro Diis tum colebantur, dixit. C. Quid *Exedra*? locus-ne sex sellarum? A. Scribendum itaque fuit cum spiritu H, vt & *Hexameter* versus à sex pedibus. *Exedra* vero non sex tantum, sed plurium etiam est sedium, locus non absimilis Capitulo monachorum, vt ipsi nominant, vel ludo studiosorum, aut amplus est ad ambulandum, ac disserendum locus. C. *Siluanus* nonne per Y Graecum scribendum, vt *Sylua*, quasi à Graecis fluxerit? A. Aliàs decepti sunt complures in hac similique etymologia ac scriptura. Hodie docti scribunt per I *Silua, Siluester*, & *Siluanus*, quo modo & veteres perpetuo sunt vsi, vt & *Silanus*, non *Syllanus*, & *Sidera*, non *Sydera*. B. Quid hoc rei MEDICVS. LVD.GALLIC? A. Chirurgum fuisse gladiatorum opinor, qui in ludo exercerentur, *Gallici* cognomento, itaque lego *Medicus Ludi Gallici*; quomodo & in alio marmore visitur *Medicus Ludi Matutini*: & vtriusque ludi P. Victor in secunda regione vrbis Romae commeminit. Nomen autem *Austurnius*, mihi quidem inauditum, & haud scio an ex *Aue* & *Sturno* compositum. B. Quid est VOTO.SVSCEP.L.M? A. Puto equidem aliter lapidi insculptum fuisse, quo modo alibi saepe singulis litteris V.S.L.M. hoc est: *Votum Soluit Libens Merito*. Descripsit autem aliquis, quo modo ille per errorem legendum opinabatur. Si ita omnino scriptū erat, legendum. *Voto Suscepto Libens Merito*. B. Quo anno Consulatum illi gesserunt, cum facta haec dedicatio est? A. Anno ante bellum Marsicum seu sociale, qui est Vrbis conditae sexcentesimus sexagesimus tertius. Et Cicero natus anno sexcentesimo quadragesimo septimo, qui in hoc bello militauit. Exstat C. Marij fragmentum Inscriptionis, qui vt & ipse Cicero, Arpinas fuit, Consul Romae septies, periitque anno post Ro. cond. IϽCLXVII. cum vicesimum Cicero annum attigit. Inscriptioni autem magna pars deest:

Explicat ingeniosius Ios. Scal. in Festū Pompeiū dict. Marspedis.

C *Signum & Statua.*

Exedra, quid

D

E *An. DCLXIII.* *An. IϽCXLVII natus Cicero.* VIII. *C. Marij.*

———AVGVR.TR.MIL.EXTRA
———VGVRTHA.REGE.NVMID.
———TRIVMPHANS.IN
———ANTE.CVRRVM.SVVM

——NSVL.APSENS.CREATVS A
——ONORVM.EXERCITVM
——CIMBROS.FVGAVIT.EX.IEIS
——HAVIT.REMP.TVRBATAM

Supplere quidam de ſuo conati ſunt, quorum emendatiorem partem nunc proferam:

C.MARIVS.C.F.COS.VII
PR.TR.PL.Q.
SORTEM.BELLVM.CVM.I
GESSIT.EVM.CEPIT.ET.
SECVNDO.CONSVLATV.
DVCI.IVSSIT.III.CO. B
EST.IIII.CONSVL TEVT
DELEVIT.V.CONSVL
ET.TEVTONEIS.II.TRIVMP.
SEDITIORIBVS.VI.CONSVL.PACAVIT. &c.

Cetera commemorare non decet. B. Dolendum ſane tam multa in hoc marmore deſiderari. A. Credo ego Marij hoſtes memoriam eius eradere conatos. Attulimus hactenus certas eius aetatis Inſcriptiones: Adferam nunc alias, non perinde certas, ob elegantiam tamen legendas. Prima ſit *C. Poblicij*, quae Romae in vetere pariete ſpectatur:

IX. *C. Poblicij Bibuli.*

C.POBLICIO.L.F.BIBVLO.AED.PL.HONORIS
VIRTVTISQVE.CAVSSA.SENATVS C
CONSVLTO.POPVLIQVE.IVSSV.LOCVS
MONVMENTO.QVO.IPSE.POSTEREIQVE
EIVS.INFERRENTVR.PVBLICE.DATVS.EST.

B. Vnde tantum honoris *Poblicius* meruit? A. Neſcio ſane. Ouidius Naſo in Faſtis duos refert fratres *Poblicios* Aediles plebis, qui Florales ludos inſtituerint. Sex. Pompeius Feſtus *Cliuum Poblicium* dictum ait, quod *L. & M. Poblicij Malleoli* damnatis paſtoribus inſtaurarint, vocatq; *Curules Aediles*, ſed reponendũ *plebeios*. Erant enim familiae plebeiae. Hos ego Ciceronem tempore anteceſſiſſe exiſtimo. Dubium & illud, cur his Romae ſepulturae datus locus; ſed ſuſpicor aliunde Romã tranſlatos lapides & ibi fixos, vbi nunc viſuntur, iuxta Traianã columnam. B. Si extra Romam eſſet, non tanti eſſet pretij. A. Tecum ſentio. Vides CAVSSA gemino SS. & POSTEREI cum EI ſcribi, vt ante monui. B. *Poplicius*-ne an *Publicius* dicendum? A. In marmore per o ſcribitur, vt & in multis penes me Nomiſmatis, etſi *Publius* dicatur, & *Publicus* & *Reſpublica*, aliaq; ad eundem modum. Nam *Publicus* à Populus, quaſi *populicus* deriuatur. Adhaec in antiquis Inſcriptionibus legitur. P.VALESIVSPOPLICOLA, pro *Publicola:* vt mox dicemus vberius. Duas nunc adferrelibet Inſcriptiones verſibus eleganter conſcriptas, primumq; eam, quam exſtare certo ſcio, quamque Romae in aedibus Gentilis Delphini, ſummi amici, quondam ipſi vidimus:

Feſtus emendatus. (D)

X. *Eucharis, mima.*

EVCHARIS. LICINIAE. L. E
DOCTA. ERODITA. OMNES. ARTES. VIRGO. VIXIT. AN. XIIII.
HEV. OCVLE. ERRANTE. QVEI. ASPICIS. LETI. DOMVS
MORARE. GRESSVM. ET. TITVLVM. NOSTRVM. PERLEGE
AMOR. PARENTEIS. QVEM. DEDIT. NATAE. SVAE
VBEI. SE. RELIQVIAE. CONLOCARENT. CORPORIS
HEIC. VIRIDIS. AETAS. CVM. FLORERET. ARTIBVS
CRESCENTE. ET. AEVO. GLORIAM. CONSCENDERET
PROPERAVIT. HORA. TRISTIS. FATALIS. MEA
ET. DENEGAVIT. VLTRA. VITAE. SPIRITVM

A DOCTA. ERODITA. PAENE. MVSARVM. MANV
QVAE. MODO. NOBILIVM. LVDOS. DECORAVI. CHORO
ET. GRAECA. IN. SCAENA. PRIMA. POPVLO. APPARVI
EN. IN. HOC. TVMVLO. CINEREM. NOSTRI. CORPORIS
INFISTAE. PARCAE. DEPOSIERVNT. CARMINE
STVDIVM. PATRONAE. CVRA. AMOR. LAVDES. DECVS
SILENT. AMBVSTO. CORPORE. ET. LETO. IACENT
RELIQVI. FLETVM. NATA. GENITORI. MEO
ET. ANTECESSI. GENITA. POST. LETI. DIEM
BIS. HIC. SEPTENI. MECVM. NATALES. DIES
TENEBRIS. TENENTVR. DITIS. AETERNA. DOMV
ROGO. VT. DISCEDENS. TERRAM. MIHI. DICAS. LEVEM.

B B. Elegantes ſanè verſus, & ſi praeter Hexametros, Pentametros, & Elegiacos, Poëtis magis tritos, & Epigrammatum proprios, vix alios agnoſco. Comicorum vero ac Tragicorum penitus ignoro, vt & Horatij atque Catulli Lyricos numeros. Hi quales tandem ſunt? A. Comoedorum ac Tragoedorũ; quos Iambicos Senarios, ſeu Trimetros nominant, neque adeo ſunt ad intelligendum difficiles? B. Cur ſic nominantur? A. *Iambici* quidem, quod omni ſede Iambum recipiant. B. Ecquis *Iambus* eſt? A. *Syllaba longa breui ſubiecta vocatur Iambus*, ait Horatius, vt *Viros, domos, iners*. B. Quid ſi inuertas vt breuis longae ſubiiciatur. A. Choreus erit pes, ſeu, vt alij vocant, *Trochaeus:* B. His-ne Iambicis tantum verſibus ſunt vſi Plautus ac Terentius? A. Optimum id quidem in Iambicis eſt genus, ſed variatur. Si enim pedem adijcias *Septenarius* erit, mox *Octonarius:* Eſt & aliud *Trochaicorum* genus, qui inuerſis ambulant Syllabis, ſi longam breuis excipiat locis imparib. Hinc vitioſè Trochaeus Iambi loco, ac praepoſterè collocabitur vtrobique. B. Exemplum cedo Trochaicorum. A. Optimus ille putatur, quem in Iulij Caeſaris triumpho milites, vt ſolent, occinebant: teſte Suetonio in Caeſare, cap. XLIX.

Iambici verſus. — *Trochaici.* — C

Ecce Caeſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias.

Trochaeus hic paribus ſedibus ſpectatur, alternante Spondeo. Ad Inſcriptionem, quae eſt in manib. reuertamur. EVCHARIS LICINIAE L. Si ſaeculo inſequenti poſita eſſet Inſcriptio, aeuo ſequiore, geminaſſet vocem LICINIAE: ſic enim appellata & domina eſt & liberta. Solent enim ſerui iam manumiſſi herilis familiae nomen induere, vt Tiro M. Tullij Ciceronis libertus dictus eſt *M. Tullius Tiro.* *Dial. IX.*

D Scribi etiam hoc modo potuit: LICINIA. Ↄ. L. EVCHARIS. B. Hoc eſt: *Licinia Caiae Liberta Eucharis*, vt nuper à Te alia de cauſa explicatum memini. Sed cur in lapide rectius ſit non equidem aſſequor. A. Quod heram ſic magis honoret, nomen illius non mutuata, ſed ſuo vſa *Eucharis*. B. Quid hoc, quaeſo, Graecis ſonat? A. *Gratia praeditum* ſignificat. B. Secundus verſus eſt-ne carmen: DOCTA ERODITA? A. Pars eius eſt: ſtatim enim non longè, in verſibus repetitur. C. Sed vtrobique ERODITA lego: non-ne rectius ERVDITA dixerit? A. Vocis originem deriuat, opinor, à *Raudus*, vnde *rodus:* vt ab *aula* fluxit *olla*, *à Paulla Polla:* & à *rodus, rudis*, etſi hic prima eſt ſyllaba breuis, & à *rudis rudens*, & *Eroditus*, ſeu *Eruditus*.

E C. *Raudus*, vel *Rodus*, quid ſignificant? A. Feſtus Pompeius ſegmina ait eſſe rudis metalli & impoliti. Vnde in emptionibus & mancupiis formula manauit: *Rauduſculo libram ferito*. B. Non aſſequor illa: OCVLE ERRANTE. A. Nil mirum. Reſcribendum enim auferendi caſu OCVLO. Compellare enim eos videtur, qui ſepulcrorum titulos legendo oberrant: in quibus & *Hoſpites*, & *Viatores* appellare ſoliti. Exemplis id manifeſtum erit. Cicero enim ex Simonide Graeco vertit Epitaphium trecentorum Laconum, qui duce Leonida ad Thermopylas pro patria, Xerxis exercitum arcendo, ceciderunt:

Formula vetus. — *Cicero Tuſcul. I.*

Dic, hoſpes, Spartae, nos te hic vidiſſe iacentes,

Dum

Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

Et in Q. Ennij Epitaphio apud eundem Tullium,

Aspicite, ô ciues, senis Enni imagini formam:
Hic vestrûm panxit maxima facta patrum.

Item in Pacuuij Poëtae apud Agellium tumulo: (Agell. lib. I. cap. 24.)

Adulescens, tametsi properas, hoc te saxum rogat,
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est legas.
Hîc sunt Poetae Pacuuij Marci sita
Ossa: hoc volebam, nescius ne esses. Vale:

In alia quoque Inscriptione, de qua mox erit dicendum, scriptum videas:

Hospes, quod deico paullum est, asta, ac pellege.

Apud Valerium quoque Catullum, in Faselo:

Faselus ille quem videtis hospites.

B. Vtile sane id genus titulos & versus audire; & collectos, vt quis cum vsus est, imitetur, ad manum habere. TITVLI hic nomen pro *Inscriptione* forte adhibuit? A. Ita opinor. C. Recte-ne scriptum PARENTEIS? A. Non opinor, sed reponendum existimo gignendi casu PARENTIS, expuncta E. tametsi non facile dixero quis hic eius parens, qui tituli sumptus fecerit. B. Rectum-ne illud: VBEI. SE. RELIQVIAE, &c. A. Neque sententia constat, nec versus. Neq; enim VBEI, si ad titulum referas, rectum est, quia reliquiae non in titulis, sed in tumulis collocari solitae. Accipiendum itaque de titulo tumuli, cui includebantur ossa, & cineres. Neque pronomen SE hic quadrat, non enim lipsana se ipsa condebant in tumulo. Adhaec & in syllabas impingo. Emendandũ itaq; censeo: VTEI RELIQVIAS. CONLOCARENT. CORPORIS. B. Placet haec felix tua cõiectura. Sed quid HEIC hoc quidem loco significat? A. Pro in hac re vel persona. [*Quid si* HEI *reponas?*] B. Facessit negotium & illud: GLORIAM CONSCENDERET.† A. Mihi quoque displicet. Forte hoc significat, cum aetate creuisse & gloriam. GLORIA rectius foret, sed vltima nominandi casu corripitur, quae esse productior debet, vt in auferendi casu. B. Quid si GLORIA pro *cum gloria*? A. Durum & id profecto. C. Recte-ne scriptum video PAENE, cum diphthongo. A. Recte, nec aliter scribi potest: itaq; scriptum perpetuo vidi in membranis à me comparatis Pandectarum Florentinorũ, *quem nunc librum masculino non sequiore genere* Florentinarum *efferri oportere didici, &* † *docui.* B. Nouus & hic scrupulus est acnodus. Sed Hispanis nostris familiare neutra feminino efferre genere, vt *Paradoxa* Ciceronis, *Problemata* Aristotelis, ac Plutarchi, atque Alciati *Emblemata.* A. Mihi non placet, vt nec Pandectus, aut Pandecta, æ cum Medicis dixerim. A. Haec quid significant: QVAE. MODO. NOBILIVM: &c. ET GRAECA IN SCENA? A. Psaltricẽ fuisse apparet egregiam, vt publicis in ludis à Romanis nobilibus datis in choro cecinerit venustè: adhaec in Graeca Comoedia, quam *palliatam* idcirco nominabant, personam sustinuerit, quod tum inusitatum erat maxime. C. SCAENA recte-ne cum diphthongo scribitur? A. Affirmant Grammatici *veteres, vt Priscianus.* Graeca licet scriptura CKHNH *negat, ac* * *recentiores.* B. Quaenam *Comoedia Graeca palliata?* A. Plautinae omnes ac Terentianae Comoediae Graecae sunt, & *Palliatae*, propterea quod omnes, aut certe pleraeque expressae è Graecis: & Graeco agebantur habitu, fingebantur res in Graecia gestae: deinde quia pallio Graeci veste extima vtebantur, vt Romani toga. Hinc *Graecae* dictae & *Palliatae.* Afranius autem & Titinius, ceterique *Togatas* fecere Comoedias, & *Praetextatas*: in quibus actores Romanorum ritu & togis vtebantur, & praetextis. Neque enim *Praetextatae* sunt appellandae Tragoediae, vt censuit Iulius Scaliger, sed *Comoediae*, à praetexta, qua induti actores. B. Chori

Comoediarum

† [*Fort.* Ad gloriã contenderet, *leg.*]

† *In Indice propriorum nominum in Pandectis.*

Scaena.

* *Dion. Lamb. in 2. Catil. Cicer. Pet. Victorius lib. XVII. Variar. lect. cap. 23.*

Palliatae & Graecae.

Togatae & Praetextae.

A Comoediarum & Tragoediarum quales erant. A. Nomen hodieque in templis durat Sacerdotum alternis canentium, item in choreis gentium multarum & canentium, vno praecinente: Quo modo paene Hiſpani colloquentiū inter ſe circulos *Corros* nominant, vnde natum Prouerbiū *Baylo bien yechaiſme del corro*, ex eo eſt diminutiuum *corrillo* hominum etiam non ſaltātium. In veteri Comoedia *Chori* olim erant, vt in Ariſtophane, ſed nihil apud hunc ſerij loquuntur, ſed ſonos edunt, vt ranarum coaxantium, auiumq; chori. In Plauto vero ac Terentio, quia factae ſunt è Comoediis, vt Graeci nominăt nouis, choris carent. Aliâs, chori ſunt virorum ac feminarum, vt in Tragicis tribus principibus Poëtis Aeſchylo, Sophocle, & Euripide, Graecis, & Latinorum vno Seneca Tragico. A. E- CHORI.

B rant-ne canentium tantum virorum feminarumque chori: an aliarum etiam perſonarum? A. Vt plurimum perſonae erant eius loci, vbi agi fingebant drama: itaque Dorica plerumque dialecto in choris ſunt vſi, qui craſſior erat vulgi ſermo: in ceteris vero extra choros Attici ſunt, & venuſti. partiebantur interdum bifariam, *qui ſemichori dicti, & actores ſeu perſonas, quae inducuntur in Comoedia aut Tragoedia, viciſſim colloquuntur. Interdum vno in loco ſimul ſtant, cantillantque ſententias de re quā de tunc agitur, bonos laudando, malos vero vituperando. Oſtendendo interea, iuſtum eſſe Deum, qui de improbis poenas exigat; aliaque tractant, de quibus in Arte Poëtica Horatius. B. Audiui, cum dicerent, tibiis vſos inter agendum; & initio Comoediae cuiuſque Terentianae fere adſcriptum *Tibiis paribus, imparibus; dextris, ſiniſtris; Sarranis*; quae quaſi He- *Tibiae dex-*

C braea eſſent, non intelligo. A. Vt nec ego; legi tamen in Ciceronis I. Tuſculana: *trae, ſini-* *Non intelligo quid metuat, cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.* Loquens de *ſtrae.* principe actore Tragoediae. Hinc & ex aliis auctorum locis tibias inflaſſe dum agerentur Comoediae aut Tragoediae, certo didici. Spectatur adhaec in Nomiſmatis, aliiſque Antiquitatis monumentis, tibiis ita ceciniſſe, vt ſingulae manus tibias continerent, ſimulque inflarent. B. Tibiae iſtae an aequales? A. Imo inaequales plerumque, & altera manu delicatiorem ac breuiorem; altera longiorem craſſioremque tenebant. Vnde & *dextra* dicta *tibia*, aut *ſiniſtra*, à manu quae eas regeret. Notum quoque C. Plinij verbis, aſſerentis craſſiores a- *Plin. lib. XVI.* riundines ſiniſtris; tenuiores dextris regi. B. Clarum itaque omnibus erit cur *Nat. Hiſt.*

D dictum *tibiis dextris, tibiis ſiniſtris: paribus aut imparibus.* Sed quid *Sarranae* ſunt? *cap. 36.* A. A Tyro quidam deriuant; alij à Carthagine: quo modo & Atilij Reguli filius dictus eſt Atilius Sarranus, quod Reguli Carthaginienſium ſerui filius eſſet. B. Illud nunc quaerendum, cur Comoediae nunc hoc, nunc illo tibiarum genere fierent. A. Ex Comoediae qualitate aiunt, aliae gratioſae, graues aliae: quaedam etiam multorum actorum, paucorum aliae. Interdum de amoribus, vel alia quauis de cauſſa. Arbitrio itaque Poëtae has, aut illas inflabant tibias. B. Verſus hic *Infiſtae Parcae, &c.* mendoſus apparet, & obſcurus. A. INFISTAE pro *infeſtae*, quod vſitatum magis, & mox in extremo CARMINA, non *carmine*

E legendum. B. Verbum DEPOSIERVNT an corruptum? A. Equidem non mutarim. Antiqui enim, vt M. Cato, priſcarum affectator vocum, *Poſiuerunt* dicebăt; melius tamen fuerit *depoſuerunt*. C. LETO IACENT an probe habet? A. *Letum* *Letum, pro* ſaepius hic ſcribitur, & rectè. Phraſis autem Poëtarum potius eſt, quam Orato- *Morte.* rum, vt & inſequentis verſus:

Et anteceſſi genita poſt leti diem

quaſi diceret: *Et ego egenita poſtea anteceſſi leti diem.*

B. Saepius hic vtitur *Leti* voce. A. Quanto rectius formam dicendi variaſſet? Poëticum & illud *Bis hic ſepteni* pro quatuordecim, & *Ditis* vocabulum pro Plutone. Vltimus verſus pro illis collocatur quae in Epitaphiis frequenter occurrūt:

s.t.t.l. hoc est: *sit tibi terra leuis*. B. Quid hac formula precabantur? an vt resurge- A
rent? A. Nihil minus credebāt, vt ex Actis Apostolorū discimus: praedicāte enim
Act.17.v.32. Paulo Athenis de corporum resurrectione, irridebant. B. Quid igitur significat?
A. Ne, vt gigantibus, montes Aetna grauiores illis imponantur, sub quibus mo-
leste iacere fingebant: adhaec nimis in terra profunda iacere, vbi inferorum locus
XI. *Matronae honestae.* est, nolebant. Ad alteram veniamus, quam non ipse legi, sed descriptam vidi, &
Aldus Manutius ad portam Cestiam legi Romae affirmat:

HOSPES.QVOD.DEICO.PAVLLVM.EST.ASTA.AC PELLEGE
HEIC.EST.SEPVLCRVM.HAV PVLCRVM.PVLCRAI.FEMINAE
NOMEN.PARENTES.NOMINARVNT.CLAVDIAM
SVOM.MARITVM.CORDE.DILEXIT.SOVO B
ET.GNATOS.DVOS.CREAVIT.HORVNC.ALTERVM
IN.TERRA.LINQVIT.ALIVM.SVB.TERRA.LOCAT
SERMONE.LEPIDO.TVM.AVTEM.INCESSV.COMMODO
DOMVM.SERVAVIT.LANAM.FECIT.DIXI.ABEI.

B. Grauior sane haec Inscriptio priore. A. Quid mirum? Posita enim matronae
honestae, rei familiaris studiosae, colum tractanti, in altera vero de psaltria puel-
la, quae & in scenam prodiret. Illius versus sunt meliores; in his licentia quaedam
temporum illorum, vt in versu primo è meris spondeis, excepta sede vltima.
B. *Deico* & *Paullum* rectè-ne scribuntur. A. Recte; etsi Terentianus contra sen-
tit, negatque *Deico* aut *Feido* scribendum, quae littera E caret, quae in *Eitur* repe- C
ritur à verbo *Eo*. Grammaticorum ea mens est: in *paullum* geminant LL nummi
complures inscripti PAVLLVS; lapides quoque litterati. A *Paullo Polla* deriuata,
vt ab *Aula Olla*. Non perinde mihi placet hic scribi *Asta ac pellege* equidem malim
Adsta, ac *perlege*. Sed ad exemplar ipsum prouocemus. B. *Heic est sepulcrum*. Bis
hic peccatū videatur: *Heic* pro *hoc* & sine H *sepulcrum*. A. Heic pro *hoc loco* dictum:
altera vox sine spiritu melius, vt auctor est Cicero, quod ad sua vsque tempora
Varro apud durasse ait, neque vti voluisse donec omnibus vsitatum videret, *ne* (vt M. Varro
Carisiū lib.1. ait) *duabus consonantibus media intercederet aspiratio; quod minime rectum antiquis vi-*
Grammat. *debatur. Vnde & sepulcrum hodieq; manet, quod sit seorsim à* pulcro, *propter recordatio-*
nem doloris. Quò etiam hoc in Epitaphio allusum video, eamq; regulam obseruas- D
se ne in media dictione post consonantem poneretur aspiratio: recteq; scriptum,
pulcrum & *pulcrai* sine H. B. *Pulcrai*, duarum-ne an trium est syllabarum vox?
A. Dissyllabam potius existimo, vt *pulcrae*: qua diphthongo vsus etiam Maro est,
in *Aulai*, & saepius Lucretius, & Q. Ennius dixit: *Rex Albai Longai*, & fere diph-
A. Gell. lib. thongum AI diuidunt. Notauit P. Nigidius apud A. Gellium *huius terrai* scri-
XIII, cap.24. bendum & non *huic terrai*, sed terrae, item *mei* pro *mihi*, & non *mei homo*, sed *mi ho-*
mo. C. Eruis profecto nec audita prius, nec visa. A. Linguis nimirum id vsu
venit, quod vestibus: quae temporibus variantur, vt nunc longus placeat ami-
Terēt. Enuchi ctus, nunc breuior, vices alternando: & recte Comicus: *Nihil dictum quin dictum sit*
prologo. *Eccles.1.10.* *prius*: & Sapientissimus: *Nihil nouum sub sole*. B. Vocabulum HAV, rectè-ne ha- E
bet? A. Equidem dubito, scriptumque arbitror, *Haut*, vel *Haud*. B. Vox *feminae*
nunquid in I secundum Nigidium terminanda? A. Maxime, sed huius auctor
versus dicto audiens nō fuit. B. Multi scribunt *Foemina*, alij *Faemina*; vtri melius?
A. Si hanc sequaris lapidis inscriptionem, neutra est littera A vel O opus: quod &
alia vetustatis, vt opinor, probant monumenta, *& Pandectae Florentinis; à fetu et-*
A. Gell. lib. *iam litteratores deriuant, vt Varro apud A. Gellium: & hoc vocabulum à ferendo Naso*
XVI. cap.12. *in Fastis*. B. *Claudiam* istam an cognoscis? A. Minime vero, vt nec *Liciniam* illam
Ouid. lib. III. *Fast.* libertā, cui superiores sunt versus positi. Oportuit mariti nomen, aut liberorum
apponi,

A apponi, quò melius cognosci possent. B. Cur scriptum video *suom* & *souo*, & non *suum* vel *suoum* & *suo* vel *suoo?* A. Rationem citra exceptionem adferre non possum: illud tantum, ideo fortasse *suum* scribere noluisse, ne à suibus deriuatus casus videretur, & obseruo vv ne geminarent cauisse; vt cum de *Diuos* pro *Diuus* sermo esset, admonui. B. *Creauit* non vsitata hic notione positum opinor. A. Non hic condere aut educare significat, sed parere. B. HORVNC, recté-ne pro *Horum?* A. Antiquitus vsitatum arbitror, & in Comoediis priscis occurret. B. Placet-ne illud *incessu commodo?* A. Nequaquam, vt nec illud *Lanam fecit*, sed sunt toleranda quaedam. Libet nunc alios exhibere titulos Romanorum peruetercs, etsi non constet aurei illius esse saeculi Ciceronis, sed suspicor Augustum, B vel Traianum poni iussisse; quos Inscriptiones statuis in foro subiecisse legere alibi memini. Elegantes adeo ac breues sunt, ac de illustribus agunt personis, vt quouis honesto loco spectari merito possint. Prima est Valerij Publicolae, quam olim in aedibus Cardinalis Maffaei ipsi vidimus:

Dial. vi.

XII. *Valerij Poplicolae.*

P. VALESIVS. VOLESI. F
POBLICOLA.

Post reperta eadem. Romae, sed maior:

P. VALESIVS. VOLESI. F
POPLICVLA
IOVI. IVNONI
SAC
C P. PETRON. RESTITVIT

Valeriorum familia (primum dicta *Valesiorum* per s, vt *Fusij* qui post *Furij*, & *Auselij* post *Aurelij*) Romae inter principes exstitit, & à primorum Consulum temporibus ad Tiberij vsque Caesaris aetatem viros domi militiaeque claros extulit. Curiis Sabinorum Romam commigrarunt, cum Titus Titius vna cum Romulo regnauit, multosque Sabinos in vrbem adduxit post Sabinarum raptum: cuius raptus imago visitur in *Titurij Sabini* nummis. Valerius autem Maximus hanc gentem refert Ludis occasionem dedisse Saecularibus; qua etiam de caussa Romam venerint, nomenque induerint. Fuere autem *Valerij*, etsi Patricij essent, plebis studiosi, iam inde ab hoc Publicola, qui hoc sibi nomen primo Cõsulatu, quod populum coleret, inuenit. B. Alter lapis *Poblicola* praefert, alius D *Poplicula*, & nunc *Publicola*, vt vulgo fit, pronuncias: vnde haec varietas? A. Suspicor primum *Popliculum* dictum, diminuta forma, quasi *Publico paruo*, & mox variatum: *à colendo* autem deriuant alij, vt *Accola & Incola*. Et sic vt *Publicum* pro *Poblicum* dicere coeperunt; ita & *Publicola* dici coepit. B. Quid in altero additum marmore video *Ioui Iunoni Sac.* & quae sequuntur? A. Credo equidem Publium Petronium marmor reperisse vetustate consumptum, cui essent priora illa insculpta, vnde appareret Publicolam Ioui ac Iunoni lapidem dedicasse. B. Verba itaque legendo interpretare. A. *Ioui Iunoni Sacrum. Publius Petronius re-* E *stituit.* Exstat & inscriptio illustri Romae viro Appio Claudio Caeco posita, legiturq; Florentiae apud clarissimum doctissimumq; virum Pet. Victorium:

Val. lib. II. cap. 4.

XIII. *Appij Claudij Caeci.*

APPIVS. CLAVDIVS
C. F. CAECVS
CENSOR. COS. BIS. DICT. INTERREX. III
PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COM
PLVRA. OPPIDA. DE. SAMNITIBVS. CEPIT
SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCI
TVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO
REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. VIAM
APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN

VRBEM.ADDVXIT.AEDEM.BELLONAE
FECIT A

B. Aurum huic oppoſitum contra non carum, & theſauri inſtar eſt Inſcriptio: quales ſi ceterae eſſent, certior profecto Romanarum Hiſtoriarum narratio eſſet, ſed caecus cum eſſet quî tantos geſſit Magiſtratus? A. Illud tantum geſſit caecus memorandum, quod nollet pacem cum Pyrrho Epirotarum Rege à Romanis fieri, eratque eius in manibus oratio, ait Cicero: & Q. Ennius verſibus inſulſis conſcripſit:

Cic. in Catone maiore, & Plut. in Pyrrho.

Quo vobis mentes rectae quae ſtare ſolebant
Antehac, dementes ſeſe flexere viai.

B. In Familiis Romanis à Te proditum memini *Claudios* fuiſſe Sabinos, Romamque veniſſe poſt exactos Reges: quomodo ergo cum Sabinis bellũ geſſit? A. Non id curae erat Romanis, quandoquidem & vrbem ſuam *Albam longam* euerterunt. B B. Quem in recenſendis magiſtratibus ordinem ſeruat? A. Quem in cenſura ſeruare ſolent, cum cenſorium natu maximum Principem Senatus crearent, & ceteros deinceps ordine Cenſorios: vt ſupra expoſui: poſt hos conſulares, & eos prius, qui ſaepius Conſules fuiſſent. B. Nonne maior Dictator erat, à quo prouocare nefas? A. Erat profecto, ſed ordinarius non erat Magiſtratus, vt, nec Interregem eſſe. B. Prius itaque nominanda erant, *Praetura, Aedilitas, & Quaeſtura:* qui erant ordinarij magiſtratus. A. At hi carebant Conſulari poteſtate. C. Si Appius ſub Regibus non fuit, quomodo *Interrex?* A. Poteſtas Conſularis eadem quae Regum fuit: cumque Conſules annuum magiſtratum geſſiſſent, poteſtas finiebatur, C & *Interregnum* dicebatur, vt hodie mortuo recens Pontifice *ſedes vacare* dicitur. Senatores itaq; ſex dierum Interregem creabant, quem Patricium eſſe oportebat. B. Quamobrem quaeſo? A. Quia primi Patricij fuerant: & Magiſtratus initio Patriciorum tantum erant: cumque Conſulatum, alioſque Magiſtratus plebi concederent, Interregis non conceſſerunt. Augures ad haec reſpondiſſent, ſi plebeius crearetur, nefas fore, nec Interrex eſſet. B. Tantane Augurũ auctoritas? A. Erat profecto, non modo in hoc ſex dierũ Magiſtratu, ſed & in Conſulatu, ceteriſque dignitatibus, cogere vt abdicarent, vt de Ti. Graccho Conſule accepimus, patre Tiberij & Caij Tribunorum: qui poſt Conſulatum in Sardiniam profectus, memor rei malo omine geſtae; cum de Conſulibus creandis ſuffragia D ferrentur, quod pomoerium (qui locus poſt muros vrbis Romae erat) non obſeruatis augurio auibus tranſijſſet, etſi poſt ſemel iterumque de caelo ſeruaſſet. Comitia enim centuriata extra muros Romanos Martio in campo habebantur. Augures itaque dixerunt Conſules non recte factos, vt alias ſaepe, pronunciarunt, nulla habita ratione eius cauſſae, quam Tiberius ſcripſiſſet. Conſules ergo vel inuiti abdicare coacti, alijque ſuffecti. Fuit hic annus poſt Rom. conditam DXCI, centum prope annis ante Ciceronis Conſulatum, quantum commemini. B. Vnde conijcis, non eſſe hanc Inſcriptionem ſaeculo Appij, aut Ciceronis poſitam? A. Quia *Caecus* nominatur, quod filij non facerent: & quia non ea ſcribendi for- E ma vetus, quae in C. Duilij columna roſtrata cernitur, qui Appij fuit aequalis; ac ne antiquioris quidem Orthographiae vllum apparet veſtigium, neque ea ſermonis elegantia. C. Audire memini in ſermonis elegantia verbum claudere periodum oportere. Quod hic non fieri obſeruo. A. Quoties elegans Cicero non eſſet, cum ſaepe id non obſeruet? In vulgari noſtra lingua abſonum eſt verbum vltimo in loco ſtatuere: etſi Ferdinand. à Pollice Marchio S. Helenae, & alij eius ſaeculi ſcriptores ad elegantiã ita ſcripſerint. B. Quarto verſu vt legendum eſt? A. *Praetor bis, Aedilis Curulis bis. Quaeſtor, Tribunus militum ter.* B. Singulos Magiſtratus cur

Princeps Senatus. Dial. VII.

toties

A toties gessit? A. In Tribunatu frequens id, & cum multis commune: quae dignitas cum esset militaris, fortem esse ac strenuum ostendebat. *Praetorem* quidem & *Aedilem* bis fieri rarum erat: immo ignominiae nota, vt in P. Cornelio Sura, & in A. Hostilio Mancino, & Metello Pio, scriptor de Viris illust. cap. 59. & 63. vt ibi notauimus, & in C. Sallustio, qui à Censorib. Senatu moti, bis Quaestores facti alios sunt Magistratus adepti. B. Itera-dum eadem ista mihi. aueo enim melius cognoscere. An Senatu moti bis Quaestores fiebant? & ceteri eis Magistratus committebantur? A. Censor in Lustro nomina recensebat Senatorum, ducto à Censoriis & Consularibus initio, vt iam diximus: & si cuius displicerent mores, nomen tabulis eradebant, nec suis inserebant. Lustro condito hic praeteritus in B Senatum ire non poterat, nisi quem prius Magistratum gessisset, vel alius Censor altero lustro in Senatorum retulisset numerum. Vt itaque gradum citius recuperarent, Magistratum petebant, qui plebeijs, etsi Senatores non fuissent, concederetur: quem iam adepti Senatum ingredi poterant, neque Senatu motos fuisse perinde apparebat. In oratione contra Sallustium scripta ita legitur: *Tu, Crispe Sallusti, tantidem putas esse bis Senatorem, & bis Quaestorem fieri, quanti bis Consularem, & bis Triumphalem?* Illud quoque incommodi bis eundem Magistratum gerendo accidebat; quòd tempore impedirentur, ne maiores peterent Magistratus. C. Vox *cepit* rectè-ne scribitur, an O E diphthongus addenda? A. Cum pro *accepit* sumitur, recte sic pingitur: cum vero pro *incoepit* O addendum. C. *Tuscorum*, nonne addi aspiratio debet? A. Minime, vt nec in *Etruscis* spiritus additur: quod C Romae primum didici. Antea enim H appingere solebam, vt in libris vulgatis repereram; & hic lapis ad haec confirmanda satis esse queat: vt & *Oppidum* scribendum, etsi qui ab ope cum *Isidoro* deriuant, vno P scribant. B. Quod ait: *In Censura viam Appiam strauit, & aquam in vrbem adduxit*, in Pandectis, opinor, legitur. A. Recte mones: bis enim occurrit: semel Titulo de origine Iuris: iterumq; Tit. De postulando, non longè à principio, vbi haec legas: *Appius denique Claudius Caecus consiliis publicis intererat, & in Senatu seuerissimam dixit sententiam de Pyrrhi captiuis.* Alibi vero Iurisconsultus nominatur *Centimanus*; & hic inscriptum reperio: *Appiam viam strauit, aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in vrbe non recipiendo sententiam tulit.* Addit duos conscripsisse libros, vnum *Actionum*, alterum *de Vsurpationibus*: qui liber Pomponij etiam tum aetate desiderabatur. Adhaec eius caussa D R caninae litterae vsum inductum, vt iam tum *Valesij*, *Valerij* dici sint coepti, & *Fusij*, *Furij*. Praeterea Cicero *Papisios*, *Papirios* dictos affirmat, sed tempus abnuit. Illud certe falsum R. litterã ab hoc Appio, vt nouam, primum repertam. B. Contextus clare sic loquitur. A. Siue textus, siue glossa id afferat, equidem non assentior. *Roma* enim longe antea cum R. dicta est non *Soma*: itemq; notae S. P. Q. R. non post Appium primum adhibitae: atque adeò Romulus & Remus, vrbis conditores, sic dicti, non Somulus & Semus. Quin & aetatum omnium Nomismata cum aerea tum argentea R. praeferunt. B. Libertus-ne Appij huius fuit CN. *Flauius* dictus, qui Actiones publicauit? A. Huius esse non potuit. Flauij enim me- E minit T. Liuius extremo lib. IX. vrbis conditae: Appij in decem libris Decadis secundae, temporis iniuria amissae, qua de bello Pyrrhi, & Punico primo actum. B. De *Bellonae templo* alibi-ne mentio? A. Immo apud Ouidium in Fastis haec leguntur:

Hac sacrata die Tusco Bellona duello
Dicitur, & Latio prospera semper adest.
Appius est ductor, Pyrrho qui pace negata,
Multum animo vidit, lumine captus erat.

B. Quae haec Bellona Dea? A. Sunt qui Martis coniugem, alij sororem faciunt,

Bis quando iterati Ro. Magistratus.

Censores

L. 2. §. Iuris Ciuil. D. De Orig. Iuris.

R. canina litera quando inducta.

Lib. IX. Epist. XXI.

Ouid. lib. VI. Fast.

Bellona, Dea.

nominantque aliter Enyo. De hac Festus Pompeius ante templum suum columnam, *Bellicam* dictam habuisse, in quam hasta iaceretur, cum bellum hosti moueret. Dicta tum *Duellona*. Vnde suspicor post Appij tempora hunc titulum positum; quantum è M. Varrone conijcio: quo etiam tempore *duellum* pro *bello*. Sed *C. Duilius* nunquam vocatus est. C. Bilius, (etsi [a] amicus id meus asseruit) sed *C. Bellius* post ea tempora, auctore [b] Cicerone. Age, dicamus de perinde illustri Romano, *Q. Fabio Maximo*, cuius Inscriptio Florentiae apud eundem Petrum Victorium V. CL. exstitit: A

a Pet. Ciacconius Tolet. in columnam rostratam Duilij.
b Cic. in Orat. XIV.

Q. FABI MAXIMI.

Q. F. MAXIMVS
DICTATOR. BIS. COS. V. CEN
SOR. INTERREX. II. AED. CVR
Q. II. TR. M. II. PONT. AVG. B
PRIMO. CONSVLATV. LIGVRES. SVBE
GIT. EX. HIS. TRIVMPHAVIT. TERTIO. ET
QVARTO. HANNIBALEM. COMPLVRI
BVS. VICTORIS. FEROCEM. SVBSEQVEN
DO. COERCVIT. DICTATOR. MAGISTRO
EQVITVM. MINVCIO. QVOIVS. POPV
LVS. IMPERIVM. CVM. DICTATORIS
IMPERIO. AEQVAVERAT. ET. EXERCITVI
PROFLIGATO. SVBVENIT. ET. EO. NOMI
NE. AB. EXERCITV. MINVCIANO. PA
TER. APPELLATVS. EST. CONSVL. QVIN C
TVM. TARENTVM. CEPIT. TRIVMPHA
VIT. DVX. AETATIS. SVAE. CAVTISSIMVS
HABITVS. EST. PRINCEPS. IN. SENATVM
DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST

B. Nihil ad meum palatum legi vnquam iucundius. Quam apte res ab eo praeclarè gestae, & quidem paucis verbis, commemorantur? eleganter sane ac propriè: Verum cur non FABII hic nomen integrè positum video? A. Quia sic bene cognoscitur: neque de altero accipi haec possint. Facile tamen tecum sentio, versum hic paucarum litterarum deesse, qui ita praemitti possit: D

Q. FABIVS Q. F. MAXIMVS.

B. Recte nunc habet, sed vnde constat *Quincti filium* fuisse? A. Multi testimonium dixerint, sed omnium sit instar Verrij Flacci eius, qui Fastos Capitolinos digessisse putatur. Hic anno Vrbis conditae DXX Consules nominat: Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVM. VERRV-COS. M'. POMPONIVS. M'. F. M'. N. MATHO. eodemque modo Censorem nominat. B. Testis hic omni est exceptione maior: Non igitur requiro alium. Sed cur hic *Maxum.* & Inscriptio nostra *Maximus* praefert, nec à Verrucis ductum addit cognomentum. A. Ante Iulij Caesaris aetatem dictum non esse *Maximus*, nec *Optimus*, sed *Optumus*, & *Maxumus* auctores laudare possum. B. Nonne Verrius post Iulij Caesaris aetatem floruit? cur non igitur *Maximus* scripsit. A. Antiquos secutum arbitror, vt & in aliis; at qui Inscriptionem hanc proposuit, vsui temporis Orthographiam exhibuit: vnde efficitur post Caesaris aetatem esse positam. de cognomento autem *Verrucosi* & *Ouiculae* nihil nunc quidem, honoris gratiâ dixit. B. In Magistratibus recensendis alium, quam superior Inscriptio, seruat ordinem: vbi Dictator post Censorem & Consulem nominatur: hic vero Dictaturam praemittit: causam ex te audire lubet. A. Diuersitatis huius caussam perso- E

narum

A narum efficit varietas. Appij enim res maxime memorandae in Censura gestae sunt, & Consulatu; pacisque artibus & toga magis excelluit; sago vero ac militia *Q. Fabius*, homo militaris. Quare eius Dictatura primo nominatur, ac praeponitur. B. Lege, quaeso, hos Magistratus: DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR INTERREX. II. AED. CVR. Q. II. TR. M. II. A, *Dictator bis, Consul quinquies, Censor. Interrex bis, Aedilis Curulis, Quaestor bis, Tribunus militum bis.* Quod Interrex fuerit, Patricium fuisse arguit, vt *Fabij* omnes Patricij ab Vrbis initiis fuerunt; qui ab Hercule generis principium ducebant. C. Cur COS. sine N scribitur, pro *Consul?* A. In ea sum equidem sententia ita scriptum pronunciatumque antiquitus: quo modo dixerunt *asa* pro *ansa*, & post *ara*: *praegnas praegnatis*; & *damnas*, pro quo nunc scribimus *praegnans praegnantis*, & *damnans* vel *damnatus*. B. Cur hic sacer-
B dotia sunt posita, *Pontifex, Augur*, quae in altera aberant? A. Forte, quod iis caruerit Appius, aut per obliuionem sint omissa. B. Cum ait: *Primo Consulatu Ligures subegit, &c.* dixeris *C. Marij*, qui septies Consul fuit, videri. A. Potuit sane eius esse temporibus posita Inscriptio. B. Quinam *Ligures* sunt? A. Qui ciuitatem *Genuam* hodie incolunt, ac finitimi; quanquam interdum Massiliam vsque Ligurum fines Geographi producunt. B. *Ex iis triumphauit.* Recté-ne scriptum, IIS? an melius HIS, vel EIS, aut IEIS? A. Nihil horum, si reperiam, mutandum censeam. B. *Tertio, quarto Hannibalem compluribus victoris ferocem subsequendo coërcuit.* Hannibalem hic per H video, num melius qui spiritum demunt? A. Deriuatum equidem arbitror nomen ab *Hanno*, vnde spiritum rectius addi. B. Quî id colligis? A. Quia priores litterae sunt pares, eademque est nominis terminatio cum Puni-
C cis *Asdrubal, Adherbal*, ceterisque. B. *Victoris*, si est gignendi casus, non recté habeat dictio. A. Non est obliquus casus à *Victor*, sed à *Victoria*, scriptumque pro *Victoriis*, longa *fortassis* I littera poni debuit. B. Desidero & hic *Cunctatoris* proprium illius cognomentum. A. Cum ait: *Subsequendo coërcuit*, idem melius & amplius dixit: & adiecit: *Dux cautissimus*. Q. Ennius de hoc cecinit:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem;
Non ponebat enim rumores ante salutem.
Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

Virgilius primum sic versum, vt alia pleraque, expressit;

——*Tu Maximus ille es,*
D *Vnus qui nobis cunctando restitues rem.*

B. *Dictator Magistro Equitum Minucio, &c.* cur non dixit *M. Minucio Rufo?* A. Aut vituperans, aut, vt rem notam praeteriens. B. Quidni *Minutius* per T scribit, si à *minuto* deriuatum? A. Falsum id vocis etymon, vt falluntur qui *Mutius* per T à *muto* deducunt. Illud conuenit inter eruditos, quae tandem cumque originatio est, per C non T scribenda *Minucius, & Mucius*, vt *Porcius, Patricius, & Aedilicius, & Conuicium*: & id genus alia, quae in excusis libris per T, rectius vero in lapidibus cum C scribuntur. B. Sequitur: *Quoius populus Imperium cum Dictatoris Imperio aequauerat.* An prima vox pro *Cuius* adhibetur? A. Ita opinor, itaque obliqui nominatiuum magis prima littera referunt. B. Cur non igitur *Quius*, aut *Quuius* scripserunt? A. Causam aliâs reddidi, coniungere noluisse ac geminare v v, & Q semper v. annexum habet, & dandi etiam casu *Quoi* pro *Cui*: itaque in Catulli calamo exaratis libris, & editis nonnullis legas:

Quoi dono lepidum nouum libellum?

Vbi *quoi* vna est syllaba; hic vero in *Quoius* duae, & I consonans est. B. De quo imperio hic loquitur? an de Romano? A. Non, sed de Trapezuntino. B. An Trapezuntiae aliquando Imperator. sedes fuit? A. Fugientem Constantinopoli Imperatorem Trapezuntiae mansisse opinor. B. Quaeso, ne Trapizuntiam recedas, sed ad

Ligures. | Hannibal per H. | Minucius | Mucius. | Dial. VI. & in hoc X.

sed ad explicanda Dictatoris, Magistriq; equitum imperia redeas. A. Dicere volebā hos nec Romanos nec Byzātinos Imperatores extitisse: nec enim Romani sibi vsurparunt: sed & Fabius, & Minucius Romano imperabant exercitui; quod imperium erat eorum, qui Roma cum exercitu in Prouinciam tendebant, aut ad bellum ibant gerendum. B. Erat-ne merum aut mixtum imperium, vel iurisdictio? sic enim Leges nostrae loquuntur. A. Ita est: verum vt Imperator vi Legis Regiae, in milites & ciues plena erat auctoritate; ita & Dictator summum, vt ita dicam, tenebat imperium; vt de mero ac mixto agere non oporteat. B. Tantumne Imperij ius Praetor, Proconsul, ac Praeses, qui in Prouinciam mittebatur, obtinebat? A. Minus paullo erat. Ab his enim primitus ad Imperatorem prouocare licebat, & anteà ad populum Romanum: ceteroquin idem erat ius, sed ei proprium Prouinciae. B. *Magister equitum* par-ne Imperio cum *Dictatore* fuit, aut qualis Legatus ad Proconsulem, vel ad Reges Tribunus Celerum? A. Ex his ipsis verbis colligas, maius imperium *Dictatoris*, quam *Equitum Magistri* fuisse: quandoquidem extra ordinem M. Minucio datum par cum Fabio imperium. B. Quid igitur distabant? A. Quantum à Rege Prorex, & à Tribuno militum eius Vicarius, quem vulgo Locumtenentem appellamus. Minucio milites parebant, dictoque audientes erant, nisi quid aliud Dictator imperasset: vtque contra Dictatoris voluntatem quid fieret, vt cum Hannibale manus conserere, hac opus fuit praerogatiua. Idem de Legato ad Proconsulem, deque Tribuno Celerum apud Reges dictum videri volo, magnae fuisse dicta eorum auctoritatis, nisi quid superiores secus faciendum iudicassent. C. Repertum memini qui *Tribunum scelerum* scribendum vna addita littera affirmare audeant, quasi Romae res crimina- les excuteret. A. Alter hic fuerit Antonius Gueuara, qui scire se antiqua, Romanasque Historias fingit; eaque comminiscitur, quae nec visa, nec audita mortalibus: nemo vt diuinare queat, in quos ille libros inciderit. Noua itaque nomina scriptorum excogitauit, somniaque venditat, obtruditque quae apud nullum reperias auctorem. *Celeres* tunc dicti equestres turmae. Officium autem Tribuni Celerum desiit vna cum Regibus, mansitque in equitum Magistro vestigium. B. Redeamus ad merum Imperium; nonne hi gladij animaduersionem habebāt? A. Demus vtique, imo & Iurisdictionem. B. Paruam an grandem? A. Grandem sane; quòd per se vel per alium audire caussas possent, vel iudices dare, decreta facere; & quae vellent, iudicare. B. Magistratus igitur est? A. Ecquis dubitat? B. Quis igitur potestatem dedit; Lex-ne, an Legislatores? A. Dictatori quidem & Magistro Equitum, & Proconsuli, ac Praesidi citra controuersiam Lex auctoritatem dedit: vt Legato is qui Legatum misit. B. Id quomodo fieri vsitatum? A. Cum Senatui placeret Dictatorem renunciare, Consuli mandabat Dictatorem diceret: isque noctu ad lucernam dicebat. Dictator vero Magistrum Equitum continuò nominabat. Proconsul, aut Praeses, ab Imperatore mittebatur, aut ante Caesares, à Senatu, populo-ue Romano. Legatus autem à Proconsule vel Praeside fiebat. De Tribuno Celerum nihil nunc occurrit, nisi à Rege creari solitum videri. B. Vere-ne illud quidam astruunt, datum illis *Lege curiata* Imperium, qui cum exercitu Roma digrediebantur? A. Difficile id sane in antiquis Romanis Historiis ad pronunciandum, & fortè ad cognoscendum iucundum foret, nisi si temporis multū & operae eriperet in re non necessaria. B. Verum enimuero, quin tu vno verbo dic, quae *Lex Curiata* sit, quae Imperium dabat? A. Illud tantum in praesens occurrit, cum saepenumero Consules sortiti prouincias essent, quas aut in Consulatu aut illo defuncti administrarent, Roma digredi solebant; vtque auguriis erant caerimoniisque dediti, egredi sine caerimoniis atque auguriis non poterant: quae seruabantur conuocatis triginta Curiis, suffragiisque earum: etsi ritu

Ant. Gueuara falsus in Historia.

Dionys. Halic. lib. II. Plin. li. XXIII. cap. 2.

Lex Curiata, quae.

A ritu magis quam suffragiis Curialium gerebantur, si maior Curiarum pars, verbi gratia, sedecim consentirent, Lex inde Curiata fiebat, vt cum exercitu hic aut ille egrederetur, commeatusque de more daretur. Inciderunt interdum infausta auguria, siue ab auibus, siue quòd curia Faucia sorte prima ferret suffragium, & iter impediebatur. Deinde si quis hostis eius, qui profecturus erat, seruando de caelo omen infelix prodigium-ue vidisset, per emissarios, vi Legis Curiatae iter impediebatur. Quamobrem erant qui absque Lege curiata in prouincias discesserunt, ac rem praeclarè gesserunt: rectè-ne an secus, ac bono iure ipsi viderint: vixerunt enim, ratioque Deo ab ipsis iam reddita. Nos ad institutum redeamus. B. *Et exercitui profligato subuenit, & eo nomine ab exercitu Minuciano Pater appellatus est.* Legisse videor, siue in [a] T. Liuio, siue in C. Plinio, coronam illi gramineam

B datam. A. De [b] Cicerone idem fertur, coronam illi, sed ciuicam datam, quòd Catilinariam extinxisset coniurationem; ab aliis vero Q. Catulo, M. Catone, ceterisque *Patrem patriae* appellatum, vt Poëta [c] canit:

——Roma parentem,
Roma Patrem patriae Ciceronem libera dixit.

Quod & à Plinio [d] proditũ: *Salue*, inquit, *primus omnium parens patriae appellate.* Certum & illud, testimonio ornatum à Senatu M. Tullium, non, vt multis, rei bene gestae, sed vt antea nemini, cõseruatae Reipub. Adhaec singulari genere [e] supplicationis ad omnia puluinaria Deorum immortaliũ templa esse patefacta. Cetera in Senatu gesta, datis suffragijs de praemio ornandis, qui coniurationem illam, quà detexissent, quà oppressissent. Idem Q. Fabij coronae forte vsuuenit: aut

C qui Titulum illi posuit, vt incertam rem, studio praetermisit. Omissum etiam, & illud, M. Minucium imperio se abdicasse, subiectumque denuo Q. Fabio: quod honoris gratia praeteritum opinor, vt & reliqua Minucij nomina, quod paullo ante dixisse memini. B. PATER, an hic *Pater* est *Patriae*? A. Non equidem existimo, quod ad exercitum Minucij dumtaxat pertineat. B. Quis ante Augustum Caesarem *Parens patriae* est appellatus? A. Praeter *Ciceronem*, de quo iam diximus, & *Iulium Caesarem* nominare possum neminem. Nam de hoc sculptum frequenter vidimus in nomismatis eius antiquis, &, nisi memoria fallit, in Ciceronis Philippicis. B. Sequentia videamus: *Consul quintum Tarentum cepit: triumphauit.* Cur quidam *Quinctus*, & *Quinctilianus* hodie scribunt? A. Quae-

D ris? Quia sic nummi perpetuò praeferunt, & marmora Romanorum; praecipuè vero Fasti Capitolini: etsi Hadrianus Turnebus eos alibi reprehendere non veretur, vt & *Paullus* geminato LL. scribi, similiaque damnat: Qua in re illum atque Dionysium Lambinum ratio fugit. Imitari enim eos cum loquendo, tum scribendo par est, qui saeculo illo aureo principes exstiterunt, Ciceronem inquam, & Caesarem, & eorum aequales. B. In memoriam commodùm mihi reuocas de Lambino, scribere solitum, itaque scribi sine P voluisse, *Emtus*, & *Redemtus*, & *Comtus*, & id genus alia. Lapidum-ne & nummorum nititur auctoritate? A. Illius hoc inuentum est, multosque repperit asseclas. Sed marmora ei repugnant, & vt errorem reijcio, qui lapidibus assentior libenter; *Emptio* enim cum ferunt, imo, quod non P praesequor, *Tempto*. Cetera vero ab illo allata cum P in libris antiquis calamo exaratis constanter leguntur, *Comptus*, *Emptus*, *Redemptus*. B. Quod in extremo legitur: *Princeps in Senatum duobus lustris lectus est*, nunquid *in Senatu* rectius, ex vsu Latinitatis foret? A. Minime, hoc enim rem in Senatu gestam significaret, sed illud amplius est duobus lustris *Senatus* factum esse *principem*. B. Quid Lustra Romae? A. Reges primum; quibus exactis consules ciuium Romanorum delectum, censumque facere soliti, cum eorum facultates, aetates, statum, & quis cuius esset curiae, vel Tribus, cuius Coloniae aut muni-

a T. Liui. lib. XXII. Plin. lib. 22. cap. 5. Agell. lib. 5. cap. 6.
b Cic. in Pisonem: & pro Sextio. Post red. ad Quirites. Plut. & Appianus.
c Iuuenal. Sat. VIII.
d Plin. li. VII. cap. 30.
e Cic. in Pisonem, Catil. 3. & 4. pro Sulla, Philipp. 2. & 14. & lib. 15. Epist. 4. ad Famil.
Philipp. XIII.
Turn. lib. XXX Aduersar. cap. 28.
Imo & veterum Victorini, & Scauri repugnante licèt Prisciano.

cipij, quod officium, collegium, sacerdotium-ue gereret: quot liberi essent, cuius A aetatis, quo censu, describerent. Ciuitatis adhaec bona apud Quaestores explorabant, creabantque Quaestores. Cui rei Magistratus inuentus, *Censores bini*, qui quincto quoque anno *Lustrum conderent*, hoc est, censum agerent vniuersorum. Sic dictum, quod lustrarent populum sacris, quae *Suouetaurilia*, voce ex *sue oue, & tauro* composita, appellabant. Etsi non ouis erat sed veruex, non castratus. *Cumque à Magistratibus populo Rom. more maiorum multa dicebatur*, obseruatum vt *Ouis* genere virili appellaretur. Deriuatum & *Armilustrium, & Tubilustrium*, cum eodem ritu arma, tubaeque lustrabantur, à *Lustro*. C. Veré-ne Aldus minor asseruit *Tubicines*, ac *Tibicines* nihil differre? A. Nequaquam. Discrepant enim *tuba*, quod soni est instrumentum notum; & *Tibia*, quae fistulae B est species. Ad alia transeamus. Dandi enim comites iam recensitis *Poplicolae*, *Appio Claudio*, & *Q. Fabio*. B. Quinam? A. *M. Cato maior*, *Paullus Aemilius*, eiusque filius *Scipio Africanus minor*. B. Nihil sane prioribus illis inferiores nominasti. A. M.

Censores bini.

A Gell. lib. xi. cap. 1.

XV. M. CATONIS

CATONIS perbreuem attulit Inscriptionem Aldus minor in Orthographia, lectam, vt ait, iuxta Capitolium: mihi videre non contigit:

M. PORCIVS.
CATO
CENSORIVS.

B. Quid-ni legitur *Portius Censorinus*? vt ante repertos Romae Fastos Capitolinos saepe appellatum memini. A. *Censorini* sunt gentis *Marciae*, vt alias disserui estq; Marciorũ cognomen. At *Censorius* aut *Censorinus* non est M. Catonis cognomentum, sed à Censura grauiter gesta *Censorius* coepit appellari, vt Praetorius à C Praetura, Quaestorius à Quaestura, à Consularu Consularis, ab Aedili Aedilicius, à Tribuno Tribunicius: vt & à Triumpho Triumphalis: & qui primipilus fuisset, Primipilaris; ceteraque ad eundem modum deducta. PORCIVS autem cum C. non T. scribendum, è nummis & marmoribus, & à *porco* vel *porca*, non à *porta* manauit nomen; quod M. Varro, nisi fallit memoria, libris de re rustica, monuit, additque & Romae *Scrofas* à porca nominatos. M. autem *Cato* municipij fuit Tusculi, vir sane magnus, cum in studiis, tum armis, gerendaque Repub. Ad summam vero peruenisse senectutem *in Catone maiore Cicero, de Senectute loquentem inducens, satis ostendit.* B. Cur ceteri, quos gessit, non recensen- D tur Magistratus? A. Quod non eo sit consilio, vt ceterae, posita Inscriptio, sed titulus tantum, aut in basi statuae, [*de quarum copia eius dictum est elegans: Malo quaerant ciues Ro. cur Catoni non est posita, quam cur posita.*] aut, quo erat animi candore, quod fastus plenos repudiaret titulos. Vt de eius pronepote M. Catone Plutarchus iucunde refert: qui cum proaui insisteret vestigiis, in Prouinciamque cum imperio esset missus, frequentem hominum occursum repudiabat. Antiochiam itaque ingressuro magna hominum turba in veste candida de more occurrit, pedibus ambulanti cum paucis seruis, ac libertis, equo inuectis: quos ad pedes desilire iussit, ferens moleste tantam occursantium turbam. At mox ira desedit, cum congressu vtrimque facto ex eo quidam quaereret; Adesset-ne Demetrius? Is erat Pompeij libertus. O miseram, inquit, ciuitatem! Respondere ser- E uum de Demetrio, quae nosset, imperat. Venio nunc ad Paullum Aemilium. B. Nunquid Dianij maior longe est M. Catonis Inscriptio, quam Pet. Victorius, & Ambrosius Moralis, vt germanã decepti adferunt? A. Mihi quidem videre non contigit, at ne illi quidem legisse affirmant: de qua alias erit opportunum differere copiosius: nunc sanè de fide mihi in suspicionem illa venit, vt conficta. Paulli Aemilij in lapide fracto visitur, sed quam eius esse facile appareat.

Dial. IIII.

Varro lib. II. de re rust.

Plut. in Catone.

Plut. in vita Pompeij.

Dial. XI. num. XIX.

A ——IVS.L.F.PAVLLVS XVI. *Paulli Aemilij.*

——CENS.AVGVR

——VMPHAVIT.TER

In eodem marmore legitur, & P. Africani Titulus: XVII. *P. Corn. Scipionis Africani minoris.*

P.CORNELIVS.PAVLLI.F.SCIPIO

AFRICANVS.COS.II.CENS.

AVGVR.TRIVMPHAVIT.II.

In Paulli haec desunt, detruncata:

L.AIMIL——

COS.II——

B TRI——

Hic non recensentur Magistratus, Consulatu & Censura minores. Probatque PAVLLVS duplici LL scribendum. B. Cur lego integrè PAVLLI F. & non vt in aliis solet, & in Fastis, P.F. aut L.F. praenomina collocando, hic vero cognomentum. A. Quia *P. Cornelius* iste adoptione filij P. Cornelij Scipionis Africani in familiam Corneliam ex Aemilia transiit: vtque cognosceretur promptius, nomen hic parentis veri, Paulli nimirum, adscriptum est, & ad discrimen Africani maioris. Si enim P.F. distingui non potuissent, nisi addito *Maioris*, & *Minoris* epitheto. Tertij belli Punici anno primo Onufrius Panuinius, aquaeductum plumbeum his inscriptum litteris adfert: XIIX. *Consulum an.604.*

M.AVRELI.MARCIANI.M'.MANILIO

C L.MARCIO.CENSORINO.COS.

Quibus Consulibus anno post Rom. cond. DCIIII. *Tribunus militum erat hic Scipio, vt initio Somnij ipse commemorat.* Romae autem extraque Romam, fragmenta vasorum litteris inscripta indies reperiuntur: estque res prisca, quando & Plautus in Rudente vrnae sic meminit:

Nam haec litterata est, ab se cantat quoia sit.

Venit nunc in mentem alia Africani Inscriptio extra muros Romanos reperta apud Sabinos, quam Fuluius Vrsinus aduehendam curauit, cui primus deest versus: XIX. *Scipionis Africani maioris.*

SCIPIO.AFRICANVS

D COS.BIS.CENSOR

AEDILIS.CVRVLIS

TRIB.MIL.

B. Hic duo visuntur minores Magistratus, deestque Auguratus & triumphus. A. Ita est, vnum tamen hic dubium occurrit. Scribit enim in Liuiana epitoma L. Florus, *seu quis alius*, lib.1. *& de viris illustribus Scriptor* †: Aedilitatem dum peteret, Consulem creatum Scipionem, decem fere annis antequam per leges liceret; *vel, vt Paterculus ait, anno aetatis tricesimo sexto.* Quod si ita est, aut iterum Aedilis post Consulatum factus, aut, *quod verius arbitror*, alterius erit Africani Inscriptio. B. Lucro sane id apponendum, si alterius etiam suppetat Inscriptio. †*Cap.58.*

E A. Q. Seruilij Caepionis Veronae spectatur Inscriptio, referente eodem Onufrio Veronensi his verbis: XX. *Q. Seruilij Caepionis.*

Q.SERVILIO.CN.F

CAEPIONI

COS.CENS.TRIVMPH

PATRIAE.LIBERATORI

DECVRIONES.VERONENS

OB.IVDICIA.RESTITVTA

M.S

Africani huius Caepio ille aequalis fuit, finemq; imposuit bello cum Viriatho forti duce, & praedone Lusitano gesto. De triumpho ipsius nihil Onufrius in Fastis; de Lusitanis tamen arbitror triumphasse. B. Quid in extremo singulae litterae M. S. notant? A. *Monumentum statuerunt* legendũ arbitror. B. Cur ait *ob iudicia restituta?* an hic Seruilius auctor est *Legis Seruiliae* de iudicijs? A. Non, sed alius aetate posterior: quaeque hic leguntur, ad Veronenses non Romanos pertinent. Alterius tituli iuxta Vicetiam Italiae idem Onufrius sic concepti meminit: A

XXI. *Sex. Serrani.*

SEX.ATILIVS.M.F.SERRANVS
PRO.COS.EX.S.C.
INTER.ATESTINOS.ET
VEICETINOS.TERMINOS
STATVIT B

Consulem fuisse ait anno V.C.DCXVIII. Ecce VEICETINOS dictos, qui nunc Vicentini. Rursum est alia Romae his litteris:

XXII. Q.FABIO.ALLOBROGICINO.MAXIMO.

XXIII. *C. Caecilij Metelli.*

Consulem facit anno Vrbis. DCXXXIII Onufrius. Romanum iterum titulum recitat C. *Caecilij Metelli*, qui Consul fuit anno primo belli cum Cimbris gesti:

C.CAECILIVS.Q.F.
METELLVS.IMP.

XXIV. *Consulum.*

Adfert quoque, quem aquaeductum è plumbo vidit, sic Inscriptum:

M.VLPI.SVLPIC.C.CASSIO.VARO
M.LICIN.LVCVLLO.COS. C

Qui decem fere annis ante Ciceronis Consulatum Consules fuerunt DCLXXXI. post Rom. cond. B. Quomodo vox illa legenda SVLPIC? A. Opinor *Sulpiciano.* His omnibus vetustior Inscriptio Romae visitur in aedibus Card. Caesij.

XXV. *M. Aimilij Dictatoris.*

M.AIMILIVS.M.F.L.N.
BARBVLA.DICTATOR

Quidam Q.F. scribunt, & Onufrius ad annum V.C. retulit CCCCXXXIII. & quis hic sit, aut quando Dictator fuerit, ignotum: hoc tantum, multis ante Ciceronem COS. annis Dictatorem non fuisse. Suspicor itaque postremum fuisse anno V.C.DLI. hoc est centesimo & quadragesimo ante Consulem Ciceronem. C. Cur scriptum video *Aimilius* non *Aemilius?* ita etiam in illa Cornelij Paulli. A. Quia Fasti Capitolini sic etiam scribunt, & interdum *Ailius* pro *Aelius*, quomodo Poëtae: D

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

XXVI. *L. Munatij Planci.*

Restat vna explicanda *L. Munacij Planci*, Ciceronis quidem aequalis, sed sub Augusto perijt, vt & Sallustius, & M. Varro: Caietae, alij Lugduni Gallorum exstare affirmant:

L.MVNATIVS.L.F.L.N.L.PRON.
PLANCVS.COS.CENS.IMP.II.VII.VIR.
EPVLON.TRIVMPH.EX.ROETEIS.AEDEM.SATVRNI E
FECIT.DE.MANVBIIS.AGROS.DIVISIT.IN.ITALIA
BENEVENTI.IN.GALLIA.COLONIAS.DEDVXIT
LVGDVNVM.ET.RAVRICAM.

Praeter Historica hic relata cõmodi & illud accedit, recte scribi *Munatius*; quod nomen alij in *Numatius* apud Ciceronem & Horatium peruerterunt, nec dubitant inepti à Numantia, vel Numa Pompilio deriuare: non-nemo etiam à Numo Numantiam, & Numam. C. Certe tale illud, quale de Ioanne Viterbiensi Florianus Ocampius refert: qui oppida à T. littera inchoata à Tubale omnia esse condita,

A ſe condita, vt à Noa quae ab N. inciperent, nugabatur. A. Non iјs quidem verbis, ſed quae eodem recidant. B. Lege illud IMP. II. VII. VIR. E PVLON. A. *Imperator bis, Septem-Vir Epulonum.* B. Et hoc quid eſt? A. Bis cum exercitui praefe-ctus eſſet, ita viciſſe vt Imperator à militibus ſit appellatus, vt de Cicerone aliјſque alibi expoſui. Cumque triumpharit *Imperatorem* fuiſſe nominatum conſtat. Nemini enim triumphi ius, niſi Imperatori dicto dabatur. C. Alternm illud officium erat-ne Oeconomi Caeſaris officium? A. Non Imperatoris, ſed Deorum fictorum. C. Ergo Diј atriј Praefectos habebant? A. Minime; ſed non iocor epulum illis datum. Sic enim certum Sacrificium, à VII. Sacerdotibus offerri ſolitũ, appellabant. B. Hi omne abſumſiſſent epulum. A. Habebant

Dial. IV. extremo. & Dial. X.

Septem-Viri Epulonum.

B & fulcra ac triclinia, quibus accumbebant cum puluinis, dictaque *Puluinaria*, & hoc amplius, *ſupplicationes ad omnia Deorum Puluinaria.* Caeſari quoque in Deos tranſlato *faſtigium, puluinar, & Flamen* attributa, vt in Philippicis auctor eſt Tullius. B. Riſu ſane haec digna: ſed quid illud DE MANVBIIS. A. *Manubias* interpretatur A. Gellius praedam, quae à duce victore manu capta eſt. B. Legendumne eſt: *fecit de Manubiis*, an: *de Manubiis agros diuiſit?* A. Equidem ſic lego: *Aedem Saturni fecit de Manubiis.* B. Quis vicus *Raurica?* A. Non facile dixero. PRO ROETEIS, quod edidit Onuphrius, Aldus legit: RAETIS; ſimilemque profert Inſcriptionem quae RAETORVM eſt; idemq; legit RAVRICVM non RAVRICAM. Eſt & Inſcriptio in ſpeciem vetus, à Traiano Auguſto reſtituta, quae in Capitolio Romae vſitur:

Philipp. 2.

Li. XIII. Noct. Attic. cap. 23.

Vide Rhenanum & Aegidiū Tſchudem.

XXVII. M. Calpurnij Piſonis Frugi.

C M.CALPVRNIVS.M.F.PISO.FRVGI.PR.EX.S.C.
FACIVNDVM.CVRAVIT.EIDEMQVE.PROBAVIT
IMP.CAESAR.DIVI.NERVAE.F.NERVA
TRAIANVS.AVGVSTVS.GERMANICVS.
DACICVS.PONTIF.MAXIMVS.TRIB.POT.XII.
IMP.VI.COS.V.P.P.OPERIBVS.AMPLIATIS.RESTITVIT

B. Vox EIDEM an pro *idem* ponitur? A. *Exiſtimo ſane: quia I longum per diphthongum oſtenditur, vt DIVI pro duobus II. B. Vt legenda illa poſt verbum *Maximus?* A. *Tribunitia poteſtate duodecimum, Imperator ſextum, Conſul quinquies, Pater Patriae.* B. Cur non legis *Conſul Quinctum?* A. Quia ante diu Conſul fue-
D rat, & hoc anno cetera confecit. B. Quid eſt *operibus ampliatus?* A. Opus nimirum maius fecit. Atque hoc diei huius penſum eſto.

* Puto eidē dandi caſu eſſe, hoc eſt Senatui probauit.

E

DIALOGO XI

DE FICTIS NVMMIS ET INSCRIPTIONIBVS.

I. Ad Rubiconem fluuium ficta Inſcriptio.
II. Sibyllarum falſi Tituli & nummi. *Vide* XV. *infra.*
III. Nummi ficti in Epiſtolis Ant. Gueuarae Epiſc.
IIII. Ioan. Annij Viterbienſis aſtu conficta patriae Inſcriptio, ac de eius Beroſo, ceteriſque ſcriptis eius.
V. Formula Venditionis à Iouiano Pontano ficta. *Vide Bern. Briſſonium in Formulis Teſtam.* *lib.* VIII. *Formul.*
VI. Teſtamentum Pomponij Laeti.
VII. Falſi Iulij Caeſaris Nummi, inſcripti: *Veni, vidi, vici.*
VIII. Item S. Petri, Hannibalis, Platonis, Ariſtotelis, Alcibiadis, Themiſtoclis, Pompeij, Marij, Ciceronis, aliorumque ficti nuper nummi.

INSCRIPTIONES FALSAE.

IX. Alexandri Magni.
X. Epitaphium Paraſiti ſcurrae.
XI. Galli Fauonij.
XII. Philocaptae.
XIII. Teſtamentum Sempronij Tucidani.
XIIII. Heliodori inſani.
XV. Sibyllae.
XVI. In Aragonia.
XVII. Barchinouae.
XVIII. Clodij Rabia Tarracon.
XIX. Palladi Victrici.
XX. P. Corneliae Annia.
XXI. Q. Seruij Tullij.
XXII. Lucretiae.
XXIII. Cn. Pompeij Magni, ex C. Plinio lib. VII. Nat. Hiſt. cap. 26. Quid ibidem, *Praefatio Triumphi.*
XXIIII. Eiuſdem Pompeij, *ex vtroque Plinio illuſtrato.*
XXV. Pallantis, Liberti Ti. Claudij Caeſ. *Corn. Tacitus expoſitus.*
XVI. Caecilij Metelli, ex Plinij libro VII. Nat. Hiſt.

Qui de Nomiſmatis veterum ſcripſerint, Itali, Galli, Germani.] *Adde, Hubertum Goltzium, & Adolphum Occonem.*

INSCRIPTIONES antiquas Orbis totius qui colligerint, & qui certarum Prouinciarum.

Accedant his longe diligentiores, Martinus Smetius, cum Auctario I. Lipſij, Lugduni Bat. & Ioſ. Scaligeri, M. Velſeri, & I. Gruteri operâ editum opus in Germania.

ANTONII

ANTONII AVGVSTINI ANTIQVITATVM

DIALOGVS XI.

DE FALSIS ET NVMMIS ET INSCRIPTIONIBVS: & harum rerum Scriptoribus.

A B. PRomiseras, memini, acturum Te aliquando de adulterinis cum nummis, tum Inscriptionibus: hodieq; incessit cupido accurate haec inuestigandi. Nisi enim falsa à veris, certaq; ab incertis segregentur, nihil in studiis cum laude perfeceris. Et, si Aldus Manutius, Paulli filius, Orthographiã veram falsis probet Inscriptionibus, nihil agat, frustraq; laboret: qua falsâ si & alibi ad probandum vti velim, toto, quod aiunt, caelo aberrem. Idem de nummis videri volo, nullius vsus futuris nisi falsos à veris seiungam. A. Equidem in ea pridem sententia fui: quare non temere cuiuis assentiendum duxi: quod est Epicharmi Siculi Poëtae Comici consilium, sic à Q. Tullio, Marci fratre, de Graeco Latinè redditum: Νᾶφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *Neruos, atque artus esse sapientiae non temere crede-* Lib. de Petit. Consul.
B *re.* Attamen vt maxime aduerterem, decipi non semel contigit: Plures tamen Cic. ad Attic. lib. 1. Epist. 16
assentiri vidimus iis, quae fabulosa à me haberentur. Vna erat Inscriptio de fal- Et Dion
sitate mihi semper suspecta: reperti tamen sunt, qui non solum veram existima- Chrysosto- mus Orat.
rent, sed hoc amplius, è marmore à se descriptam assererent; tu quid hic dixisses? LXXIIII.
B. Aut fide hi digni erant, aut minime? A. Cum tales sunt habiti à me, tum etiam doctorum è numero. B. Exuenda itaque tibi opinio illa de falsa Inscriptione, habendaque gratia iis, quòd errorem eripuissent. A. Minime: immo vero constanter fieri non posse, vt germana esset & antiqua, contendebam. B. Nimirum hoc erat falsi arguere, & inimicos capere. A. Romae inter litteratos candide sic agitur, neque, vt hic, tam cito ira incandescunt. Rationes etenim adferebam, cur fictam videri opinarer, cum à re qua de agitur, tum à verbis. Post men-
C ses autem non ita multos è Germania, Bononia Romam reuersus, & iuxta Caesenam Flaminiae vrbem, traiecto Rubicone, flumine Iulij Caesaris rebus ibi gestis claro, lapidem inspexi perueterem, vtrimque inscriptum, in altera vero parte eam, quam antiquam esse semper negaueram, Inscriptionem. B. Scilicet tuum ipse errorem statim agnouisti: quod his, qui eam antea viderant, fidem nullam habueris. A. Immo ipsorum ille error fuit, quod recentis memoriae Inscriptionem antiquam existimarunt. B. Sed iam lapidem antiquum fuisse confiteris. A. Ita est, & perantiquum, sed lapidem, non Inscriptionem eam, quae in altera parte legebatur. Fuit enim militis vetus Epitaphium,

& litterae

& litterae antiquitatem praeferebant, sed in altera contraria lapidis parte nuperis admodum litteris Edictum insculptum, ne quis dux, miles-ue Rubiconem, qui fluuius Galliam ab Italia disiungeret, transire auderet, vt Iulius Caesar fuisset olim ausus. B. Nunquid Edictum illud fieri potuit? A. Potuit: sed exstaret eius rei in scriptoribus mentio: neque opus profecto erat hoc Edicto. Nemini enim licebat Prouincia cum exercitu excedere: & Caesar Rubiconem cum milite transiens hanc legem, quae id vetaret, violarat. Substitit hic itaque Caesar, & transeundo: *Iacta*, inquit, *est alea*, ducta ab alea ludentibus tralatione. B. Quod est Inscriptionis illius principium? A. IVSSV. MANDATVVE. P. R. COS. IMP. MILI. TYRO. COMMILITO, &c. Attulit hanc Manutius minor, in altera Orthographiae maiore editione, vt eâ probet *Tyro*. cum Y: & forte in priore editione eodem probat marmore *Tiro* cum I scribendum: & tametsi ex Euripide vulgo vsurpatum *secundas* esse *curas* solere *sapientores*, in priore melius sententia permansisset, confirmata Pandectarum Florentinorum scriptura quibus *Aimilius Tiro* Tit. *De effractoribus*, legitur. B. Si noua est, vt dicis, Inscriptio, nihil ea comprobari potest. A. Affirmat ille, non modo à se visum, descriptumque è marmore Edictum; sed & antiquissimum esse, anno etiam adscripto. B. Me sane facile decepisset, atque adeo gemmam me nactum arbitrarer, cum in celebrem illam rem à Lucano poëta decantatam incidissem. A. Libet-ne falsam esse cognoscere? satis haec verba arguunt. COS. IMP. MIL. TYRO. COMMILITO. Quis vnquam Senatus-consultum his verbis conscriptum vidit? quis vni mandat *Consuli*, quin addat. *Alter amboue, si eis videatur*? Cur non alios nominat ciuiles Magistratus, vt *Proconsules*, vt *Praetores*; aut militares, vt *Tribunos militum*, *Praefectos*, *Centuriones*? Quis vnquam Edictum ad milites, & quidem Tirones promulgauit? Plura non addam; talibus enim integra constat. B. Otiosus ipse inspiciam, sed alias fictas Inscriptiones, ac Nomismata audire ex Te cupiam. A. Vt mensarij per vicos ambulando, etsi pecuniam non tangant, hanc bonam esse, illam adulterinam longo vsu pronunciant. Materiam enim formamque monetae diu multumque perspectam habent; sic nummorum veterum explorata materia ac forma, item Inscriptionum vsu, mox differemus quae proba sint, aut adulterina. Quaedam autem obuia magis, quae nullo negotio cognoscas; vt litterae sunt syllabarum, Delphicae aut Cumaeae, quae in libris quibusdam Inscriptionum vulgo circumferuntur, cum numeris PP. SS. VV. FF. παίγνια nimirum puerorum: qualia Antonio Gueuarae Româ ad explicandum plerumque mittebantur. C. Imperatoris quoque Nummi, quos solus exposuit, conficti etiam sunt? A. Impressi ab eo omnes falsi, mihi quidem videntur, vt artem ostentaret in fictis Historiis, fabulis, auctoribus, nummis, & interprerationibus ex tempore adferendis: immo puto Carolum Quintum Caes. Nummos suos veteres minime illi, vt ad voluptatem iactat, ostendisse. Quod mihi Latinus Latinius Viterbiensis, vir doctus bonaeque fidei de Ioanne Annio, Viterbiensi monacho narrare iucunde solebat: Lapidi insculpendas curasse litteras; quem vineae infodi iusserat, non procul à Viterbio. Cumque fodienda esset vinea; ad lapidem vsque vt fodiendo peruenirent iussit: narrans in libris se reperisse templum ibi orbis terrarum antiquissimum latere. Terra iam effossa primus qui lapidem inuenit vinitor accurrit: paulatim detegi sarcophagum imperat, hic stupens, lapidis antiquitatem, & litteras à se confictas admiratur, ac describens, ad vrbis Senatores laetus confugit, & ciuitatis honori fore persuadet, in amplissimo publice spectari loco. Viterbij enim vrbis originem contineri, quae bis mille annis Romanâ esset vrbe, à Romulo condita, longe antiquior, vtpote ab Iside & Osiride conditae. Fabulas hic suas quibus abundabat, venditauit, factumque vt ille iusserat. Fertur manuscripta inscriptio ficta; typis etiam

Marginalia: Sueton. in Caes. cap. 31. & 32. — Tiro, per I scrib. — Lib. I. v. 13. Ad quē Poetam cōmentans Lābert. Hortensius, etiam posita hac falsa Inscript. deceptus ipse alios decipit. — II. — III. Ant. Gueuara Episc. — IIII. Ioan. Annij Viterbiensis impostura. — Diodor. Siculus lib. I. Biblioth.

Margin letters: A, B, C, D, E

A etiam euulgata; hoc initio: EGO SVM ISIS, &c. C. Hanc adfert Florianus Ocampius in Hispaniae Annalibus, atque Berosum ab illo Annio, vt est, expositum circumferri: & nisi Catholicis Regibus opus inscripsisset, se pro mendoso ac fabuloso habiturum. A. Ludouicus Viues de Beroso, & illo interprete, *alter*, inquit, *mulget hircum; alter supponit cribrum:* quo dicto Lucianus Sophista in Demonactis vita, sed in re alia, est vsus. Neque minus ingeniosè, sed eruditius à se conficta ornarunt Iouianus Pontanus, Pomponius Laetus, Ioannes Camerts, & Cyriacus Anconitanus, alijque falsarum auctores Inscriptionum ac Nomismatum, sed cum aliqua doctrinae nota ac signo. Pontani quidem multa sunt cum vincta numeris, tum soluta oratione conscripta eleganter, vt illis temporibus: in his alibi obtrudit *Venditionis formulam* à se fictam, quam & alibi sine auctoris nomine, quasi vetus ea esset, editam videre memini, hoc principio: PASCVTIVS. CVLITA, &c. Pomponij quoque Laeti de Rom. rerum Antiquitate & Historia quaedam habemus. Eius quoque *Testamentum* confictum legitur, tali initio: DEI OPTIMI MAXIMI *numine inuocato, &c. Haec est L. Cuspidij dispositio, &c.* Meminit ibidem filij sui *vixisses*, ait. *Laete fili, fili mi vixisses, &c.* quibus auctor se prodit. Et hanc saepe excusam vidimus, atque adeo pro vetere *Testamento* habitam. Camertis putantur Inscriptiones aliquot fictae ac ridiculae: in quibus & Camertium popularium mentio. Cyriaci autem Anconitani Inscriptiones plurimas in Annalibus Hispaniae Ambrosius Morales temerè descripsit. B. Mirari equidem soleo in tot, tantisque antiquis Inscriptionibus, quas ille attulit, nullas hodie in Hispania legi. A. Illud incommodi est, videri Ioannem Annium & Cyriacum similisq; farinae homines, Hispanos irridere voluisse, confictis Hispanorum rebus gestis sub Noa & Tubale: serie item contexta Regum falsorum, quasi nostris regnassent temporibus: fictis adhaec lapidibus, de bello cum Viriatho, & Sertorio; ciuili quoque Caesaris ac Pompeij, &c. Quo factum est nullam hodie Hispaniae exstare paene Historiã populari sermone, quae Berosi careat nugis, vel Metasthenis, ac denique Ioannis Annij Viterbiensis fabulis, fictisque Cyriaci Inscriptionibus. C. Grauem suscipis aduersariam, si falsitatis omnes illas Historias atque Inscriptiones damnas. A. Equidem honori gentis meae consulo, ne audiamus malè, ausos scilicet fuisse Italos nobis obtrudere vt domi gesta, quorum adeo exstent epigrammata ac marmora visa ab illis, nec à nobis reperta.

Qui ficta euulgarunt.

V. *Venditionis ficta formula.*

VI. *Pomponius Laetus Testamentum finxit.*

Camertis Inscriptiones.

Cyriacus Anconitanus.

B

Annales Annij & Pseudo-Berosi nugis pleni.

C

D C. Cur igitur typis cusa sunt *Romanorum Antiquitatum* titulo, imo & *totius orbis:* hoc amplius in Aldi minoris Orthographia maiore. A. Si quae typis edita sunt vera necessariò essent, essent & verae Luciani Fabulae *Verarum narrationum*, seu *verae Historiae*, & Dialogus, *Mendax* inscriptus: *Amadisij* item Gallici nugae, & *Don Clarianus*, & *Orlandi furiosi*, aulicorum otiosorum deliciae, aliaque hac tempestate conficta: cumque de Nummis sermo sit, vidimus Lugduni editum *Promptuarium Iconum* omnium saeculorum iam inde ab Adamo & Noë: vbi illorum videas, & Priami & Hectoris effigies, ceterorumque nunquam in Nummis cusorum. Leone quoque decimo, & Clemente septimo Pontificibus exijt Romae liber, primus vt opinor Nomismatum: in quo Imperatorum omnium non modo capita, quae sunt in Nummis, visuntur, verum & feminarum, parentum, & affinium & sororum: quorum nihil quidquam veri vnquam reperias, sed nomina sunt illi architectati è Suetonio Tranquillo, ac mutuati, in cuiusque Imperatoris vita. Aeneas quoque Vicus Parmensis opus foras dedit *Nomismatum Augustarum:* cumque verae deessent icones, suppleuit ex altero, quem dixi, libro, fassus tamen ingenuè vnde hausisset, non ex veris ab eo visis Nomismatis. Sic & nummum falso Caesaris cuderunt additis vocibus VENI. VIDI. VICI. & breuius tribus singularibus litteris V. V. V. Augusti quoque finxerunt

Promptuariũ Iconum, per Gul. Rouillium.

E

Aeneas Vicus.

VII. *Nummi falso cusi.*



runt nummum dicto apposito FESTINA LENTE: Neronis item cum litteris: A
PETRVS. GALILAEVS, quem nummum ingenti pretio Paulo IIII. Pontifici
impostores obtruserunt. B. Quis hic, amabo, nummus erat? A. Cuderant ipsi,
hinc quidem Neronis caput, cum solitis titulis: in auersa autem parte *S. Petri* faciem,
qualis in plumbis Bullarum ac Diplomatum Pontificiorum spectatur, adscriptumq; erat:
Petrus Galilaeus. Addebant repertum nummum iuxta S. Petri
VIII. sacellum, S. Siluestro sacrum. Hoc amplius, Pontificem S. Petro persimilem esse
asserebant. Aliud nomisma adulterinum olim mihi exhibuit Almirantius
Neapolitanus, venditum sibi pro *Hannibalis* effigie, appositis Latinis litteris
HANNIBAL. DVX. POENORVM. Illinc equo insidens hastam iaciebat, adscri- B
ptumque hoc, aut quid simile: ACCIPITE. B. Cur hunc confinxerunt Num-
mum? A. Refert C. Plinius Hannibalem caesis internecione Romanis ad Cannas,
Romam appropinquasse, & lanceam intra vrbem iecisse. Finguntitaque
cum id faceret Barbarus, hac vsum voce: *Accipite.* Romae cum essem, Hispanus
Antiquarius recentes Nummos, sed affabrè in auro sculptos, ostendit illustrium
Virorum, cum parte auersa, quibus decipere quemque potuisset. Sed quia aurei
erant, non male posita pecunia. Hic *Platonis & Aristotelis* imagines vidimus:
quodam in anticâ cribro litteras omnes, excepta A, dimittente: significans de
Principijs rerum naturalium non potuisse suo ingenio, vt reliqua omnia, cribrare,
hoc est extenuare. Alibi * *Natura* vt Dea insculpta, adscriptumque *Entelechia*,
quam vocem in animae definitione Aristoteles adhibuit, † negantq; à Cicerone
in Tusculanis rectè conuersam, *continuatam & perennem motionem.* Erat & *Alcibiadis* C
ibidem nummus elegans, & illinc Cupido, qui iaculo radios perfringeret: alter
item *Themistocles* cum victoria nauali: pluresque alij quorum me nomina fugiunt.
Vidimus & alios, sed non tanti opificis, & habeo effictum C. *Marium M.
T. Ciceronem, Catonem, Q. Fabium, Scipionem Africanum; Didonem:* adhaec & *Artemisiam*
pluresque illustres. Verum à peritis facile dignosci queant, quod à genuinis
Romanis ac Graecis forma & qualitate differant. Patauinus quidam hac in
plastica excelluit, veteres nummos feliciter exprimens, vt spectanti voluptatem
praebeant; & nisi peccarent interdum vel litterae, vel imagines, nihil requiras
amplius. Imitari conati sunt & alij, sed non perinde successit: Progressi etiam
eo sunt audaciae nonnulli, vt non quae in antiquis sunt, aemulentur, sed à se
inuentos falsos titulos, litteras, imaginesque partis auersae obtrudere audeant. D
Quare nihil his fidendum censeo. B. Sed Inscriptionum falsarum Camertis, quas
nuper fictas, atque adeo ridiculas nominabas, cedo exemplum aliquod? A. En
tibi, Aldus minor vt probet *Septemtrio* scribendum cum M. non cum N. Polae
vrbis Dalmatiae lapidem litteratum profert. Quid mirum? Mendaces enim testem
proferunt aut mortuum, aut longe positum. Eius hoc initium est: ALE-
IX. XANDER. PHILIPPI. REGIS. *Macedonum Archos Monarchiae, &c.* Alteram quo-
X. que indidem, eiusdem, quod aiunt, farinae hoc principio: VIATORES. CIVES.
OPTIMI. &c. Parasito dicaci & scurrae frigidum positum Epitaphium, vt
XI. *Cloacae* Orthographiam edoceat. Attulit & ex agro, vt ait Lusitano, ne cito re- E
periatur, hanc, docere conatus *Condicio* cum C. scribendum. Incipit autem EGO
Gallus Fauonius Iocundus, &c. Haec forte non à Camerte conficta, sed à Iocundo
Veronensi antiquario. Ridicula & haec Inscriptio in Romanis Antiquitatibus,
XII. hoc initio: CINERES. ET. OSSVA. PHILOCAPTAE, &c. Fictum ibidem Te-
XIII. stamentum legitur, cum hoc principio: D. O. M. L. MALLIO. ET. Q. TORQVA-
TO. COS. *Sempronius, Tucidanus, &c.* In Antiquitatibus Orbis totius à Petro
Apiano, & Bartholomaeo Amantio foras datis, fictae multae sunt à diuersis
auctoribus Inscriptiones, & in Prooemio *Pomponium Laetum* Romanum quas-
dam

Plin. li. XXXIV Nat. Hist. cap. 6.

** Talem Aristotelis falsũ Nummũ exponit in Parergis lib. 2. cap. 4. Franc. Luisinus, deceptus & ipse.*

† Io. Argyropylus & Philelphus, quos refellit Politianus cap. 1. Miscell. & Budaeus de Asse.

INSCRIPTIONES *falsae.*

A dam publicasse ait, plures Cyriacum Anconitanum cognomento *Antiquarium*. In altera item Praefatione Nicolaum v. Pont. ait quaerendarum Inscriptionum gratia misisse vndique Cyriacum: ponitque primum Hispanicas, vnamque à Cyriaco repertam apud Gades, quam nunc insulam *Caliz* nominamus. Inepta autem est, hoc quidem principio: D.M.S. SI. LVBET. LEGITO. *Heliodorus insanus, &c.* Dehinc post vnam Tarraconensem, fabula subijcitur Valentini Morawi, qui Sibyllae Inscriptionem è Lusitania hanc adfert: VOLVENTVR. SAXA. *Litteris & ordine rectis, &c.* Omissisque aliquot veris illis quidem, sed male descriptis, subijcit. *In Aragonia Vrbe clarissima* QVO VADAM? *nescio, &c.* Et mox in Barchinoua D.M. S. BELLO. *Sertoriano, &c.* Iterumque *Barchinouam* nominat Barcinonem nostram: vnde fraudem prodit suam, & inscitiam. Hinc taurorum in Bastetaniae adfert titulos: quos tauros vulgo *de Guisanda* appellamus, confictis Inscriptionibus. Post Tarraconensem ponit, nihilo supradictis veriorem, hoc initio: D.M.S. CLODIVS. *Rabia, &c.* vbi *Aragoniae* meminit. Interiectis hinc paginis aliquot hanc Dianij repertam, & à Petro Victorio, & Ambrosio Morali allatam, ponit:

XIV. XV. XVI. XVII. B XVIII. XIX.

PALLADI. VICTRICI. SACRVM.
HIC. HOSTIVM. RELIQVIAS. PROFLIGAVIT. CATO
VBI. ET. SACELLVM. MIRO. ARTIFICIO
STRVCTVM. ET. AEREAM. PALLADIS.
C EFFIGIEM. RELIQVIT.
PAREANT. ERGO. ET. NOSCANT. OMNES
SENAT. ET. PO. RO. IMPERIVM. DEOR.
NVMINE. ET. MILIT. FORTITVDINE. ET
TVERI. ET. REGI

B. Quid hic vitij latet, vt falsitatis damnes? A. Suspecta mihi Inscriptio: quia à viris ambiguae fidei laudatur: &, *hoc incōmodi,* aiebat Aristoteles, *accedit mendaci, quod, etsi verum dicat, fides non temerè adhibeatur.* Deinde non hic sermo est M. Catonis, neque scriptura; & primus est versus septenarius Iambicus, cetera numeris non deuincta. D Haec autem *Sacellum miro artificio structum, &c.* mihi non placent, neque apte Catoni adfinguntur, nec suum sine reliquis consuetis nomen poneret: adderet & Magistratus quos gessit. *Pareant ergo, &c.* quibusnam parendum sit tacet, nec à quibus: neque ERGO rectè è superioribus infertur, nec vox Inscriptionibus vsitata, nec denique decorum seruatum in Catonis persona. Nam in Historijs, quas *Origines* ille inscripsit, nihil singulatim de personis refert, sed de vrbibus, ac Republica. Verbi gratia: *Ciuitas nostra tot tantosque ciues tot nauibus eo allegauit, totidemque ibi numero reperti; vel Hispanorum naues vel Carthaginienses, Praelio tandem decertatum est, nostri superiores tanta hostium clade euaserunt;* E *factaque Prouincia est populi Rom.* Qui concisè adeo sua narraret, credo equidem huiusmodi Inscriptionibus temporis nihil tribuisse. B. T. Liuius ait de suis rebus largiùs fabulari solitum Catonem. A. Credo equidem, *& loquaces esse senes ipse de senectute disserens fatetur:* non tamen, vt hic, nugaretur, & de loco amplius quaerendum quo M. Cato manus conseruit: nihil tale fortasse in libris reperies, ac ne in Liuio quidem; qui apud Turdetanos & Emporitanos rem gessisse ait, cetera, si operaepretiū fuisset, non praeteriisset, nec puto Dianij alibi Liuium meminisse. B. Sunt-ne aliae hic falsae Inscriptiones? A. Sunt profectò, vt numerare pigeat. Commodius igitur vtrique fuerit, librum à me lituris & obelis confossum per otium inspicere. Sunt enim & hic decerptae è libro, qui Polyphilus

Cic. in Catone maiore.

 vulgo

vulgo inscribitur, eius qui Hypnerotomachiam conscripsit. B. Qua lingua? Graeca, Latina, an Italica? A. Omnibus his linguis, vel nulla potius. B. Quid ita? A. Apparet enim somnia sua ac nugas Italicè scribere ingressum; sed toties Graeca admiscet ac Latina, obscuritatemque his potissimum affectauit, vt nulla prope lingua loqui videatur. B. Iam Gallicè me conuersum vidisse memini, & ab homine quidem non plane indocto. A. O male collocatas horas in his ineptijs describendis! quarum è numero fictae sunt aliquot Inscriptiones, à Petro A
XX. Apiano huc tralatae, quarum vna incipit: D.M.P.CORNELIA *Annia &c.* Altera
XXI. sic inchoatur: ASPICE.VIATOR.Q.SER.TVLLII, *&c.* C. Quid de versibus censes, in quos aperto libro incidi; quos ad portam sancti Pauli Romae legi praedicare non dubitat?

Semicapri quicumque subis sacraria Fauni, B
Haec lege Romanâ verba notata manu.
Hersilus hic iaceo, mecum Marulla quiescit,
Quae soror & genitrix, quae mihi sponsa fuit.

A. Nolo plura legas. Nam mihi cordolium est: scio enim turpiora sequi. Fortasse à Michaele Marullo, bono aeui sui Poëta, aut ab eius amico effusi sunt versus. Neque tale aenigma vsquam gentium positum existimo: ac ne tales quidem in coemiterijs sepeliri fas erat. C. Incidi in aliam quantiuis pretij Inscriptionem, quam Viterbij in Episcopio legi affirmant. A. Si Viterbij exstat, merito suspecta
XXII. est, sed quale habet principium? C. COLLATINVS.TARQVINIVS.DVLCISSIMAE.CONIVGI. A. Hic mane: neque enim dignum est *Lucretia* Epitaphium. C
Sed quoniam huc differendo dilapsi sumus, dicam falsas esse quasdam, habendas tamen pro bonis: quales aliquot Onuphrius Panuinius attulit, & in libris Inscri-
Lib.VII.Nat. Hist. cap.26. ptionum leguntur. B. Si falsae sunt, quomodo bonae? A. Exemplis res clarior euadet. C Plinius de gestis CN. Pompeij Magni verba faciens, sic ait: *Hos ergo ho-*
XXIII. *nores Vrbi tribuit, in delubro Mineruae, quod ex manubiis dicabat.* CN.POMPEIVS.MAGNVS.IMP. *bello triginta annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, &c.* VOTVM.MERITO.MINERVAE: Antiquarij hanc libris inseruerunt suis, etsi confusam, quasi hodie spectaretur. B. Trecentas vtinam id genus collocassent. A. Equidem viginti numero cōtentus essem, etsi ipsissimas mallem Inscriptiones, quam è libris conformatas. B. Atqui Plinius nonne fideliter transcripsit? A. Credo equidem: Sed quaedam omisisse arbitror: cuius quidem vicem alia supplent non minoris D
Triumphi Praefatio Plinio, quae. pretij, quae vocantur *Praefatio Triumphi.* B. Quid hoc verbi est, & quid significat? A. Certi nihil adferre possum. Suspicor tamen in Triumphi apparatu, quo variae Prouinciarum formae ciuitatum, fluminum, montium, ac Deorum, ceterarumque rerum eius regionis circumferrentur; (vt de candelabris Hierosolymi-
Dial.1. tanis, & *Silphio* alibi diximus:) vites item & frutices balsami, animantiaque exotica; & id genus alia in ferculis gestarentur. Reges bello capti ducebantur: & bello caesorum quorundam statuae, vt Cleopatrae, vt Catonis; vt Scipionis Metelli: quorum imagines triumpho Caesaris & Augusti praelatae. Ferebantur adhaec Inscriptiones, quos *Titulos* nominabant: quibus singula declararent: dicta quoque, sed ad rem pertinentia, vt Iulij Caesaris illud: *Veni, Vidi, Vici.* Huius E
itaque *Triumphi praefatio*, velut in Comoedia prologus à Plinio praemittitur, & memoriae caussa asseruari solitam arbitror. B. Tales complures titulos serua-
XXIV. tos ad hanc diem fuisse pretium operae esset. A. Tempus omnia destruit ac vastat, Praefatio his erat verbis concepta: CVM.ORAM.MARITIMAM.A PRAEDONIBVS.LIBERASSET, &c. Si ex his Inscriptionem cuderunt, nemo eos iure
Plin.lib.VII. cap.28. vt corruptores accusarit, etsi in lapide sculpta non exstent, sed in Plinij dumtaxat libro. Ex eodem ipso Plinio aliam cuderunt de L. Sicinij Dentati admirandis ge-

stis, quae

stis, quae & Liuius, Dionysius Halicarnasseus, & apud Fulgentium M. Varro commemorat. Nollem ficta illa è Plinio Inscriptione Aldus minor, in Orthographia contendisset *Proelium* per oe scribendum. Vt idem alibi Q. vel QVE scribi dum vult, hunc titulum aduocat:

TI.CLAVDIVS.AVG.L XXV.
PALLAS
HVIC.SENATVS.OB.FIDEM
PIETATEM.QVE.ERGA
PATRONOS.ORNAMENTA
PRAETORIA.DECREVIT
ET.HS.CENTIES.QVIN
QVAGIES.CVIVS.HONORE
CONTENTVS.FVIT

B. Quid vitij haec Inscriptio continet? A. Non ita magnum. Plinius enim iunior Montano sic scribit: *Est via Tiburtina intra primum lapidem; proxime adnotaui monimentum Pallantis, ita inscriptum:* HVIC *Senatus, ob fidem pietatemque erga patronos, ornamenta praetoria decreuit, & sestertium centies quinquagies: cuius honore contentus fuit.* Eadem in aliâ leguntur epistola, de eodem Senatus-consulto reperto, & tunc promulgato. Apparet autem Tiberij Claudij Caesaris aequalem fuisse, atque adeo eius libertum, à Suetonio, caeterisque nominatum. Historiam Corn. Tacitus lib. XII. commemorat in Fausti Sullae, & Saluij Othonis Consulatu, de Claudiano agens Senatus-consulto lato in feminas, quae seruis miscerentur: cuius Senatus-consulti frequens est in Iure nostro Ciuili mentio, & in Theodosiano Codice. Tacitus autem *Pallantem* hunc auctorem ferendi eius Senatus-consulti exstitisse: qua de caussa haec illi numerata sit pecunia, & ornamenta Praetoria decreta: actae etiam sint gratiae, quòd cum stirpe esset Regum Arcadiae oriundus, Claudio seruiret Imperatori. B. Sed quanta hic decreta pecunia liberto est: & ab eo repudiata? A. Tricies septies centena & quinquaginta millia Denariorum (quos Regales Hispani vulgo nominant,) vt decem libram, seu scutatum adaequent. Erunt itaque scutatorum trecenta septuaginta quinque millia. B. Qui tanta repudiauit, diues fuerit necesse est. A. Ista Inscriptio non vsquequaque falsa, quia à Plinio est minore allata; sed non efficit quod vult Aldus QVE integrè esse scribendum. B. Illud certo constat Te primum correxisse malam copulae scripturam (q;) quod è Pandectis Florentinis anno 1543. edendum curaueris *que* vel *q.* vt sequuntur qui accurate Orthographiam tenent. A. Idem Aldus vt probet *Triumphum* cum ph scribi, titulum adfert hoc principio: L.CAECILIVS.L.F.METELLVS.PONT.MAX.&c. In Rom. vero Inscriptionũ volumine, sic incipit: S.P.Q.R.L.METEL.PONT.II.COS.&c. Illud certum, Plinium auunculũ in Naturali historia ita narrare. Q. Metellum cum pro funere L. Metellum parentem laudaret, Magistratus honoresq; quos gessisset, vitamq; adeo pro concione recitasse: è quibus verbis haec conficta Inscriptio. Et vero plures id genus, vt Papiniani, aliorumq; apud Hieron. Magium in Miscellan. auctorum verbis nuper contextas esse, nec omnino reprehendendas, vt falsas, existimo. B. Aueo nunc ex te audire Scriptorũ nomina qui de nummis antiquis scripsere, & Inscriptiones collegerunt: quãdoquidem paucos recensuisti. A. Dicam quotquot in mentem venerint, erantque in vsu antiquarijs cum Romae degerem: etsi post, alios prodijsse constet. Primum Nomismatum opus iam nominaui Leone X. Pontifice Romae cusum, collectumque, vt opinor, ab Andrea Fuluio, anno salutis 1517. & sub Clemente VII. accessio facta: item Pauli tertij temporibus. Hic imagines tantum Imperatorum, ac vitae, sine auersis partibus: quarum quaedam in calce

Lib. VII. Epist. Ridebis, & lib. 8. Epist. Cognouisse.

XXVI.

Lib. VII. c. 43.

DE NVMMIS *qui scripserint.*

in calce ſpectantur, & argentei plerique ſunt nummi, pauci aerei: nonnulli etiam ficti, praeter ſupra nominatos, vt *C.Marij, CN.Pompeij, Ciceronis, & Catonis:* A
in altera editione Argentorati nomen praefixit ſuum Ioan.Huttichius, ann.1537. Poſt Iacobus Strada librum hoc titulo foras dedit. *Epitome Theſauri Antiquitatum.* Continet Imperatorum capita, ſine antica parte: idemque Faſtos Onuphrij Panuinij in Germania cum iconibus Caeſarũ euulgauit. Lugduni vero Gul. Rouillius ſemel iterumq; hac Inſcriptione librum excudit: *Promptuarium Nomiſmatum,* ſed fictae ſunt effigies illuſtrium omnium ſaeculorũ domi militiaeq; virorum, ac feminarũ; iam inde ab Adamo ad haec vſq; tempora: admiſtis & Auguſtorũ, ſed abſq; auerſis, imaginibus. Cum auerſis edidit Aeneas Vicus Parmenſis varios libros. Primus eſt duodecim primorũ *Auguſtorum,* quorum vitas Suetonius Tranquillus deſcripſit. Alter eſt *Auguſtarum,* ſeu coniugum eorũdem duodecim Imperatorum. B Tertius eſt Nomiſmatũ *Iulij Caeſaris:* quae omnia affabrè ſculpta viſuntur, & pauci admodum falſi nummi intexuntur. Quartus tomus *Nomiſmatum* continet *explanationem,* libris duobus Venetijs olim editis, anno 1555. Venetus quoque nobilis Sebaſtianus Erizo Tractatum Nomiſmatum variorum temporum, & auerſarum imaginum edidit, ſed quas non rectè ſculptas obſeruaui, eſtque in ea ſententia, Nummos illos monetae loco minime fuiſſe, vt Dialogo primo dicere memini. Gallus quoque Guilielmus Choul, nobilis Lugdunenſis, doctè, ſed populari ſermone, *De antiqua Romanorum religione* diſſeruit. Imagines nummorum rectè pictae cum auerſis partibus, item gemmis ac Sigillis. Summae eſt, & accurationis & eruditionis liber, non Gallicè modo ſed & Hiſpanicè, & Italicè conſcriptus. Tranſeo ad Germanos. Vvolfgangus Lazius medicus, & hiſtoricus C
Caeſaris pereruditus, Viennae olim mihi familiaris, praeter Hiſtoriarũ opera varia, nummos quoque Graeciae, ſed male ſculptos, edidit. Roma quoque digreſſus vidi Huberti Goltzij Herbipolitani volumina tria quattuor-ue Nomiſmatum. Primus eſt *Imperatorum* omnium grandes icones; alter *Faſtorum,* hoc eſt Magiſtratuum, Conſulum, ac Triumphorum Rom. cum nummis eodem pertinentibus. Tertius eſt *Iulij Caeſaris,* ac percuſſorum eius, ac Trium-uirûm nummos complectens, itemque rerum geſtarum hiſtoriam, cum auerſis Nomiſmatum partibus graphicè ſculptis. Quartus *Auguſtum* continet, eiuſdemque aeui nummos & hiſtoriam. Acceſſit denique eiuſdem Goltzij operâ *Magna Graecia & Sicilia,* ſed non abſolutum opus, *latentibus reliquis apud haeredes laminis.*† Dedit & veluti D
Epitomen, *Theſaurum Antiquitatum* typis Plantinianis. Sunt ſane perutiles beneque ſculpti Romanarum rerum ſtudioſis libri illi. Adolphus quoque Occo Medicus Auguſtanus, è Fuggerorũ theſauris opus denuo edidit Auguſtae Vindelicorum *de Nomiſmatis veterum Imperatorum,* & auerſis partibus, ſed abſque iconibus. Vltimo addamus loco *Familias Rom. Fuluij Vrſini* Canonici Rom. Quo opere & imagines ſculptae artificis manu, ac perſpicuè expoſitae leguntur, ex argenteis Romae nummis ad Auguſti vſque tempora; [*quod opus nuper etiam auxit, adiectis Familiis, Abrahamus Gorlaeus Antuerpianus.*] Neſcio an qui reliqui ſint libri qui me fugerint. C. Praeterijſti Ioan. Sambuci libellum, qui in Emblematum calce nudos appoſuit nummos. E Omiſiſti & Gabrielis Simeonis *Epitaphiorum ac Nomiſmatum illuſtrationem,* item Conſtantij Landi Comitis: ſed qui breuiter nimis haec attingant. B. Reſtat ex te cognoſcere qui Epitaphia & Inſcriptiones antiquas euulgarint. A. Principes iam enumerauimus, quorum vnus eſt *Romanarum Inſcriptionum,* edente Andrea Fuluio, typis Iacobi Mazochij, Romae, anno 1521. Alter orbis totius Inſcriptiones, vt diximus eſt, edentibus Petro Apiano & Bartholomaeo Amantio Ingolſtadij, anno 1534. Tertius eſt Orthographiae maioris Aldi Manutij, Pauli filij, quae & ter edita, poſt ſine Inſcriptionibus auctior

† Sed quae breui proferentur.

INSCRIPTIONVM *ſcriptores.*

A auctior exijt. Excipient hos *Fasti Capitolini* Onuphrij Panuinij, eiusdemque *de Repub. Romanorum* aurei libri. Item Vuolfgangi Lazij *de Rep. Rom. Imagines* quoque illustrium antiquorum à Fuluio Vrsino semel iterumque datae. Singularum vrbium *Inscriptiones* etiam reperias: vt *Veronensium* per Torellum Saraınum: & *Patauinorum*, opera Bernardini Scardeonij, canonici: Nemausensiũ sed Gallicè, Ioan. Poldus collegit, vt Latinè Ioan. Pontanus. Hispanicas vero Inscriptiones Ambrosius Morales Cordubensis Hispanicis Annalibus inseruit, *& de vrbium Hisp. Antiquitatibus scripsit: Latinè vero & Ioan. Sambucus, & Adolphus Occo Commelini typis Hispanica monumenta euulgarunt.* Vidimns & Moguntinas & Colonienses Germaniae Inscriptiones priscis editas temporibus: quas haud scio an Petrus sit Apianus complexus. *Augustanae quoque Reip. Antiquitates dedit vir nobilis atque eruditissimus Marcus Velserus, Duumuir Augustanus.* Pyrrhi quoque Ligorij Neapolitani pictoris opus *Antiquitatum* pridem exspectatum; in quo Nummi sunt & Inscriptiones plures forte quam alibi gentium. C. Sed cur praeterijsti Ludouici Ponzij Tarraconensis de magnitudine Tarraconensi, & vrbis Inscriptionibus? Vidimus & Venetijs cusum anno, opinor, 1525. à Ioan. Tacuino *de Notis*, quibus constant Inscriptiones Romanae: quas & † *Valerius Probus, & Petrus Diaconus* exposuit: quo in libro Tituli sunt partim veri, partim falsi. A. Credo equidem, plures esse libros, quos aut non viderim, aut memoriam fugerint. His autem à te de Notis iam dictis, qui non notas, sed singulas litteras Antiquitatum & lapidum exponunt, addi queant, quae Codici Theodosiano Iac. Cuiacius Iurisconsultus nuper adiecit *Magnonis*, nisi fallor, nomine. B. Discrimen, C vt video collocas in *singularibus litteris* & *Notis*, nodum quaeso expedias. A. Vt *Litterae* & *Notae* differunt, sic & earum sunt Interpretationes diuersae. In Numeris Romani Litteris sunt vsi, vt I. V. X. item cifris, seu signis, vt pro mille ∞. pro quinque millibus IↃↃ. ac deinceps. *Cifra* quoque Centuriones in marmoribus designantur forma diplae >. *Notae* vero Romanorum ab his diuersae, quibus qui vterentur *Notarij* dicti, quales & Ciceronis fuisse aetate ferũt, imo & Libertũ eius *Tironem*, vsum; teste Plutarcho in Cicerone: qua de re epistola exstat diserta Petri Bembi Cardinalis; [*editumque nuper opus ingens Notarum veterum Senecae nomine:*] itemque Polygraphia Ioan. Trithemij Abbatis. *Litterarum compendia*, Valerio Probo, alijsque interpretantibus, litterae sunt singulares, binae, aut D ternae, vt in Praenominibus, A. *Aulus* est. C. *Caius*. M. *Marcus*. P. *Publicus*: sic & deinceps, quas non recte quidam *Notas* siue publicas, siue vulgares nominarunt. Diuersae enim hae sunt, vt iam diximus. Atque hic Disputationis sit nostrae terminus ac modus.

† *Prodierunt vna cum* Magnonis *Diaconi Notis, Lugd. Bat. an.* 1599.

AND.

AND. SCHOTTI

SOCIET. IESV.

DIALOGVS XII ANTIQVITATVM ROMANARVM IN NVMMIS.

DE PRISCA RELIGIONE DIISQVE GENTIVM.

Marte.	Iunone.
Ioue.	Vesta.
Neptuno.	Minerua.
Vulcano.	Cerere.
Mercurio.	Diana.
Apolline.	Cybele.

CVM ab annorum viginti peregrinatione ciuili tumultui vitā- A
do olim susceptā, domum tandem reuertissem, iamque de via fessus amicorum me & propinquorum salutationibus dedissem; accessit vetusta mihi necessitudine coniunctus vir optimus Abr. Ortelius, ciuis noster, arte Geographica, & Theatro Tabularum pridem edito orbi clarus: mihique reditum congratulatus oblato libello, *Aurei saeculi Imagine*, seu *de Germanorum veterum moribus ac vita:* Age, inquit, Schotte, ad Episcopum Torrentium, tui amantissimum, eamus. Nam te videre pridem exoptat, ex quo Româ te in viam dedisse ingenti gaudio cognouit. Ego vero, inquam, ac lubens: meque amico socium adiunxi, foresque pulsamus. Prior ingressus Ortelius Torrentium, vt eorum vsus erat, quòd Mechliniensium esset Archiepiscopus iam designatus, consalutando: Quid vero tandem, ait, Orteli, noui? satin' saluae res? Ad haec Ortelius. Nouum, si ita vis, amicum adduximus. Et quem quaeso? ille. *Schottum* ait, diu patriâ absentem. Ita-ne vero? ait. Complexus me senex, colloque incumbens. Teneo te, Schotte? Identidem id repetens, data acceptaque B
dextera. Expectatus nobis pridem aduentus tuus; sed Maiorum tuorum imperio triennij moram docendi interpretandique munere iniectam esse tristis inaudieram. Quam te libens volensque intueor! Equidem grates, de more, tunc egi. Me ille de Italiae Vrbisque rebus varia percunctatus, deque ingeniis aeui nostri excellentibus; in Hiberia mihi notis Antonijs, Augustino, & Couarruuia, Didaci fratre; de Petris Ciacconio, & Nunnesio, ceterisque: sic ille colloquendo consumptus est dies. Postridie eius diei redire officij honorisque gratia iussus, peracta re diuina, cum eodem Ortelio aduolamus: quaeque tum nos eò caussa attulisset, ne asymbolus accederet, libellum è sinu recentem à typo protulit, *Deorum Dearumq́; Gentilium effigies* è Rom. Nomismatis affabrè varieque in aes sculptis iconibus; quòd illo thesauro delectari quoque Praesulem è Suetonij duodecim Caesa-

rum

A rum Commentario obseruasset; mihi quoque inspiciendi factâ copiâ. Et manum laudare, inquam, libet artificis, variegatis linearum ductibus, nulla vt forma alteri respondeat; & colligentis industriam tum mirabar. Excepit Torrentius: Haec vna de multis, quas Antonius Augustinus tuus, Dialogo primo, & secundo, (quos ex Hispania ad me misisti) commemorat vtilitatibus è Nomismatis, vna quoque adnumeranda est, ad aedium, vrbium, Prouinciarum, ac Virtutum imagines, *Deorum* etiam *Dearumq;* in nummis Rom. *capita* exstare: cuius rei caussas inuestigare, quando nos bonus hodie Deus coniunxit, si ita vultis; placet. Hunc enim vobis amicis magnis, & interiorum litterarum, non de vulgo amantibus diem largior. Primum itaque, non temere Deum Opt. Max. hanc nobis B paucisque adeo aequalibus in tanta honestorum ciuium copia, mentem iniecisse, vt Antiquitatem admirari, & eruere quotidie inuestigando plura libeat, idque è Nummis, veterumque Inscriptionibus marmoreis. Verum, quòd doleo, ad insaniam vsque nonnulli, & nummos Romanos, non aereos modo, sed & argenteos, & aureos cupidè coëmunt, litterarum tamen bonarum ignari, rudesque omnis Historiae: imo & linguae Latinae indocti. Quo fit, vt praeter inspiciendi frequenter gustum, fructum praeterea nullum referant, sed vt auarus quisque *Virg. II. Geog. 507.*

Condit opes terra, defossoq; incubat auro: vtq; *Euclio* ille Plautinus ollam humo *Plautus in Aulularia.* conditam oculo respectabat irretorto. Sed quam vellem litteras bonas rudes isti Antiquarij, adiungerent, Historiamque priscam tractarent: sane incredibili, atq; adeo vtili voluptate caperentur: nunc caeci caecorumq; duces se profitentur, C ac puerili quodam iudicio imaginum dumtaxat specie capiuntur; rem vero gestam & artificium negligunt ac fastidiunt. Adhaec Ortelius, dicendi praefatus veniam: Similis, inquit, error est aliorum, si fas est componere, ne dicam amentia eorum, qui floribus hodie exoticis ac peregrinis mirificè oblectantur, in quibus praeter colorem varium oculos dumtaxat pascentem, saporis vero odoris-ve nihil sentiant, & veluti externae merces ac trāsmarinae, sed nimis, heu! caducae, ac breuis aeui, & fragiles, inter vecordes incredibili saepe vaeneunt pretio, qui praeter *Floram* Deam nihil pensi ducant. Dehinc Schottus intulit;

O caecas hominum mentes, ô pectora caeca!

Huic ego dementium collegio adscribam, si placet, qui auri, & argenti cupidissimi fallacem artem tractant Chemicam, & nostra lingua venustè *Al-ghemist* D quasi bonis exutos dicas, nominantur, vt plerumque accidit decoquendo, ac profligando; cum horas tum bona tam sua quam aliena perditum-euntes: nec his contenti, editis scriptis *Lapidem Philosophicum, & Arborem scientiae* se iactant repperisse. His nugis Reges ac Principes inescant, atque expilant, mendaciis & imposturis paene consuti. Sed si quis rem recta ratione pendat, vt in ligno vermes corrodentes, & in pannis tineae nascuntur, sic & in omnibus omnino disciplinis corruptela quaedam exsistit, & quasi pro matre nouerca fit. Philosophiae enim Sophistica aduersatur. Medicae arti, Empirici & Paracelsistae apprimè nocent: Sacrae Theologiae haereses aduersantur, iam inde ab ortu Ecclesiae, E Dei permissu, exortae, vt constantes in fide appareant. Quid igitur mirum, si & in Antiquitatis studio, quidam hoc saeculo abusi, male alios de eo sentire cogant: sed vsui abusus praeiudicare non debet. Venit in mentem & alia quorundam insania, qui in Italia, & Ciceronis adeo temporibus, coëmendis statuis è lapide aut ligno, signis item ac picturis ad reprehensionem vsque dediti fuere, de quibus alibi disserere memini, cum *de Ciceronis Imitatione restauranda* agerem. Hic Tor- *Tullianar. Quaest. lib. 4 cap. 6.* rentius nos blandè respiciens ac renidens: Age, inquit, Schotte, munus Ortelianum vnà inspiciamus. Libelloque resignato, cuius esset vmbilicus inauratus, in limine praeferebat DEORVM DEARVMQVE CAPITA. Argumentum, inquam ego, sermonis nostri esto Ecclesiasticis dignum viris, de Religione sacrisq;

veterum Rom. ac de Deorum multitudine: qua caecitate Gentium luce Euangelica sumus Christiani Dei benignitate liberati. Hanc enim idolomaniam Sancti Patres passim oppugnarunt, ac potissimum qui adulta iam Ecclesia, Martyrumque sanguine irrigata, post Constantini etiam Magni aetatem, & antea, Apologiis pro Christiana fide editis propugnarunt: Tertullianus, Cyprianus Martyr, Arnobius, eiusque auditor Lactantius, Minucius Felix: & de Graecis, Athenagoras, Iustinus Martyr, eiusque auditor Tatianus, & contra Celsum Origenes, & aduersus Iulianũ Cyrillus, ac deniq; Theophilus. Verum enim-uero, non hic de *Deorum inuentis* dici à me iubes, doctissime Laeuine, de quibus C. Plinius libro septimo, idemque Tatianus, parentumque memoria Polydorus Vrbinâs conscripsere. Neque de *Cognominibus* agere me vis, quae Lilius Giraldus, eademque tempestate, sed breuius, Iulianus Aurelius, in Belgio Iurisconsultus, vno fasce colligarunt. Nec denique de Epithetis anquirendum existimas, fabulosisque Deorum Gentilium narrationibus, de quibus Naso in Transformationibus, ac de Graecis Palaephatus ac Phurnutus, nostraque memoria Basilius Zanchus eruditè è Graecis fontibus pertractarunt. Quae verò animantia, & arbores, quibus Diis, Deabusque sacrae essent, idem Ant. Augustinus Praesul, quem honoris caussa libenter appello, Dialogo II. & V. Antiquitatum abundè recensuit. Haec itaque mittimus, sed de *vrbibus* modo, quaeque *artes* cuique sacrae sint breuiter, quando ita iubes, exponam, ea tamen lege, vt maiora ex Te, homine harum rerum peritissimo, audiamus, vt pro Ortelio id etiam efflagitem. Callimachus Cyrenaeus, Poëta elegans, Vulcano quidem fabros addictos, vt Marti milites, & Dianae venatores, Apollini poëtas, Ioui denique Reges esse sacros praedicat, versibus quos è memoria, sed Latinè tantum, proferam:

Plin. lib. VII. cap. 56.

Call. Hymno in Iouem.

Quin & Mulcibero fabros sacrare solemus:
Milite Mars gaudet, celeri tunicata Diana
Venatore, lyrâ Phoebus, doctisque Poëtis.
Ex Ioue sunt Reges, quo nil diuinius vsquam.

Prouerb. XXI. vers. 1.

Deo Opt. Max. Reges ait sacros, quòd & sacrae testantur litterae: *In manu Dei cor Regis esse* testantes. Adhaec Horatius olim abs Te illustratus feliciter, in Odis canit:

Lib. 3. Oda 1.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iouis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta supercilio mouentis.

De *vrbibus* vero *Diis Deabusque* consecratis, sibique in paucis caris, sic Poëta vetus:

Dodona est tibi, Juppiter, sacrata;
Iunoni Samos, & Mycaena Diti:
Vndae Taenaros, aequorisque Regi;
Pallas Cecropias tuetur arces:
Delphos Pythius orbis vmbilicum:
Cretem Delia, Cynthiosque colles:
Faunus Maenalon, Arcadumque syluas:
Est tutela Rhodos beata Solis:
Gades Herculis humidumque Tibur:
Cyllene celeri Deo niuosa:
Tardo gratior aestuosa Lemnos:
Ennaeae Cererem nurus frequentant:

A *Raptam Cyzicos ostreosa Diuam:*
Formosam Venerem Gnidos, Paphosque.

Adhaec Torrentius: Rectè tu quidem; nunc de prisca Romanorum Religione, quã à Graecis cum disciplinis armorumq; vsu acceperunt, qui maximè armis ac legibus belliq; artibus viguerunt, agamus. Lex enim fuit à M. Tullio conformata in ea, quae intercidit, Republ. lib. de Legibus secundo, ex Platonis potissimũ Legib. & Epinomide. Nam ceterae partim è Solonis legib. partim è Decemuiralib. seu *Duodecim Tabularũ* factae esse videãtur. Ad Deos vero pertinens his ferè verbis est cõcepta lex: SEPARATIM NEMO HABESSIT DEOS, NEVE NOVOS, SED NEC ADVENAS, NISI PVBLICE ADSCITOS, PRIVATIM COLVNTO. Socratem vero Athenis cicutam bibere coactum ferunt, ob inuectam aliam religionem. Pythagoras adhaec in Aureis carminibus, & ad Nicoclem Isocrates Orator, & in Areopagitico, Deos colendos, sed lege tantum, vsuque receptos affirmant. Lex itaque sacra externa, ritus, caerimoniasque sacrorum priuatim fieri vetat. Vaticines quoque ciuitate pulsos, librosque Romae exustos Liuius commemorat. De Romanis autem hic in praesens potissimum dicam. Nam, vt Poëta nescio quis, vetus tamen, cecinit:

Cic. Tusc. 1. Plut. in Catone. Plato in Apologia. B

Liu. lib. 5. & 39.

Ciue Romano per orbem nemo viuit rectius:
Sperne mores peregrinos, mille habent offucias.

Cato itaque in Re Rustica, villico praecipit, rem diuinam nisi *Compitalibus*, in compito, aut *Laribus* in focone faciat. Plutarchus in Marcelli vita, Romanos ait, patriae Religionis morem à maioribus traditum constanter sic obseruasse, vt ne latum quidem vnguem ab ea deflecterent. Et Augustum Tranquillus noster, supra duo librorum millia externae fatidicaeque Religionis, Graeci Latinique generis cremasse auctor est. Martianus quoque Iure-consultus noster: *Si quis priuatim sacrum sibi constituerit, non sacrum sed profanum est.* Quid? Nonne sacrae litterae id clamant, maiorum mordicus retinendam Religionem? Deuteron. VI. cap. & rursum XXXII. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos & dicent tibi.* Et vates Regius: *Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis.* Ordire itaque, Schotte, hanc telam prior. Equidem cum Deo, & Ortelius noster, & si quis commodus interuenerit amicus, vna pertexemus. Cum ecce puer nuntiat, fores pulsari: moxque adesse officij & honoris gratia Nicolaũ Roccoxium, Senatorem & Antiquitatis omnis vt peritissimũ, sic & abundãtem Romanorũ nummis, signis, gemmis, ac statuis. Iussus introduci, salutatis vtrimque omnibus: Ego vero, inquit, veritus ne molestus interueniam, semel negotium cum Episcopo expediam, aut res meae procrastinentur. Procrastinari placet, ait Torrentius: Teque venisse delectat in Schotti aduentu, quem & domo euocare, eâ gratiâ statueram. Sermonem interuentu tuo non abrumpes, sed augebis, vel arbitrum potius te praestato, quando liberales sunt hi nostri sermones.

C *Sueton. in Aug. c. 31.* *Psal. 43. 1.* D

E De *Diis*, inquit Ortelius, sermo est institutus ex iconum libello, quem excidere mihi Saturnalibus sum passus, dum in brumae productioribus hisce noctibus domi Nomismatum Romanorum κειμήλια attentius considero, meque in Bibliothecam abdo. Vocationes interim amicorum, conuiuiaque & intempestiuas cenas fugiens ipse, nec praebens alijs: Verum quantum alij tribuunt aleae, poculis, otio, atque ignauiae, id omne tempus si Geographicis illustrandis impertiar, quis ciuium merito reprehendat? Nemo iure reprehendat, ait Torrentius. Imo vno ore laudamus omnes, teque hoc saeculo in studijs beatum praedicare soleo, quòd foras edens Orbis terrarum Theatrum, rem familiarem mirifice auxeris, vt opus augere indies Spartamque ornare atque amplificare tuo aere possis, nihili

hili pendens sordes operarum, atque huius saeculi Typographorum, qui vni lu- A
cro, non famae; pauci publico student commodo. Adhaec Ortelius: Partiamur
age-dum Deos, qui in manibus sunt in *Maiorum gentium & Minorum*, vt post
Romae Senatores diuisos memini. De Minoribus autem Diis, quando id infini-
tum sit negotium ac lentum, aliis mandabo: nunc Maiorum gentium sex Deos,
totidemque Deas hoc Q. Ennij versu apud Appuleium comprehensos, pertracte-
mus:

IVNO, VESTA, MINERVA, CERES, DIANA, VENVS: MARS
MERCVRIVS, IOVI, NEPTVNVS, VVLCANVS, APOLLO.

Marium hic sequamur ordinem, qui sexus sequiori praestat, ducto à *Marte* ini- B
tio, qui Belgium hoc, pace quondam florens, merito suo quadraginta ipsos annos
MARS. afflixit, nondum tamen euertit: cum *& toto saeuit Mars impius orbe*. MARTEM
itaque bellorum Deum, galeata forma ex Constantini aereo nummo exhibeo,
mirandumque adeo rarò reperiri, cum saepe ROMA galeata appareat in num-
mis: An quia Deus ille Romani auctor imperij putatur, oppressa Rhea Siluia, è
qua gemini sint nati *Romulus & Remus*, in sylua post à lupa lactati? An potius
quod duabus potissimum rebus regna, Resque publicae, *pacis belliq;* temporibus
contineantur *Armis* nimirum ac *Legibus*? vnde *Togati*, ac *Sagati*, qui haec tractent,
nominari solent. Sic enim mascula illa Poëtria *Sulpicia*, in Satyra quadam sub
Domitiano Imp. scripta lusit:

——Duo sunt, quibus extulit ingens
ROMA *caput, virtus* BELLI, *& sapientia* PACIS. C

Et certè Romani post Graecos armis imperium, & dilatarunt ad Taurum vsque
Ciliciae montem, & partum auctumque tenuerunt. Quo minus mirandum
A. Gellius li. 5 cap. 12. *Patrem* esse cognominatum, vt è Ioue *Iupiter*, quasi *iuuans Pater* dictus, sic *Marspi-
ter* nuncupatus *Mars*: quod etsi fundi calamitas labesque sit Bellum, pacis tamen
temporibus, Iustitiam quietemque armis excubando tueatur. Verum & Thurij
praeter Romanos nummum cum *Martis* imagine cuderunt; vnde & *Thurius Mars*
dictus ab Orpheo, Homero, & Anacreonte Poëtis. Hic Roccoxius obstupescens
interpellat. Hui, à *Marte* ducis, Orteli, initium? Quin potius omnis Antiquitas
à Ioue solet auspicari, à quo Opt. Max. *rerum agendarum*, inquit Cicero, *nobis sint
capienda primordia*. Et aequalis eius Maro ex Arati Phaenomenis, aut è Theocri-
ti Encomio in Ptolemaeum Regem: D

A Ioue principium Musae: Iouis omnia plena.

Et Gregorius, Theologi cognomento: *Primum*, inquit, *postremumque rerum o-
mnium* DEVS *esto*. Hic Laeuinus excepit: Rectè tu quidem, Nicolae. Cum me igi-
tur huius veluti Symposij Philologici hodie Magistrum aut arbitrum, vt Cato-
Cic. in Cat. Maiore. nem olim Magisteria delectabant, creastis, non bibendi sed dicendi, age, Roccoxi,
tuas esse dicendi partes existima. Praefatus iam ille de more veniam, sic de *Io-
ue* non protrita est auspicatus, libello interim Deorum in manus arrepto, vt lau-
rum in conuiuijs σκολιὰ carmina canentes solebant. Occurrit, inquit, primo *Iupi-
IVPITER. ter Opt. Max.* Deûm atq; hominum Rex vana Gentium habitus superstitione, hir- E
sutus, hispidus in nummo Ptolemaei regis Aegypti, in qua Prouincia mire idolo-
latria viguit, vt & in Creta, eius ostensum, tanquam mortalis, sepulcrũ: quo et-
iam nomine mendaces potissimum Cretenses sunt habiti. Iisdem Aegyptijs &
Afris *Iupiter Ammon* ab arena, arietinis cornibus, in Traiani Augusti nummis spe-
ctatur, auctoribus Ouidio, Lucano, Silio, & Statio. Huius se filium Alexander il-
Q. Curt. li. 4. Gelli. lib. XIII cap. 4. le Magnus assentando delusus gloriabatur, teste Curtio. Indignante interim
Olympiade matre, datis ad filium, quae apud A. Gellium sunt, litteris. *Anxurus*
vero, siue, vt Fuluio Vrsino magis placet, *Axurus*, ἀπὸ τοῦ ξυροῦ, allato Porphyrionis in
Horatium

A Horatium loco sic emendato: *Terracina, Campaniae opidum, & Axur olim dicebatur:*
vnde Iouem Axurem colebant, cuius & Virgilius meminit: In lib.1.serm. Sat.5.

> *Circaeumque iugum, queis Iupiter Anxurus aruis* Virg. VII. Aeneid.799.
> *Praesidet, & viridi gaudens Feronia luco:* & X.545.

Impositum saxis, quoniam illis temporibus adhuc Terracinensis vrbs in altissimo monte
erat. Vnde postea in aequiorem locum posita est, vt non sint solum adhuc vestigia aedifi-
ciorum in monte, sed & murorum. Haec ille. Adhaec *Veiouem* hic cerno cum sagit-
tis à tergo manu contortis, quod noxius fuerit Deus: qua forma idem Gellius de- Lib.V.cap.12.
pinxit, spectaturq; in L.Caesij nummis: *Simulacrum,* inquit, *Veiouis, quod est in ae-*
de sita inter arcem & Capitolium, sagittas tenet, quae sunt videlicet paratae ad nocendum.
Quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt, immolatumque illi ritu humano
B *capra; eiusque animalis figmentum iuxta simulacrum stat.* Hic igitur non tam *iuuans*
Pater vt *Iupiter,* quam noxius habebatur. *Ve* enim, vt augendae, sic minuẽdae rei
gratia frequentius adhibitum. *Statori* vero Ioui à *sistendo* potius quam à *stando* da-
tum nomen Litteratores opinantur: cui aedem Romulus cum Sabinis pugnans,
suis in pugnae discrimine fugientibus vouit. Itemque Sannitico bello M. Ati-
lius Regulus COS. anno post Rom.cond. CDLIX. vt Liuius refert, manus in cae- Liuius lib.I.
lum tendens, templum eidem *Statori* vouit, si à fuga stitisset Romanas acies, re- & X.
dintegratoque praelio cecidisset, vicissetque Samnitum legiones. *Fulminatorem*
autem *Iouem,* & *Dium-fidium* in nummis reperias, quem *Fidei praesidem* in Diony-
sio Halicarnasseo conuertit Gelenius. Lapus enim antea *Sponsorem,* quasi ἐγγυητὴς Lib.4. Antiquit.Rom.
esset, non rectè: Portus vero *Iouem Fidium* Latinè reddidit. In aureis Gordiani
C Imp.nummis, stat *Iupiter* dextrâ hastam, sinistrâ fulmen tenens, quasi fulmen mi-
nitans, nisi ab Imp. reuocatus staret exercitus. *Tonantis* etiam *Iouis* cum fulmine,
quòd tonitru subsequitur, in Augusti aureis cernas. His Schottus subiecit: Ste-
phanus Pighius noster ad annum V.C. CDLXXXIV. in aureis quoque *Iouem Custo-*
dem, & *Conseruatorem, Victorem* item ac *Triumphatorem; Elicium* quoque ac *Fere-*
trium, cui trophaea & spolia sint consecrata, celebrat: quorum hic à Plutarcho in
Parallelis Σκυλοφόρος, καὶ Τροπαιοῦχος nominetur. Huius frater *Neptunus,* maris potens NEPTVNVS.
Deus, vt & inferorũ praeses *Pluto.* Illum à *nubendo deriuat:* vt à monendo *Monetam*
Iunonem Cicero. In Cn.Pompeij, cognomento Magni, nomismate *Neptunum* con- Cic.1.de Diuinat.
sidero, barba promissa, à tergo tridentem gestantem, cum & ipse *Pompeius Alexan-*
D *dro Regi aemulum se factus fingeret,* teste Sallustio. Sextum quoq; Pompeium huius Sall.lib.3.Historiarum.
filium, *Neptunum* se arroganter appellasse auctor est his verbis Dion: *Sicilia occu-*
pata naues plures exstruxit, mare circum insulam obtinuit. Auctus ea gloria ac fastu, quasi Dio.li.XLVIII
Neptuni esset filius, quòd pater quondam mari vniuerso imperium tenuisset. Et post non
longè: *Sex. Pompeius, magis tum elatus animo, vere Neptuni se filium credidit, vestemq; in-*
duit caeruleam, hoc est marini coloris. Verum longè his antiquior *C. Marius Arpinas*
belli arte manuque promptus, in nummis cusum caput edidit *Neptuni,* capillis
barbaque promissis, vndarumq; fluentium modo compositis, quasi à *mari Marij*
nomen deriuaret suum, cum delphino ac tridenti, inscriptumq; C.MARIVS C.F.
At à tergo in biga habenis regentem cernas hippocampos, sub quibus delphi-
nus est, circumplexam custodiens ancoram. Significabat nimirum (quantum Plut.in Mario.
conijcio è Plutarcho, eiusque magnam partem aemulo Appiano, Velleio Pater-
culo, ceterisq; Historicis) post Consulatum sextum vrbe pulsi ac proscripti Ma- Appianus de bello Ciuili.
rij fugam in nauibus ad Africam, & Numidiam. Qui à Sulla Româ bello pul-
sus ciuili, in Minturnensi delitescens palude, itemque in Africa ad Carthaginis Vell.lib.2.
ruinas de fortunae inconstantia, rerumque adeo humanarum vicissitudine gra-
uiter expostulans vitae mortalium miseriam calamitatemque repraesentabat.
A Fannia etenim C. Titinij coniuge (quam dotis iudicio rebus integris iuuerat)

Val.Max.li.1 cap.6. & li.2 cap.10. & lib.8.cap.2. tecto acceptus, &, Valerio Maximo testante, à fuga collectus, respirauit. Ad quem in palude delitescentis casum C. Marij Maronem in Sinonis versipellis persona respexisse equidem eruditis hominibus cur non assentiar? Sic enim Poëtarum Latinorum princeps: A

Aeneid.2. vers.135.

Limosoque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui dum vela darent, si forte dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,
Nec dulces natos, exoptatumque parentem.

Sed mirum profecto, ait Roccoxius, maiorum gentium Diis Vulcanum, qui in Valeriani Imp. nummo VOLKANVS cuditur, adnumerari, etsi Iunonis filium, caelo tamen delapsum in Lemnum insulam, atque hinc claudum, ac fuliginosum, igni assiduè assidentem, armisque cudendis occupatum, vt ibidem foculo in aedicula etiam sacra astantem contemplaris. Hinc pro ignis Deo est cultus; vt aëris Iuno, aquae Neptunus, terrae denique Cybele, & caeli Iupiter, Dij habiti. Haec Gentiū deliria cum audis Christiane, aut legis, risum tenere potes? non magis quā si aruspex aruspici occurreret, vt M. Cato dicere solebat. Romulus autem Vrbis conditor secundum agens de Camerinis triumphum *Vulcano* dedicauit quadrigas aereas ex manubiis, testante, Dionysio Halicarnasseo: apposita & effigie sua, cùm Graeco rerum à se gestarum elogio. *Vulcani* autem fornax credebatur apud Liparas insulam esse, quòd Aetna Siciliae mons incensus ignes circumcirca effuderit, & mare inibi incensum, rupes nauesque aestu dissoluerit, piscesque excoxerit, qui à Liparensibus esi peste conflictatos necarint, vt in Prodigijs memorat ad annum V.C.DCXXVII Iulius Obsequens, & Paulus Orosius. In L. Aurelij Cottae nummo *Vulcani* caput est barbatum, ac pileatum, vt Arnobius lib. VI. *Vulcanus*, inquit, *cum pileo & malleo.* Qualem hic in nomismate contemplor. at in L. Caesij nummi tergo cum *Veioue* spectatur cum forcipe, & *Laribus*, quos *Praestites* vocabant, nudis, & sedentis habitu, & cum cane, cuius canis rationem Plutarchus in Quaestionibus Romanis reddidit. Laudatus & Athenis, ait Cicero, *Vulcanus* ab Alcamene factus, in quo stante atque vestito leuiter claudicatio non deformis appareret: Sed cur apud Homerum Iuno mater κυλλοποδίωνα hoc est claudū blandiens appellarit ὑποκοριστικῶς, quaeri à doctis hominibus video ad XXI. Iliados librum, itemque à Criticis Victorio, ac Mureto in Variis, sed rectè Plutarchus Philosophus idem & Historicus excellens, quòd non corporis morbi, sed animi vitia, probri loco obijci soleant. Augustus adhaec Imp. anno ineunte ex stipe à populo Rom. absenti collata *Larium, & Vulcani* signa Romae dedicauit, vt è duplici Inscriptione, quae in aedibus amplifs. Card. Farnesij spectantur, apparet, legiturque hodie in antiquis Inscriptionibus, quarum vna posita Coss. Druso, & Crispino, anno conditae Vrbis DCCXLIIII. altera vero quinto post anno Sabino, & Ruso Coss. Nunc tibi, amicissime Orteli, de *Mercurio* dicendi, velut in cursu lampada trado. Tum ille: In C. Mamilij Limetani argenteo nummo hunc repperi Deum, cum petaso & alis in capite. Deûm interpres dictus est, praesesque Eloquentiae, Mercatorum adhaec & furum Deus, Maiae soboles. Dictus autem à mercibus, vt negotiorum merciumque antistes, qui & litteras inuenerit. Manibus virgam tenebat, & talaria in pedibus, vt pingit Maro: B C D E

Cic.2. de Diuinat. Lib.2. Antiquit. Rom. Oros. lib.5. cap.10. Plutarc. Quaest.51. Lib.1. de Nat. Deor. Hom. Iliad. φ.v.331. Vict. lib.29. cap.19. Muretus li.XI cap.10. Plutarch. de facie in orbe Lunae. MERCVRIVS.

Aeneid. IV. v.242.

Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco,
Pallenteis alias sub tristia Tartara mittit.

Dictus & *Nomius*, à legibus, nomenque cum Pallade iungens, *Hermathenae* bifidae illae statuae dictae, vt & *Hermeracles*, si cum Hercule iungeretur. *Hermiaeque* à Graecis dictae statuae indices viae in biuio aut triuio: quas capite truncasse, aliud-ve caput imposuisse Athenis capital fuit: accusatusque hoc nomine *Alcibiades,*

A biades, teste Plutarcho, & in decem Graeciae Oratoribus *Andocides*, in Oratione de Mysteriis habita. Dictus *Hermes* quoque Tetragonus, quasi quadratus, cui Iulianus Caesar parabates noctu clam supplicabat, teste Ammiano Marcellino. Dignum nimirum patellâ operculum, vtpote daemonum cultui deserta iam Christiana Religione sic addictus, vt Christianis Graecorum scriptorum lectione ac studio temere Decreto interdiceret. Hic iam omnis velut in sermonis arbitrũ Torrentium Praesulem oculos conijcere, vtq; de Musagete, hoc est Musarũ chorâgo, sacer ipse Poëta, qui *De partu Virginis* post Iac. Sannazarij Epica Lyricis cecinisset, de *Apolline* nunc verba facere ne grauaretur comiter orare. Ego vero, inquit, ac lubenter, quando iubetis amici, liceatque — Amm. lib. 16. — APOLLO.

Nunc calamos inflare leues, ac dicere Phoebum.

B Vsurparem alioqui Paulini Episcopi Nolani illud ad Ausoniũ magistrum verius.

Quid abdicatas in meam curam, Pater,
Redire Musas praecipis?
Negant Camenis, nec patent Apollini,
Dicata CHRISTO *pectora.*

Dicemus tamen obiter de multis pauca, ne hinc asymboli abeamus. In Rom. nummis, quibus satis abundo, M. Plaetorij, & Clodij *Apollo* cernitur imberbis, atque intonsus. At in M. Bruti Consularibus denarijs apud Fuluium in gente *Iunia* videmus Q. Caepionis, & L. Sestij Proquaestoris *Apollinem* in antica parte laurum & citharam, ac tripodem, quae sacra sunt Apollini. Instrumenta adhaec, quibus victimas in sacrificijs mactabant (nam & Liuius maiores hic hostias dandas — Liu. lib. xxv.
C esse decretum refert:) puta simpulũ, simpuuium, seu capedo: secespita, seu securis: & culter etiam visuntur. Item in L. & C. Pisonum Frugi Praetorum Vrbanorum antiquis Calpurniae gentis denarijs incisum spectamus. *Apollinares* autem *ludi*, qui Apollini sacri fiebant Romae, quantum è vetere Kalendario Rom. colligo, pridie Nonas Quinctiles, septemque continenter diebus, & quidem victoriae caussa, non, vt quidam opinati, valetudinis ergô, inquit Liuius. A *saecularibus* tamen *ludis*, ne quis forte erret, tametsi eidem fuerint Deo consecrati, re & nomine diuersi erant. Illi enim à Praetore Vrbano Romae ex S. C. facti, vt idem Liuius tribus in libris docet: & à Bruto datos, vel ab vrbe illo absente, per suos, magnificentissime, auctor est Plutarchus, & M. Tullius Philippicarum prima, & deci- — Liu. libb. 25. 26. & 27. — Plut. in Bruto.
D ma: itemque secunda (quam *diuinam*, ob elegantiam vimque dicendi Satyricus appellare non dubitat) his innuit verbis: *Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati?* M. quoque Vipsanij Agrippae Praetoris ludos Apollinares commemorat Dion Cassius lib. XLVIII. *Saecularibus* autem *Ludis* hymnos Catullus, ac saepius Horatius cecinere, deque ludorum illorum origine ac progressu singulari commentario Onuphrius, ac Politianus in Miscellaneis, atque Sigonius differuere. Angelus enim in Laur. Medicis v. c l. nũmis stelographiã se vidisse affirmat, Domitiani, opinor, Caesaris XIIII. Consulatu cum L. Minucio Rufo cusam, inscriptumque: LVD. SAEC. FEC. COS. XIV. Septimos nimirum ab v. cond. Acclamatum ab omnibus Torrentio: ceteras tamen, vt Deas totidem feminas recenseret induci non potuit. Quin, ait, Roccoxio id munus non repugnanti demandatis, qui coniugem habet, feminam lectissimam. Nam & caelibatum perpetuo coluisse video Ortelium. Ad haec iussa Nicolaus primum tergiuersari; cedere tandem manusque dare visus. Quid-ni, inquit, quando ita vultis, *Iunoni* quoque primas hic, vt antea *Ioui*, concedamus? Sic enim apud Maronem ipsa sese ostentans: — Iuuenalis. Sat. x. v. 124. — Catull. Epig. 35. Horat. lib. 1. Oda 21. & lib. 4. Od. 6. & in Epodis. — Polit. Misc. cap. 58. — Sig. Lib. 1. Emendat. — IVNO. Regina.

En ego quae Diuûm incedo Regina, Iouisque
Et soror, & coniux. ——

Hinc

Hinc & *Reginam Iunonem* in nũmis haberi *P. Crepusij* (sic enim sculpitur; malim *Cremutij*) & C. Mamilij Limetani Triumuirorũ forte Monetalium, capite vittato Reginarum propè ritu auctor est Fuluius: item *Sospitam Iunonem*, aut, vt in Antonini Pij nummis est, *Sispitam*: quae Lanuuij culta pingebatur, vt Cicero scribit, & hic spectamus, cum pelle caprina, hasta, scutulo, & repandis calceolis. Quid mirũ? Ammoni Ioui in Africa coniugi cornibus arietinis non dissimilis *Iuno* est: cuius etiã Iunonis filium dici se Alexãder ille Magnus vane cõcupiuit. Aedes *Reginae Iunonis* in XIII. regione vrbis Romae collocat Pub. Victor, quã à Camillo Dictatore Veijs captis dedicatam Liuius refert, quod Lactantius tamen *Iunoni Monetae* attribuit: cuius & ipsum caput pariter vittatum in T. Carisij est nummo. At verò *Iunonis Feroniae* facies coronata visitur in nomismate argenteo P. Turpiliani. *Monetae* templum, quam à monendo Tullius I. de Diuinatione deriuat, Naso in Fastis aedificatum in Manlij Capitolini domo euersa canit: dedicatumq́, Iunijs Kal. Macrobius ait. Liuius vero lib. VII. L. Furium Dictatorem aedẽ eidem vota Auruncos superasse. Illud vero silentio non inuoluam, quod Plinius refert: M. Lydium Aetolia oriundum Ardeae pictorem templi Iunonis Reginae, ciuitate Rom. idcirco donatum, versibus id testantibus: qui, vt rudia illa tempora ferebant, simplices sunt. Principium eorum, si ridere libet, proferam.

Sospita Iuno. *Cic. I. de Nat. Deor. & I. de Diuinat.* *Liu. lib. V. ab V. C.* *Lact. lib. 2. Institut.* *Feronia Iuno.* *Iuno Moneta.* *Plin. lib. XXXV Nat. Hist. cap. 10.*

Dignis digna loco picturis condecorauit
REGINAE IVNONI' *supremae coniugi' templum.*

In altero versu bis S elidi cernas, vt prisco illo & rancido Q. Ennij saeculo solet. *Sospitae* vero Iunonis delubrum iuxta Matris Deûm in X. Regione, hoc est, in Palatio idem Victor ponit, & Lanuuij, non autem (ne quis cum vulgo erret) Lauinij cultam, auctor est lib. II. Fastorum Ouidius, Kalendis Februarijs. Silius quoque Italicus Punici belli lib. XIII. Milonem Lanuuinum celebrat Dictatorem, cuius & in Miloniana M. Tullius meminit: idemque in Muraeniana Consules ait *Sospitae Iunoni* sacrificare solitos. *Feroniam* autem Deam nominibus variasse Dionysius refert. Ab alijs ἀνθηφόρον quasi *Floram* dicas, aut *Floriferam*, à nonnullis φιλοστέφανον. Ab alijs *Proserpinam* nominatam; cuius in aede sacra prunis inambulari solitum fabulatur Strabo, quòd Maro Apollinis delubro tribuit. Hic etiam *Feroniae* meminit, vt & Flaccus Horatius. De *Moneta* rursum longe alia, sed sine auctore, Suidas commemorat, & qui *Aium Locutium* eundem opinãtur Deûm, ij à Giraldo Lilio facile refelluntur. IVNO adhaec MARTIALIS cognomine cusa apparet in C. Vibij Treboniani Galli Imp. nũmo aereo, sedens in delubro, & ad pedes pauo, sacra illi auis. Equidem ratus nihil illi Deae cum Marte esse commune (sic enim *Martia* dicenda erat) sed nuptijs praefectam, *cui sint vincla iugalia curae* rescribendum arbitrabar, vna traiecta littera, vt *Maritalis* esset. Nisi forte *Monetalis* placet, sed longius sic à *Martiali* discedas: vel denique, nisi nummis veterum cusis, fusis, sculptisque omnino peccari non posse temerè asseras; cùm in lapidibus atq; Inscriptionib. antiquis à lapicidis, itaq; à librarijs in calamo exaratis libris multa peccari deprehendas. Redito, Schotte, dixit Torrentius veluti Medimperator, ad intermissum, si placet, sermonem. Ergo, inquam, antiquo me vis includere ludo, Praesul? Parebo, ea lege tamen, vt Ortelius noster, caelebs & ipse, de *Minerua* ordine excipiat. De VESTA iubes dicere? atqui decus & ocellus Belgij Lipsius noster singulari de ea commentario nuper disseruit, post Agellium. An analecta legere & spicas à tergo comportare imperas? Mos tibi geratur. De etymo primum: à vi-stando *Vestam*, quasi *vi-stans* fuerit, Naso tertio Fastorum deriuat.

Lib. 3. Antiquit. Rom. *Lib. V. Geogr.* *Virg. VII. Aeneid. & XI. & ibi Seruius* *Horat. lib. I. Sat. 5. ibidemque Porphyrio.* *Girald. Syntagm. I. & III* IVNO *Martialis, an Maritalis.* VESTA. *A Gell. lib. I. cap. 10.*

Stat vi terra sua: vi-stando Vesta vocatur.

Et quia ignis aeternus asseruabatur ad Vestae, ideo sedentis forma Virgo in Im-

A peratorum nummis repraesentatur, & fere Augustarum in nummis obserues, iisque aureis, qui ceteris sint sculpti politius. In Claudij Caesaris nummo velata sedet Vestalis, dextra lucernam ignis perpetui & inexstincti praeferens. Cum Palladio in dextra Vestam praeferunt nomismata Sabinae Augustae, Hadriani Imp. coniugis. Templum autem *Vestae* rotundum in aureis Neronis video, vt & in Titi Vespasiani cum gradibus. Alibi cum ancili *Vesta* sedens, & Romae ponè simulacrum, adscriptumque: ROMAE AETERNITAS. Qualis autem *caperetur* (hac enim voce veteres sunt vsi) à Pontifice, vtque *Amata* inter capiendum à Pont. Max. appellaretur, quia prima quae capta fuit hoc fuisse nomine traditum est, quasi manu prehensa ab eo parente, in cuius erat potestate, veluti bello capta *A. Gell. lib. I. Noct. Attic. cap. XII.*
B abduceretur; hac fere formula vtendo, teste Fabio Pictore: SACERDOTEM. VESTALEM. QVAE. SACRA. FACIAT. QVAE. IOVIS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QVIRITIBVSQ. VTEI. QVAE OPTVMA. LEGE. FVAT. ITA. TE. AMATA. CAPIO. Legem quoque M. Tullij, non è duodecim Tabulis, sed è Sacrorum potius Legibus Graecorum, vtinam memoria suggerat. Hic Laeuinus, dato nolae signo. Heus, puer, inquit, expedi è Bibliotheca Ciceronem de Legibus. Aduolat ille, iussusque è libro legit secundo: VIRGINES VESTALES IN VRBE CVSTODIVNTO IGNEM FOCI PVBLICI SEMPITERNVM. Mox volutis pagellis eius interpretationem è tertio recitare iubeo libro; *Cum Vesta quasi focum Vrbis complexa sit: ei colendae virgines praesint, vt aduigiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura feminarum* *Lib. 2. de Leg.*
C *omnem castitatem peti.* Finem legendi puer fecerat. Graecae, inquam, originis vox Tullio, vt & altero libro de Natura Deorum asserit. Hebraeis etiam, qui omnium sunt sapientum antiquissimi, *Esth* ignem significat, & vnum est è primoribus Dei nominibus: vnde Graecorum ἑστία, & Romanorum *Vesta* manarit. Vestalis autem virgo ante decimum capta annum triginta ipsos annos virginitatem illibatam perpetuoq; ignem seruare cogebatur. Si corrupta antea fuisset, sandapilae imposita veluti funere efferebatur, viuaq; terra obruebatur: ait Dionysius Halic. lib. II. Antiq. Rom. & quidem iuxta Collinam portam, vnde & Sceleratus ibi campus dictus, Festo, & Plutarcho auctoribus. Si vero exstingui ignem
D passa esset, flagris caedebatur. Earum antistes *Maxima* quoq; dicta. *Mater* etiam Vesta habita, etsi innupta, nisi post tricesimum, officij annum. Sic enim nominat praeter Tullium, Maro extremo lib. I. rei Rusticae: *Val. Max. lib. I. cap. I. Cic. pro domo sua.*

Dij patrij Indigetes, & Romule, Vestaq; Mater,
Quae Tuscum Tiberim, & Romana palatia seruas.

Verum sustineo me, né-ve aliena compilasse videar scrinia, ad Lipsium, qui sitim expleat, allegabo. Nunc de MINERVA ordine Ortelium nostrũ non inuitâ, quod aiunt, Mineruâ disserere cupio, ac de *Cerere* Dea atque *Diana*: si quod in his votum est meum, Roccoxium exopto. Intulit ille:

Alternis dicemus, amant alterna Camenae.
——Pallas, quas condidit arces, PALLAS. *Minerua.*
E *Ipsa colat.*

Id ego Louanij in Grudijs Philosophici Gymnasij foribus, quod adolescens Schottus hic frequentabat, inscriptum memini. Est enim scientiarum Dea credita *Pallas*, vtpote è Iouis cerebro nata, findente Vulcano caput bipenni, vt lepidè nugatur Samosatensis sophista. Video hic in aeneo Domitiani Augusti nummo caput *Mineruae* galeatum vt armisonae Deae, & coronatum Domitianum autem tyrannum Mineruam superstitiosè coluisse refert Suetonius, & è Dione Xiphilinus, & morti vicinum, se vltrà Deam tueri non posse, quòd esset à Ioue exarmata, iactabat. Visitur & in Antonini Caracallae aureo nomismate stans armata, dextrâ *Suet. in Domit. cap. 15. v. 5.*

Victoriam, à qua coronetur gestans: laeuâ conto innixa, & ponè trophaea sunt A
inscriptis litteris: MINER.VICTRIX. Ceterum apud Graecos innumerabiles apparent, tanquam Graecae Deae, nummi cum Pallade, noctua, & Gorgone, vt me
† Agell.lib.2. Noct.Attic. cap.10. copia ipsa huius † flauissae, hoc est, è flata signataque pecunia thesauri deterreat. *Mineruam* autem concisè, quasi *Meminervam*, dictam autumant. Oleae inuentrix est habita, ideoque oleae folijs coronatam in galea cerno. Et pacem exposcentes oleam praeferebant. Sic enim Maro:

Jamque oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramus oleae, pacemque petentes.

Et in M. Aurelij, & M. Commodi Impp. nummis titulus est: MINERVAE. PACIFERAE. Noctuae autem oculi caesij eidem à Poëtis attributi, & Demosthenis est Graeciae Oratorum principis lepidè dictum, teste Plutarcho, cum Athenis exulatum abiret, vrbemque respectaret; Tribus Deam Palladem feris delectari, *noctua, dracone, & plebe.* Hanc etiam feris adnumerans, vt est multorum bellua capitum: & B

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

CERES. Nunc, nisi quid vobis aliud placet, ad alias pergamus Deas. Excepit de *Cerere* Roccoxius: Rei praeest frumentariae, quòd fruges primum reppererit, arandique rationem excogitarit, cum primum rudes illi mortales, quales Oscos Ennius nominabat, glandibus pecudum ritu vescerentur. Hinc Sicilia eidem sacra, & aratrum tributum in nummis, itemque facies cum tribus incuruis siue cruribus, siue brachijs, tritici spicas singulis tenentibus, queîs tria fertilis C Siciliae promuntoria designabantur, vt septimi libri Annalium Rom. prooemio Steph. Pighius disseruit vberius. Est enim fuitque semper insula illa fertilitatis gratiâ horreum populi Rom. vt hodieque Italiae est, atque in angusta annona etiam Hispaniae. Currum eius Deae à serpentibus trahi, primus Orpheus commentus, à quo Latini sumpserint Poëtae, Naso lib. v. Transformationum, & Claudianus lib. I de raptu Proserpinae eius filiae, à Plutone inferorum Deo clàm
Cic.Ver.IV. per vim abductae: quam mater, taeda in Aetna monte accensa, quaesierit diligenter: vnde & *taedifera* dicta ab eodem Ouidio, spectaturque in nummis antiquis cum face, & serpentibus currum eius trahentibus: quos nummos C. Vibius Pansa, itemque M. Volteius M.F. suis etiam nominibus signarunt. Vidimus & D C. Memmij C.F. Nomisma, cuius in fronte QVIRINVS, seu *Romulus* Vrbis conditor laureatus appareat; in auersa parte Ceres est sedentis, habitu sinistra facem, dextra spicas tenens, & ad pedes serpens exstat, adscriptumque: MEMMIVS. AED. CEREALIA. PREIMVS. FECIT. Hoc in titulo, si verbum transponas, ait interlocutus Torrentius, in metri sic redegeris numeros:

Memmius Aedilis fecit Cerealia primus.

In PREIMVS etiam priscam agnoscitis diphthongum. Adiecit & Torrentius, C. MEMMIVM, Cerealia vt Aedilem curantem, *Gemelli* cognomento videri, & plebeium non Curulem fuisse Aedilem. Gens enim *Memmia* plebeia fuit. Praeto-
Suet.in Caes. cap.23. rem verò Vrbanum fuisse anno V.C. DCXCV. L. Pisone, & A. Gabinio Coss. cuius E Praeturae in Iulio Caesare Tranquillus meminit. Insequenti vero anno Praetorem peregrinum arbitror fuisse, & Bithyniam ac Pontum Prouincias sortitum, at in Consulatus petitione repulsam cum M. Scauro tulisse constat, creatis Coss. Cn. Domitio Caluino, & M. Valerio Messalla, anno Vrbis DCC. tametsi Caesar,
Suet Caes. cap.49. & 73. (qui in gratiam post odium è conuicio cùm illo redierat, eodem testante Suetonio) suffragio iuuisset. Ambitus vero reum, exulatum Patras abijsse ferunt, ad quem exulantem plures Ciceronis sunt Epistolae Famil. lib. XIII. Et in Bruto de claris Oratoribus, ac Sallustius, *Oratorem* eum Memmium *artibus eruditum* praedicant

dicant

A dicant: etsi Catullus carmine perstringat, qui eum tamen in Bithyniam antea fuerat secutus. Meminit & in Epistolis * Cicero frequentius: Corn. Taciti locum lib.xv. Hist. Aug. & Dionis lib. LVIII. Ang. Politianus laudat Miscellaneorum cap.xxcv. Viderat enim hic similem nummum apud Laurentium Medicem virum clarissimum. Caesar etiam Dictator Aediles duos, qui frumento publico praeessent, adiecisse fertur, teste Pomponio Iurisconsulto lib. II. De Orig. Iuris, & Dione extremo lib. XLIII. Aediles vero ludos Romae atque annonam curasse, vel me tacente omnes intelligitis; qui à Cerere *Cereales* sunt dicti. Ex his; autem *primum* fuisse hunc *C. Memmium Gemellum*, ex hoc nomismate, non alibi, lego: primum inquam fuisse de sex Aedilibus, primo scilicet loco renunciatum, vt Vespa-
B sianum postea Caesarem, sexto renunciatũ loco iam docuimus initio Commentarij nostri ad Vespasianũ apud † Tranquillum. Perrexit porro Roccoxius: Cereri etiam porcâ fiebat praecidanea, testibus Gellio, & Ouidio, eaque ante fruges nouas immolabatur, non bos, qui ad arandum vtilis esset. Sic enim Naso:

Bos aret, ignauam sacrificate suem.

Cereales autem ludi erant Libero, Cereri item, & Liberae seu Proserpinae communes plerumque. Sed heus, inquit Nicolaus, *Segetiam* Deam quasi Cereris asseclam imprudentes omisimus, quae spectatur in nummo Saloninae coniugis Gallieni Imp. Segetum ea Dea est, teste Augustino lib. IIII. de Ciuitate Dei. Plinius enim *Segestam*; à Segetibus vterque nominant, vt *Seram*, à serendo, quarum
C simulacra in Circo viderentur. Singulis enim rebus, vt Augustini verbis vtar, *propria numinum officia distribuebant.* O stultitiam! ô amentiam!

O curuae in terras animae, & caelestium inanes!

Nunc de *Diana* venationis Dea, quia Nobilium ea corporis exercitatio est, quando ita vultis, dicendum breuiter. Sicula & haec Dea, vt Ceres, cui canes ac cerui consecrati, vt venatricis habitu in nummis apparet: quae & cornibus ceruos teneat, quiq; currum eius trahere finguntur, vt & Hymno Callimachus, & Apollonius Rhodius Argonauticis, & Claudianus in Stiliconis laudatione praedicât. *Syracusana* in primis celebratur, non in nummis modo, sed & à Plutarcho in Marcello, qui Syracusas cepit, & à T. Liuio lib. XXXV. *Segestana* vero à M. Tullio Verrinarũ III. Actione nominata. L. Lollius Dianae *Fascelinae*, atq; Aricinae ad
D lacum Nemorensem cognomento, nummum cudit: quo de Pighius in Fastis, & Giraldus Syntagmate XII. *Dianae* vero *Ephesiae* adeo litteris celebratae nummos, Graecè praesertim inscriptos, Traiani & Commodi Impp. spectamus, & L. Hostilij Sasernae, itemque L. Lentuli Marcellini. Ad Ephesios elegantem B. Pauli Epistolam habemus in manibus, & de notis ac litteris Ephesijs Hesychius: eodemque audiente Paulo Ephesi saepius exclamatum: MAGNA DIANA EPHESIORVM, & *Magnam* etiam *Deam* Graecis habitam Dionysius Afer de situ Orbis testatur, hoc versu:

Παῤῥαλίην Ἔφεσον μεγάλης πόλιν ἰοχεαίρης.

Etsi quidam vulgo μεγάλην πόλιν legant. παρθένυ quoque seu *Virginis* illi adhaesisse
E Epitheton aiunt. Huius etiam templum, incendente Herostrato, famae per nefas parandae gratiâ, conflagrasse referunt, quo die natus est Alexander Magnus: cuius hanc fingit caussam Hegesias Magnesius; quòd eo nempe die & hora *Diana* vt partus praeses, Olympiadi obstetricaretur, templo absens, & hinc succurrere flammae impotens. Quae quidem adeo frigida doctis hominibus narratio visa, vt incendium illud restinguere posse iactarent, Cicero, Plutarchus, Zonaras, ac Solinus in Poly-histore: duo item aeui nostri magni Critici Victorius ac Turnebus. Partim autem praefuisse *Dianam*, & *Lucinam* quoque dictam Poëtae referunt. Sic enim ad eam Flaccus:

* Ad Atticum lib. I. Epist. 16 & lib. IIII. Epist. 15. 16. 17. 18. atque vlt. Item ad Familiares lib. VII. Epist. II. & toto libro XIII. Item ad Q. fratrem li. II. Epist. 13. & vlt. & lib. 3. Epist. 8.

† Suet. Vesp. c. 2.

Gell. lib. IIII cap. 6.

Ouid. IIII. Fast.

Cap. 8. & 24 & 34.

Plin. li. XVIII cap. 2.

Apoll. lib. 3.

Claud. Paneg. 3. in Stil.

Act. 19. v. 28. & 33.

Pet. Faber, Semestrium lib. III. c. 3.

Cic. 2. de Nat. Deor. & I. de Diuinat.

Plut. in Alex.

Zonaras To. I Annal.

Sol. 53. cap.

Victor. lib. 13. cap. 20.

Turn. lib. 27. Aduer. c. 4.

Siue tu Lucina probas vocari,
Seu Genitalis.

Vidimus praeterea Dialogo huius operis quinto ſimul collocari *Cererem & Dianam:* Hanc etiam mammoſam & fere forma hermiarum ſimili, cum multis vndique animantium figuris, quae Naturam repraeſentaret, in ſpectionibus Romanis nummiſque videas. Venio tandem, vt dicendi finem faciam, (Vos enim audiendo defeſſos video:) ad *Venerem*, eiuſque puerum *Cupidinem* telis, arcu, & pharetra armatum, oculiſque obuinctis, quòd caecus ſit Amor, ſui praeſertim ipſius: Verum de his nugis quia dicere piget, vetatque mèus pudor ad Poëtas allegabo, ſiue vt in nummis cerno, *Victricem*, ſeu *Genetricem*, quam Lucretius poëmatis initio inuocat, ſiue quo alio libet nomine appellare. Pro his *Cybelem*, Deûm matrem ſubijciam. Sic dictam à cognomine monte Phrygiae, nam Seruius Honoratus. ἀπὸ τῆς κύβεσθαι τὴν κεφαλὴν, *à capitis rotatione*, vt Galli eius ſacerdotes ſolebant, deriuat. Martianus vero Capella à cubo eidem ſacro nomen deduxit. Templum autem ab Argonautis illi aedificatum in monte Dindymo, qui Cyzico imminet, vnde ſit Dindymena appellata. Variis adhaec nominibus amplius XIIII. appellata, vt *Deûm mater, Dea Magna*, & *Bona Dea*; ſolis vt virginibus ſacta illius adire ſit datum. Vnde Tibullus:

CYBELE *Deûm mater.* *Strabo lib.1. Geogr. Stephan. de Vrbib. Seruius io 3. & 10. Aeneî. Strabo li.XII. Plin. lib.6. cap.32.*

Sacra Bonae maribus non adeunda Deae.

Hinc P. Clodius Appij F. acer Ciceronis hoſtis, homo ſpurciſſimus, ſacra illa, dum Romae veſte muliebri in opertum Deae venit, violarat, Pompeiae Caeſaris coniugis amore captus, anno ab V. C. DCXCI. qui poſt ad plebem tranſiens in Tribunatu Ciceronem in exilium pepulit. Turrita autem ſemper ſpectatur in nummis Dea. An quia terram repraeſentat? an

Cic. de Aruſp. Reſp & 1. ad Attic. 10. & 1. Epiſt. Plut in Caeſ. & Cicerone.

Quòd primus turres vrbibus ipſa dedit?

Curru autem inuecta, quem leonum cicurum biga traheret, ſtipantibus ſacrificis Gallis, cum Curetibus, qui tympana, ac cymbala, vt & in Bacchi ſacris, pulſabant. Sed cur à leonibus tracta? Diodorus Siculus cauſſam reddit, quòd ab illis nutrita ſit. At M. Varro togatorum doctiſſimus: *Leonem*, inquit, *currui adiungunt ſolutum atque manſuetum: vt oſtendant nullum eſſe genus tam remotum, ferumque, quod ſubigi, & excoli non conueniat.* Hoc illud eſt, quod de Scientiâ poëta canit:

Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Poëtae etenim multa de hac Dea: Catullus in Aty, Ouidius, & Propertius. T. Lucretius lib.2.

Ouid. lib.4. Metam. & 4. Faſt. Prop. 3. Eleg.17.

Muralique caput ſummum cinxere corona:

Maro vero III. Aeneidos:

Et iuncti currum Dominae ſubiere leones

Rurſum lib. VI. *Qualis Berecynthia mater*
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes.

Nummos nunc Romanos inſpiciamus. En hic C. Fabij Pictoris cuſum ab Ortelio: en alterum Iuliae Piae Auguſtae, Seueri Imp. coniugis, ſedentis habitu, turrita, & ponè leo eſt, cum litteris: MATER. DEVM. Et in Fauſtinae Auguſtae inſcriptū video: MAGNAE. MATRI. At in nomiſmate M. Voltei bigae inſidet, duos leones freno regens. Dixerat Roccoxius, applauſumque ab omnibus. Tum Schottus: Ex his, inquit, Magnorum Deorum Dearumq; delirijs, hunc fructum referamus qui CHRISTO pridem in ſacro regenerationis lauacro nomen dedimus, nos ter quaterque beatos, ſi Dei modo erga nos beneficentiam grati agnoſcimus, eſſe praedicandos, qui luce Euangelica illuſtrati idôla & ſtatuas aeris, lapidis, lignorum ac fictiles Deos abdicauimus, vnum verumque adorantes Deum, & Virginem Matrem patrocinio indies in ſecundis, aduerſiſque adhibentes, Superoſque

perosque precibus vocantes, qui in aeterna illa beatitudine acquiescentes gaudio fruantur sempiterno: quò nobis cursus est, cum bono Deo, omnibus. Sic vobis, qui adestis, eueniat. *Omnes, Omnes*, acclamatum. Dein consurreximus inclinato ad vesperam die, & Torrentio Praesule salutato, manusque de more osculati inuicem inter nos fausta omnia, annique ineuntis felix auspicium apprecati, discessimus.

QVI DE NOMISMATIS SCRIPSERINT ET ICONES EXHIBVERINT

Ex Ant. Augustini Dialogo XI. & Laeuino Hulsio. Vtilissimi asterisco notantur.

IAC. SADOLETVS *Card. seu And. Fuluius*, Illustrium Imagines. *Romae* 1517.
CAESAR *Baronius Card. in Annalibus Ecclesiasticis.*
Ioan. Huttichius, Impp. Romanor. *libellum, Argentor.* 1525. *&* 1534.
& Consulum Rom. Elenchum *cum auersis aliquot an.* 1537. 1550. *Lugduni* 1551. 1554.
Wolfgangus Lazius, in REP. ROM. *Viennae* 1551. *& de rebus Graeciae lib.* II.
Iac. à Strada Mantuanus, Lugd. 1553. *Thesauri Antiquitatum Epitome:*
& Tiguri 1558. *Eiusque F. Octauius à Strada, De vitis Impp. cum nummis auersis. Francof.* 1615.
*AENEAS VICVS *Parmensis Impp.* XII. *cum auersis Icones, Venetiis* 1553.
Eiusdem Discursus Italicè 1555. *Item Augustarum Imagines* 1557.
Et Iulij Caesaris auersa, an. 1562. *Et reliquorum Impp. auersa vsq; ad L. Verum, Venetiis* 1601.
*HVBERTVS GOLTZIVS *Venlonianus, & Ciuis Rom. auspiciis Marci Laurini nobilis Brugensis edidit* IMPP. IMAGINES *fol. an.* 1557. *&* IVLIVM CAESAREM *cum Vita*, 1563. FASTOS CONSVLARES *è nummis* 1566. AVGVSTVM *Caes. cum Vita & auersis an.* 1574. SICILIAM *& Magnam Graeciam è nummis, cum descriptione accurata* 1581.
Reliqua Graecia cum Insulis apparebit propediem, curante Iac. Biaeo Antuerp.
GABR. SIMEONIS *Florent. Epitaphia & Nomismata Ital. Lugd.* 1558.
SEB. *Erizi Veneti Discursus Nomismatum. Ital. Venet.* 1559.
ABR. *Ortelius Antuerp.* Deorum Dearumque capita, *cum Notis Franc. Sueertij* 1573. *&* 1602.
Item in Theatro Orbis terrarum Nummi.
*FVLVIVS VRSINVS *Romanus Familias Roman. è Nomismatis, Romae* 1577.
Item Imagines & Elogia Viror. Illustrium & eruditorum. Romae 1570. *& Antuerp. cum Notis eruditis. Theod. Gallaeus excudit an.* 1598.
LAEVINVS *Torrentius Episc. Antuerp. in* Suetonium *Comm. Nummos adhibet Rom. Plantin.* 1591.
ANDREAS *Schottus Antuerp. edidit* Aurelium Victorem, *cum iconib. Imperator. Rom. an.* 1579.
ABRAH. GORLAEVS *Antuerp.* Dactyliothecam *siue annullorum sigilliarum Promptuarium aeri insculpt.* 1601. *Lugd. Bat.*
LAEVINVS *Hulsius, Gandensis, Impp. Rom. Nomismatum seriem, cum auersa parte Francof.* 1603.
Item XII. *Impp primorum &* LXXIIII. *parentum vxorumque effigies. Spirae* 1599.
{GVL. CHOVL *Lugduni edidit Gall. de Religione Rom. è nummis. Et De re militari & Castris in* 4.
{ANT. PISO, *al. Le poix Discursus Nomismatum Gall. Parisiis* 1579.
IOAN. SAMBVCVS *Pannonius, in fine Emblematum, apud Plantinum.*
Mar. Rotae XXIIII. *Impp. è nummis & marmoribus effigies. Venetiis* 1570. *fol.*
Thomae Treteri Canon. Romae Effigies Impp. Rom. 1590.
*ANT. AVGVSTINI *Archiepisc. Tarracon. Dialogi* XI. *Antiquitatum Rom. in nummis Hispanè, Tarracone* 1587. *Italicè, Venetiis* 1592. *aeneis: & buxeis Romae interprete Octauiano Sada, fol.* 1592. *Latinè interprete And. Schotto, an.* 1617. *fol. Antuerpiae typis H. Aertsij.*
Marquardus Freherus Augustanus de Nomismate Census 1599. *& de aliis nummis, ac de re Monetaria veterum Rom. apud Vogelinum.*
*ADOLPHVS OCCO *Impp. Nomismata à Pompeio ad Heraclium, absque figuris, apud Plantinum & auctius Augustae* 1601. *absque figuris.*
GASP. *Waserus de nummis Hebraeorum, Chaldaeorum & Syrorum. Tiguri, an.* 1605.
*IAC. *Biaei Antuerp. Impp. Rom. Nomismata aurea à Iulio Caesare vsque ad Heraclium, cum Notis* 1615. *Et* 1617. *aurea, argentea, & aerea, cum auersis partibus, & Dialogis* XII. *Ant. Augustini ab And. Schotto Latinè redditis.*
CONSTANTINVS *Landus Comes Explicationem quoque Nomismatum sine figuris dedit. Lugduni* 1560.

Omitto, qui de re Nummaria scripsere complures.

Steph. Vinandus Pighius Annalium Rom. seu Fastorum Tomis III. complures explicat nummos: typis exiit Plantinianis.

Ioan. Glandorpius Monaster. Onomasticon Romanum edidit vtiliss. de Familiis Rom. antiquis, sine figuris.

Omitto qui de re Nummaria, ac ponderibus eorum scripsere complures.

NATIONVM SERIES, QVAE HANC ORNARVNT SPARTAM.

ITALI.

Aeneas Vicus Parmensis.
And. Fuluius.
Caesar Baronius Card.
Constantinus Landus.
Fuluius Vrsinus.
Gabr. Simeon, Florent.
Iacob. Sadoletus Card.
Iac. Strada Mantuanus.
Sebast. Erizzus Venetus.
Martinus Rota.

HISPANI.

ANT. *Augustinus, Archiep. Tarracon. princeps Antiquariorum.*

GALLI.

Antonius le Poix.
Guilielmus Choul.

GERMANI.

Gasp. Waserus.
Helisens Rokleyn.
Ioan. Huttierius.
Ioan. Sambucus.
Marquardus Freherus.
Thomas Treterus Posnaniensis.
Wolfgangus Lazius.

BELGAE.

Abr. Gorlaeus Antuerp.
Abr. Ortelius Antuerp.
Adolphus Occo Frisius.
And. Schottus Antuerp.
Hubertus Goltzius, Venlonianus, C. Ro.
Iac. Biaeus Antuerp.
Laeuinus Torrentius Gandensis.
Laeuinus Hulsius Gandensis.



INDEX
RERVM VERBORVMQVE
IN DIALOGIS ANTIQVITATVM
ANT. AVGVSTINI MEMORABILIVM.

Numerus paginam; litterae ad oram positae locum designant.

A

A.A.A.F.F. *idest,* Auro, argento, aere, Flando, feriundo 4.a.& 29.a
Abacus ad numerandum aptus Fuluij Vrsini 131.c
Ab-ante, pro ante 129.b
Abrahamus Gorlaeus, de Familiis Rom. 166.d
Abr. Ortelius, Geographus Regius 168.a
Ortelij libellus de Diis Deabusq; Gentium 168.b. 171.e
eiusdem Theatrum orbis terrarum 171.e
Absides, quid 55.b
Abundantia in nomism. 26.a
Accensus Romae 133.d
Accius Nauius cotem nouacula dissecans 57.a
Ciceronis de eo locus ibid.b
P. Accoleius Lariscolus 56.b.c
Achelous flu. tauri specie, cum Hercule certat 46.b
eius cornu quid significet 17.d
Acisculi Valerij nummus cum Europa tauro insidente 35.d
Acosta, *an Rex Hisp. disputatum* 106.b.d.e
Adolphi Occonis Medici nomismata Impp. sine iconibus 166.d
Adulterini nummi antiqui 89.d
quomodo cognoscendi 6.e.7.a
Aedificia Romana 48.a
Aegis, Palladis Epitheton 66.d
Aegyptij idololatriae nimis addicti 172.e
Aegyptus, qua forma in nummis 41.d
Ai diphthongus pro ae 146.d
Ai diphth. in Aimilius, *&* Ailius *prisci scribebant* 156.d
Aius Locuteius quis Deus 176.c
M. Aimilij Dictatoris Inscriptio 156.c
Aeneas Anchisem portans, in nummis 15.a.d
Aeneas Vicus Parmensis, quae sculpserit 161.e 166.a b
Aequitas, qua forma in nummis 19.b
Aerea nomismata, aerugine splendentia 3.a
Aeris grauis nummi, qui 5.b
Aes Corinthium quale 83.c.d
Aesculapio serpens additus 75.e.76.a
Aeternitas in nummis 16.e
eius imago ibid.
Aetna mons Siciliae, hodie Mongibello 15.a
ignes euomit 174.b
L. Afranius belli dux 91.e.92.a
eius Liberta ibid.
Africa 38.a
Frumenti ferax 83.d
Afri Ammonem Iouem coluere 172.e
Africani nummi 80.a.b.c
Agila Rex, alias Aquila, 120.a
M. Agrippae & Iuliae filij, qui 95.d
eius in nummis cudendis auctoritas 99.a
& 100.d *eius nummus* 46.c
M. Agrippae corona rostrata ex nauali victoria in nummis 22.a.86.a
Agrippina, mater Caligulae 100.e
Alaricus Rex 119.c.e
Aldus minor in Orthographia saepe titulis deceptus 160.b.161.a
Notatus 154.e
Alex. Magnus Ammonis filium se iactat. 172 e
Alexandri Magni caput in nummis 72.b
Alexandrea vrbs 42.c
eius portus ibid.
quomodo scribendum ibid.d
eadem in nummis 22.c
etiam Togata *cognominata* 94.e
Alfonsus Rex Hisp. Sapientis *cognom.* 105.d
Alfonsi Regis Castellae nummus 107.b
Alicante, *quomodo Romanis dicta* 90.e
Alpheius Fl. Achaiae captus amore Arethusae fontis 84.d
Aluarus Gometius, Toleti Graecae linguae professor 10.a.103.e
Amadisij *historiae fabulosae quis auctor* 16.c
Amalaricus Rex 119.e
Amalthaea capra Iouem educat 66.d
Amarantus quis flos 74.e.75.a
Ambrosij Moralis Inscriptiones Hisp. 167.a
Amethysto lapidi quis color 75.a.b
Amicorum vocationes, & conuiuia saepe fugienda 171.e
Amphitheatrum Romae, quis inchoarit & absoluerit 48.b
quid à Theatro & Circo differat ibid.c
quid in Amphitheatro fiebat ibid.
Ancilia, in nummis 66.d.e.67.b
Ancyrana Inscriptio elegans 122.a
Andaluzia, *olim* Baetica *est dicta* 104.c
Andocides orator Graeciae, de Hermis 175.a
Andreae Fuluij Nomismatum liber, sub Leone X. 165.e
And. Schotti reditus in patriam à peregrinatione XX. *annorum* 168.a.b
Angeli Politiani error 82.a
Annius Viterbiensis Berosum, & alios supposuit auctores 124.b
ineptus 156.e
Annona in Nomism. vt cusa 27.d.e
Antiochus Epiphanes, Rex Syriae, in nūmis 69.e
Ἀνθυπελαργεῖν, *quid* 14.e

Antiquarij

Antiquarij Nomismatum collectores qua re prosint 1.d.e
saepe litterarum rudes suo damno 51.b.169.b
Antiquitatis abusus 169.a
Antistius Labeo I.C. 59.a
post insanijt ibid.b
Antonia gens ab Herculis filio deriuat originem 14.b.72.e
Ant. Augustinus *Romae sacri Palatij auditor* 2.a
Antonij Gueuarrae nugosae fabulae 160.d
in Historiis ineptus, editis Epistolis 152.c
Antonini Pij columna 52.a
Antonini Pij nummus cum aquila inter pauonem & noctuam, quid signet 62.a
Antoninus Pius, & Aurelius Verus, an fratres 128.d
M. Antoninus Philosophus 128.d
Anxur Iupiter 172.e.173.a
Apis bos, idolum Aegypti 76.a
Apollinares ludi 175.c.d
quid à saecularibus differant ibid.
Apollo Musagetes 175.a
in nummis eius forma. 175.b.c
Apollini sacra, Laurus, Gryphes, & Tripus 73.b
A. P. pro Argento publico 3.e
Apotheoseos forma, ex Herodiani lib. IIII. 52.e
Appius Claudius caecus fuit 148.a.149.e
eius Inscriptio 147.e
Hic nullos gessit magistratus 148.a
captus à Pyrrho Rege Epirotarum ibid.
negat Rom. captiuos redimendos ibid.
C. Duilij aequalis ibid.e
eius in Pandectis mentio 149.c
Aquae-ductus Romae 55.c
Formae, *cur dictae* ibid.c
qui de iis scripserint ibid.c
Aquila auium Regina 62.d
Ioui sacra 53.a
Aquila, insigne Romanae militiae 43.a
M. Aquily in Sicilia gesta 40.e
Arabia 42.d
Arabicè nummi inscripti. 10.a
Arbores, quibus diis sacrae sint versibus Phaedri, & Faerni 78.b.c
Arbores quibus Diis sacrae 63.d.71.b
Architecturae species in Amphitheatro: Dorica, Ionica, Corinthia, & Tusca, seu Composita 49.a
Arculae ligneae Nomismatum 4.b
Arcus iuxta Tarraconem inscriptus 94.a
est L. Licinij Surae 55.b
hic sub Traiano Consul III. ibid.
eius Inscriptio ibid
Arcus, qui Romae Portugalensis dictus 45.e
Arcus Triumphales tres, qui Romae spectantur 54.a
quare Triumphales dicti 55.a.b
qui sint cusi in nummis ibid.a
Arcus Triumphalis Titi Vespasiani Romae, qualis 41.c
Arena in Amphitheatro 49.c.d
Arethusae fons 84.d
piscibus abundat ibid.e
Arganthonius Rex, longaeuus 115.e
Argentea moneta quando Romae cusa 56.a.b
Argus centum oculis 64.a
in pauum à Iunone conuersus ibid.
Ariana haeresis per Gothos in Hisp. viguit 104.d
Aries, bellica machina 54.a
Arionis delphino vecti historia 64.d.e
Armenia 42.e
Armillae, manuum monilia 3.d
Armilustrium, vnde dictum 154.a
Artes quibus Diis consecratae 170.b.c
Artes quando viguerunt in Graecia 6.c
Artes aduersarios repererunt, à quibus corrumpantur 169.d
Asia, in nummis 41.a
Asinius Pollio, Ciceroni adaequare se ausus 136.d
Astrum sex radiorum in nummis Augusti 113.c 114.a
item in Augustinorum insignibus ibid.
Asyla Tiberius Aug. tollere conatus 77.c.d
Athanagildus Rex Goth. 120.a
Athanaricus Goth. Rex 119.c
Athaulphus Rex Goth. ibid.d
Athenae Palladi cur sacrae 64.b
Atilius Sarranus, Atilij Reguli F. 84.a
Auarorum ingenium quale 169.b
Auersa pars nummorum quae 12.a & deinceps.
Augurio condita Roma 39.e
Augurum auctoritas 148.c
Augusta Gemella, seu Tucci, *in Baetica* 114.b
hodie Martos ibid.
Augusta, *Vrbium cognomentum* 94.c
Augustinorum *familia, & Inscriptio* 8.a
Augustobrica, forte Agreda *Aragoniae* 110.a
Aug. *pro Augustus* 128.d
Augustus Capricornum in nummis cudit 70.c
Augusti Mausoleum 53.b.c
Augusti Templum Tarracone 12.c.d
Augusti trophaea in nummis 41.a
Augustorum tumuli vix reperiuntur 53.c.d
Aurei saeculi scriptores imitandi 153.d
item eius Orthographia ibid.
Ausonius, Gallus Poeta, quando floruit 45.d

B

Baccho edera sacra 73.b
Tigres ei dantur 72.e.&73.a
item Satyri, Sileni, Laruae, & Thyrsi ibid. 73.a.b
Baetica, hodie Andaluzia 104.c.111.a
eius conuentus quot ibid.
Baetis, fl. hodie Guadlquiuir 115.e
Bamba Rex Gothorum 112.b
Bambola in Aragonia 37.a.99.a
ruinae sunt Bilbilis ibid.
Barchinona *hodie, quae* Barcine *olim dicta* 134.b.163.a
an ab Hercule condita ibid.
Barcino vrbs, vnde dicta 126.d
Punica, Ausonio ibid.e

Fauentiae

Fauentiae cognomento 90.e
Battus Cyrenes conditor 81.e.82.a
Bee, sonus est balantium ouium 23.d.18.a
ex versu Cratini apud Eustathium ibid.
Belli calamitas 17 e
Bellona quae Dea 149.e.150.a
eius columna 65.a
de Beroso Annij Viterbiensis doctorum iudicia 161.a
Beta, *an* Vita *Graecè pronuntiandum* 23.e
Bidental, quid 57.b
Bilanx in Aequitate 19.b.c
Bilbilis 36.e
Augustae cognomento 98.d.99.a
Bilbilitanae aquae laudatae 91.b
eius nummi 98.a.b.c
Bona animi, corporis, & Fortunae Peripateticis 24.d.e
Boni Euentus, in nummo 57.d.e
Boues cum agricola in nummis, quid signent 97.b
Boum arantium iugum, Coloniarum signum 43.c
Boum, & vaccarum cornua differunt 97.c
Bracarae nummi 117.b c
Britannia Magna, hodie Anglia 85 d
M. Bruti nummus 12.b
in M. Bruti nummis effigies L. Bruti 56.c
item Ahalae ibid.
Britonum lingua 85 c.d
Buccinâ aduocabatur populus 26.d

C

C Pro G. vsurpatum 99.c
C. pro Gaio, & Ɔ. pro Gaia 127.e
centesimam interdum vsuram significat 128.a
C.V.T.T. quid significent 12.c.d,36.d
Caduceus cur Mercurio tribuatur 23.b.74.a
Caduceus, in nummis 18.a.b
Caecilia gens vnde 126.e.127.a
Q. Caecilius Metellus, Creticus, quando consul 138.d
cur dictus Creticus ibid.
C. Caecilij Metelli Inscriptio 156.b
Caeciliae Metellae sepulcrum 50.e 138.c
Caesaraugusta vrbs, an ab Augusto sic dicta 8.a
100.d. *Colonia Immunis* 91.a.129.c
Caesaraugustani nummi 97.a.129.c
Caesaraugustae quae insignia 43.c
Caesar, Punica lingua Elephas dictus 38.a
Caesar Rubiconem transijt 160 a
Falsi eius nummi 161.e.164.e
Caelij qui Rom. 132.c
Caius, & Lucius Caess. Augusti filij 95.a.d
Caligula Imp. vnde sic nuncupatus 101.a
Calagurris, colonia, an municipium 100.c
ea duplex in Hispania 99.d.e
eius cognomina 100.c
Calataiud in Aragonia, armis cudendis clara vrbs 37.a.98.b
eius insignia quae ibid.
Callimachi poetae locus 170.c
Cn. Calpurnius Piso, in Inscriptt. 139.b.c
M. Calpurnij Pisonis Inscriptio 157.c
Camertis falsae Inscriptiones 162.d
Camilli, qui Romae dicti 14.d
Campana Vilillae, in Aragonia, prodigiosè sonans 88.a.b
Canis cur in Larium nummis 174.c
Capitolini Fasti laudati 138.e
Cappadocia 43.a
Capricornum cur Augustus cuderit 70.c
signum natalis Augusti 5.c.d
Caracallae nomen vnde 101.a
Sp. Carbilius Ruga, qui primus Romae diuortit, & quando 99.c
Carcer Romae ad Capitolium 57.e
Caritatis imago 14.e
Carmona, sex leucis Hispali distans 114.a.b
Caroli Sigonij laus 98.c
Carteia, iuxta fretum Gaditanum 115.d
an Tarifa, *an* Algezira ibid.
Carthaginiensium nomismata 80.b.c
Carthago Phoenicum colonia 116.e
Romani aemula Imperij 82.d
Catanenses pij iuuenes in flamma 15.a.b.c.d
Cato loquax de rebus suis 153.e
M. Catonis de statuis Rom. apophthegma 154.d
M. Catonis Censorij breuis Inscriptio ibid.b
Catonis altera falsa Inscriptio 163.b.c.d
Cascantum, Hisp. municipium 102.b c
Caussa, duplici ss scripsit Cicero 137.d
Cayster fl. 45 e
Celsa, *Colonia, iuxta Hiberum in Hisp.* 46.c.d 47.a
eadem Hispaniae vrbs, peregrinis notata litteris 87.c.d.e.88.a.b.c.d
Celsae Epitheta 89.a
Censores, & alij purpurea Romae induti 31.a
Censorinus *gentis Marciae cognomen* 154.b
Censorius M. Cato dictus 154.c
Census Romae 153.e.154.a
Centauri quales 70.b.c
qui Centauri Romae dicantur 70.d
Centesima vsura quae verè dicenda 123.c.d.e
error hic Accursij & aliorum ibid.
Centimanus Iurisconsultus 149.c
Centuriata Comitia quae 57.c
Centuriones qui 128.b
Centurionum nota in Lapp. 127.e.128.b
Cerberus, Plutonis canis 75.e
Ceres, in nummis Graecis 87.c
Cereris currum serpentes trahebant 115.c.178.c.d
Cereri, serpentes alati, & papauer, cur attribuantur 74.b
spicae cur eidem tribuantur 74.b.83.e
Ceres Proserpinam quaerens quieuit 27.e
Ceritum tabulae, *Prouerb.* 90.b
Charybdis, & Scylla 68.e.69.a
Chemia an vtilis 1.d 169.c
eius artis fallacia & imposturae 169.d
Chimaerae forma qualis 65.d.114.c

quid significet ibid.
Chindasuindus Rex Goth. 86.b.120.d
Chinensium è charta nummi 85.b
Chori Comoediarum ac Tragoediarum 145.a.b
Hispani hac voce vsi ibid.
in Choris crassior erat vulgi sermo ibid.b
Christiani cur fulminiferi dicti 63.a
eorum legio fulminatrix appellata 62.d.e
pro Christianis de Diis gentium aduersus Gentes qui scripserunt 170.a
Christiani Imperatores lauro coronari nolebant 81.b
CHRISTVS Phoebo anteponendus à poetis 175.b
CHRISTI columna, vbi spectatur 52.b
CHRISTO quid debeamus depulsa idololatria 180.e
Cicero, cur Imp. dictus 59.d
cicero Pater Patriae à quibus dictus 153.b
supplicationes illi decretae ibid.
ciceronis aetate quae Inscriptiones positae 122.c d.136.b
ciceronianus stylus ceteris praestantior 49.b
ciconia, pietatis signum 14.e
circensibus in ludis factiones colorum 30.e.48.b
circensium ludorum forma 50.b.c.d
circus ab amphitheatro, & Theatro quid differt 48.b
circus Caracallae 50.d.53.e
circus Maximus à P. Ligorio depictus 51.b
C.I.V. Colonia Iulia Victrix 93.c
ciuica corona 22.b
clementia in nummis 19.d
ea Reges decet ibid.
clunia Hispaniae vulgo Cruña, vel Coruña Comitis 109.a.b
Clypeus Herculis, an Hesiodi poema 72.a
eius clypei in Pandectis mentio ibid.a.b
coepit cum oe à coepio, & cepit à capio 149.b
coliseum Romae 48.b
coloniae, boum iugo in nummis signabantur 82.c
coloniae XII. Hisp. quae 91.a.b
colonia, & Municipium quid differant 90.a
colonia patricia 112.b
colonia Romulea, vel Romulensis 113.c
coloniae Romanis ne ciuibus constaret, an Latinis 89.a
coloniae quomodo fiebant 97.d
earum Magistratus ibid
colossus Soli dedicatus qua forma 48.c.d. 49.a
eius fragmenta Romae ibid.e.49.a
ad Colossenses B. Pauli Epistola ibid.
columbarum genius 70.e
Columna Antonini Pij 52.a
Traiani Caesaris 51.d.e
Rostrata C. Duilij 52.a
& Augusti rostrata 52.c
christi columna 52.b
quàm alta & vbi visitur ibid.
columna Bellonae 65.a
columna Traiani, ab Alphonso Ciacconio Romae edita 51.d
columnarum familia, Romae 52.b
comitiorum Romae triplex genus 57.c
comitia Centuriata vbi habita 148.d
commodus Imp. Herculem se ostentabat 72.b.c
comoediae Trabeatae, quales 67.d
compitales Dij vbi colendi 171.c
concordia in nummis 17.a
& vnde dicta ibid.c
congiarij militaris, signum 26.c
congium, mensura ibid.c.d
CONOB. quid in nummis significet 106.d
consilia Toletana plurima 105.d
consecratio, in nummis 52.d
in Constantini nummo Crucis signum 8.c
constantia in nummis 19.e
quàm deceat Iudices & milites 20.a
filia Constantini hoc nomine ibid.
constant. Landus Comes 166.e
constantinopolis quando condita 22.e
constantini arcus 54.a.d.e
COS. olim sine N. scriptum 151.a
consul iterum, non secundo 100.a
consul tertium, non tertio ibid.b
consules interdum abdicare cur coacti 148.d
conuentus Hispaniae sub Augusto 90.d
septem Plinius numerat ibid.
corcyreorum in nummis delphinus 65.a
corduba Baeticae 111.c
Patricia cognomento ibid.& 112.d
corinthium aes 83.c.d
corinthia Architecturae forma 49.a.b
corinthiorum nummi cum Pegaso Persei equo 65 d.e. 84.b
C. cornelius Caeso in Inscript. Porcunae 115.b
cornelius Nepos Ciceronis familiaris 136.c
P. corn. Scipionis Afric. titulus 155.a
alter ibid.c.d
ex Aemilia gente in Corneliam adoptione transijt 155.b
ante tempus legitimum cos. creatus ibid.d
L. corn. Sullae Inscript. 140.a.b
corniola metis insculpta 50.b
cornucopia, vbertatem denotat in nummis 17.b 43.d
cur spicae, & vomer in eo spectetur 17.d.e
coronarum varia genera 22.b.81.c
corona Regum hodie 81.a.b
Coruña, alia Galaeciae, alia Comitis, quae Clunia est 109.a
consules anni DC.LXXXI. 156.c
Cos. interdum pro consulibus 128.d.e
post geminatae litterae sunt ibid.
consulum anni DCIV Inscriptio 145.b.c
consulum nomina rarius in nummis 99.a
cossetani, qui in Hisp. populi 96.e
Costa M. Bruti legatus 107.a
M. crassus cognom. Diues 139.a
cretenses cur mendaces habiti 172.e
crocodilus in nummis Nemausi 86.a

in quibus praeterea nummis 42.a
cui similis ibid.b
vbi reperiatur ibid.& 44.a
Crocodili hostis Ichneumon 44.e
Crotalus quod instrumentum 27.c
Crux, in nummis frequens 106.b
Crux adorata 112.b
Crucis salutare signum sub Constantino 54.d
Cuniculi in Hispania frequentes 37.c
Cunthanundus Rex Vandalorum tertius 85.a
eum Belisarius Dux regno expulit ibid.
Curetes, vnde Cretenses dicti 115.b
Curia quid 57.c.d
Curiata Comitia ibid.c
Curiata lex quae 152.e
C.V.T.T. Colonia vetus Togata Tarraco 93.c
94.b.95.a.b.96.a.b
Cybele Dea 51.a.76.c
mater Deûm 22.c.180.b
Terrae Dea habita 174.e
Pinus ei sacra 76.c.78.d
Leone inuectae crotalum tribuunt 27.c
statuas eius in Almone fl. lauabant ibid.c.d
Cynocephalus Aegypti idolum 41.e
Cyrene, colonia Africae, à Batto condita 61.a
81.e
Cyriacus Anconitanus falsas Inscriptiones edidit 124.b.163.a

D

D *Pro T. saepe in marmoribus positum* 129.a
& 132.b
D. pro Decimus in praenominibus, nõ Decius 131.e
132.a
Dacia 40.c
Daedalus, summus artifex 69.c
filius eius Icarus ibid.
Danubius 45.d
eius fontes ibid.
Decemuiri agrarij 140.a
Decuriones qui in Prouinciis 89.b.128.b
Deianira Herculis vxor 72.c
Deico *pro Dico negat dicendum Terentianus* 146.b.c
Delphinus Neptuno sacer 64.c.d.e
in Neptuni nummis 173.d.e
in nummis Tarentinis 64.e
in nummis Corcyreorum 65.a
est hominis amans 64.e
Delphinus, & spica in nummis, pro terra & mari 99.d
Deorum cognomina qui collegerunt 170.b
Denarij nota -X- 4.d
Denarij pretium 132.a.b
quot Denarij scutatum efficiant 165.c
Denarius aliquando sedecim assibus aestimatus ex Tacito 4.d.e
Denarius, quo Christus à Iuda proditus 11.a.b
Deûm mater Cybele 180.b
vnde dicta ibid.
Deuotus Numini Maiestatiq; eius; *in Inscriptionibus* 77.b
Deus rerum agendarum principium 172.c.d
Diadema Regium quid 81.a
cuius coloris ibid.b
Diadema est fascia in nummis 57.d
Dialecti variae Graecae ling. 49.b
Diana 76.d.e
eius forma mammis plena ibid.& 77.a
180.a
Diana venationis Dea 179.b
canis & cerui ei sacri ibid.
eius currum cerui trahunt ibid.
Segestana dicta à M. Tullio ibid.
Diana Ephesia quae 77.a.179.b
eius Epitheton παρθένος ibid.
eius templum cur incenderit Herostratus ibid.
partus habita praeses quare ibid.e
Diana cur Mammosa 77.a.180.a
Dianij an Inscriptio exstet 163.b.e
Dictator, qualis Magistratus 148.b.152.d
Didonis in nummis imago 83.a
Digamma Aeolicum qua forma 28.b
Dij elementorum praesides qui 174.b
Dij Maiorum gentium & Minorum 172.a
duodecim ab Ennio enumerantur ibid.
Diui F. *in nummis quid* 88.e
Diuos, pro Diuus, ne litteras geminarent Comici ponunt 147.a
Dominica Palmarum 30.c
Diis quae animalia attribuantur 61.b.c.62.a.b
Diuus Fidius cur dictus Iupiter, disputatum 137.b
Domitiani Caesaris XIIII. *Consulatu septimi Saeculares facti ludi* 175.d
Drachma Graecorum 5.e
eius valor 132.a.b
Druidae Galli sacerdotes, Graecis vsi litteris 85.c
C. Duilius Appij Caeci aequalis 148.e
an Bellius vocandus 150.a
eius columna rostrata 52.a
Duodecim Dij Maiorum Minorumque gentium ex Ennio 172.a
Duplex Ciceroni patria 90.c
Duplex olim Hispanica lingua 86.e
Graecâ etiam vsi Hispani ibid.
Duumuiri in Coloniis 89.a
quomodo scribantur in nummis 126.e
Duumuirorum Magistratus in Coloniis, vt Romae Consulum 129.d
Duumuirorum nomina, in ablatiuo casu 100.c
rarius in nominatiuo 103.b

E

E *Bora Lusitaniae* 118.c
cognomento Liberalitas Iulia 117.d
eius nummi ibid.b
Echo extra Romam 50.e
Edera, Baccho sacra 73.b
Egica, non Egisa 120.e
Gothorum Rex 86.c.105.e.117.c
in nummis Egica 106.a
I. *longa Ciceronis aeuo* 137.c.142.d

 Ei *pro*

Ei pro I. longa Ciceronis aeuo 137.c.142.d
Eidus, pro Idus in nummis 5.c.132.d
Εἰρήνη, Pax, in nummis Graecorum 18.a
cur alata ibid.b
Elagabalus, in nummis, vnde dictus 101.a
Electrum quid 83.c
Ἐλευθέρια festa quae 33.c.d
Elephantus quando in Italia primum visus 38.a.b
eius admiranda 70.c
serpentes è terra eruit ac necat 38.b
vide & Ibis.
longaeuus est 16.a
Elicius Iupiter 173.c
Eluira, iuxta Granatam 114.e
Emerita, Lusitaniae oppidum 103.d
Emerita Augusta 117.e & 118.a
Emporiae nummi cum Pegaso 65.e.66.a
Emporitanus nummus 86.e.87.a.c.d
Emptus, an sine P. scribendum, & similia contra Lambinum 153.d.e
Emptionum formula vetus cum raudusculo 143.d
Ennij Epitaphium 144.a
Ensis sine cuspide, Hispanicum telum 37.b
Vide Parazonium.
Entelechia in animae definitione 182.b.c
Ephesus portus 41.b Vide Diana Ephesia.
Epitaphia quae 121.e
Epitaphia doctorum 144.a
Epitaphium honestae matronae 146.a.b
Epitaphium prodigiosum, confictum 164.b
Epitheta Regum in nummis varia 105.a
Equi Mauretaniae 38.d
Equi caput in nūmis Carthaginis quid 82.e.83.a.b
cum femina, an Didone 84.a
Equitum census quantus 112.a
Equus Neptuno sacer 64.b
Ergauica, quod opidum Hisp. 99.b
Eruigius, non Eringius Rex 120.d
Rex fuit Goth. 86.c.105.d.112.d.113.e.118.b
Eryxias an Platonis dialogus 85.a
Esth Hebraeis ignem significat 177.c
Eua, quo fructu decepta in paradiso, disputatum 71.d
Euboea 35.e
Eucharis, quid 143.d
Eucharis, Mimae libertae Inscriptio 142.e.143.a
Euricus Rex 119.d
Euphrates & Tigris, fluuij Mesopotamiae 45.c
Europa Virgo tauro inuecta 35.d
Euthymius Strabo L.F 35.d
Exedra quid 141.c
Exercitus iter quomodo impediebatur 153.a
prodigiis & auguriis, & vi Legis Curiatae ibid.

F

F In nummis pro filio, non fratre 86.a
Fabianus fornix, apud Cic. 55.b
Q. Fabij Maximi Inscriptio elegantißima 150.b
eius cognomina ibid.e
Fabij, Patricij Rom. fuerunt 151.a
ab Hercule genus deriuant ibid.
Q. Fabius, Ennij versibus laudatus & à Virg. 151.c
Factiones Circensium ludorum 3.e.48.b.c
Falcidia Lex 123.e.124.a
Familia, & Gens, quid differant 55.e
Fannia C. Marium profugum curcollegit 173.e & 174.a
Fasti Capitolini, insigne Antiquitatis monumentum 139.e
Fecunditas 31.c.d
Felicitas, in nummis 23.a.b.c
Femina, non cum diphth. scribendum 146.e
Feminae caput velare iubentur in templo 14.c
Feminae patris nomine contentae 138.d
& praenomine carebant ibid.d.e
Feminae quo colore vestiebantur 31.a
in luctu candida induebantur ibid.
Fenestella, quis 79.b
non est auctor libri de Magistratibus ibid.
Feretrius & Elicius Iupiter, cur 173.c
Feronia Iuno 176.b.c Vide IVNO
Festina lente, in Augusti & Vespasiani nummis, cum Anchora & delphino 12.e
Fides, in nummis 16.d
Filiae plures quomodo Romae appellatae 139.a
Flamen Caesari datus 157.b
Flamines Iulij Caesaris 130.a
Flamen Lanuuij 130.a
Flamen Romae Dialis, Martialis, Quirinalis 140.a
Flamen vrbis Romae 129.e
quis Varroni 130.a
Flamines coloniarum ibid.
Cn. Flauius, an Appij Claudij libertus 149.d
M. Flauius Festus Duumuir 89.c
Florum hodie nimis stultum studium 169.c
Fluuij vt pingi soliti 43.d
Cornua etiam appingebantur 45.d.46.b
Formae, in Iure aquae-ductus appellantur 55.c
Fornices in C. Censorini nummo ibid.d
an à Marcia oriundus gente ibid.d
Fornix Fabianus Cic. ibid.b
Fortuna Populi Rom. 25.a
Fortuna, in nummis 24.b.c
eius forma apud Lactantium ibid.c
an vitam regat mortalium ibid.d.& 25.a
Redux ibid.c.d
turrita, quae ibid.a
eius rota, qualis ibid.b
Forum Traiani 51.d
Fostlus, qui Faustulus, pastor 39.e
Fridigernus 119.c
Fulmen Ioui sacrum 62.d
tres eius proprietates 63.a
Fulminatrix legio Christianorum ex Dione & Xiphilino 62.d.e
Fuluij Vrsini Familiae Rom. cum iconibus 166.d
Fusij post Furij dicti. 147.e

G

G Quando Romani vti coeperunt 99.b
G.T.A. quid significent 38.d

Gabrielis

Gabrielis Simeonis Epitaphiorum ac Nomismatum Illustratio 166.e
Gades, hodie Calis 116.d.e
Gadir pro Gadibus 116.e.117.a
de ea peninsula Plato & Strabo 117.a.b
Gaditani equites Strabonis aetate ibid.b
Galea, symbolum virtutis 102.d
Gallia 37.d
Galliae Nomismata 80.a.85.b.c
Galli sacerdotes Cybelae 76.c
Gallus Marti sacer 73.e
Genetrix, à Geno, pro Gigno 113.d
Gens, & familia, quid differant 55.e
Gentium in Diis colendis, & fabricandis amentia perridicula 174.b
Gentium nomina in Ius exeunt 55.e
Germania in Nomism. 40.a
Geryonis armenta 115.e
Gesaleicus 119.e
alias Gesalarius ibid.
Guil. Choul Lugdunens. 166.b
Gladiatores, gladiis pugnabant 132.c
Glandes, seu Iuglandes Iouis 63.d.71.c
Gorgon, in Palladis scuto 65.a.66.b
Gortyniorum in Creta nummi, cum tauro Europam vehente 35.d
Graccuris municipium Hisp. 110.a
hodie vel Grajal, vel Agreda ib.
prius Illurci dicta 110.b
Graeca Nomismata vt explicanda 77.b.c
Graeci nummi gentium variarum 5.e
Graecae linguae Dialecti quatuor 49.b
Dorica, Ionica, Aeolica, & Attica ibid.
Graeci armis legibusque floruerunt ante Romanos 171.a.172.c
Graminea corona 22.b
Gryphes in nummis 68.d.69.a
Gryphes cur Apollini tribuantur 73.d
Gundemarus Rex 120.b

H

HAdriani Caesaris moles Romae 52.c
eiusdem pons ibid.
Hadriani Imp. de Municipiis iudicium 90.b.c
Hannibal per H scrib. 151.b
Hannibalis fictus nummus 162.a.b
Harpocrates, silentij Deus 41.e
Harpyiae, in nummis 68.b
Hebe Herculis coniux 30.d
Heraclij & Constantini nummi 106.b.c
Hercules alter: de Theseo prouerbium 72.d
Herculi populus arbor sacra 71.c
Herculis claua ac pellis 71.c.72.a
Herculis XII. labores 72.d
Hermathenae, statuae Palladis & Mercurij iunctae 174.e
S. Hermenegildus Martyr 104.a
Leouigildi Ariani filius ibid.
an verus eius nummus est ab Ambr. Morali allatus 104.b.d
Hermeracles statuae Herculis, cum Mercurio 174.e
Hermiae in biuiis, triuiis 174.e
capite eas truncasse, capital Athenis ibid 175.a
Hermolai Barbari vera sententia de Centesima vsura 123.c
Herostratus Dianae templum incendit 170.d
Hesperia, de Italia & Hispania dicitur 36.c
Hesperidum horti & Atlantici 117.b
Hiberia potius, quam Iberia scribendum 36.a
Hiberus, Hispaniae fluuius in nummis 36.a.b 119.a.b
Hieroglyphica in nummis 13.a.53.e
qui de iis scripserint ibid.
Hierosolymitani templi spolia, Romae 41.c
Hierusalem in nummis 11.c
Hilaritas vt sculpta 30.c
Hippocentauri quales 70.b.c
Hippodromus 50.d.53.e
Hippopotamus, Nili animal 44.a
eius forma ibid.b
Hispalis, hodie Seuilla 113.d
Hispania, olim Spania, vt hodie, & à Graecis 105.c
an à Pane Deo ibid.
eius dioeceseon diuisio ibid.d
Hispania prouincia in nummis 36.a.b.d
Bellicosa semper habita 36.d
Hispaniae ficta ab Annio antiquitas 161.a.c
Hispani Imperatores tres qui 8.b
Hispaniae Latij ius contulit Vespasianus 129.c
Hispanici nummi 80.a
Historici saeculi aurei Rom. 136.c.d
Hoc signo victor eris: in Cruce lectum Constantini 8.c
Homerus an Melesigenes 46.b
Honesta missio à militia 128.d
Honor, & Virtus 39.b
quomodo pictus Honor 32.b.c.d
Horae Italicae 4.e
Hostia quid 46.e
Huberti Goltzij volumina IV. Nomismatum 166.c
eius Sicilia 87.a
Hypnerotomachiae auctor Italus 164.a

I

IAc. Stradae Epitome Thesauri Antiquitatum 166.a
Iac. Trezzius, artifex nummorum 118.d.e
Ianus bifrons in nummis 5.b
Ianus cusus in nummis 65.b
quoties clausus Romae ibid.
Ianus in arcu Portugalensi Ro. 55.a
Ad Ianum, quid 56.e
Ibis Aegypti auis 42.a
terra serpentes eruit 42.a Vide in Elephas Clysteris vsum prima docuit. Plin. ibid.
Ichneumon Crocodilum quomodo penetrat 44.e
arrodit & necat ibid.e
I.D.N. pro, In Dei nomine 104.a.b.c
Idola, nec maris, nec feminae form a 76.a.77.a
IESVS CHRISTVS in nummis 9.a.b
Ilerda melius quàm Illerda 134.b

Ilerdensis Hispaniae nummi, quae urbs vulgo Lerida 89.c.91.d
Iliberis, hodie Granatae regnum 114.d.e
Illice, quae hodie Alicante, portus est 102.e.103.a
Immunis cognomento 129.c
Imagines illustrium virorum delectant 7.b
Immunes, quae Hispaniae vrbes 129.c
Immunes fuisse Barcinonenses ibid.
Imp. in nummis, cum numeris 59.e
Imperator quis in exercitu nominatus 141.a.157.a
Imperator quis Rom. appellatus 140.e.141.a
Imperator Romae ante Caesares 14.e.141.a.152.a
Imperatores Hispani tres, qui 8.b
Impp. sua imagine notasse monetam 5.d.e
Impp. qui improbi, & Tyranni 7.c
In-ante pro Ante 129.b
In Dei nomine variè in nummis 112.b.c
Indorum moneta qualis 85.b
Indulgentia 27.b
Infulae reis in Hisp. impositae 110.c
Insania quorundam in nummis Rom. colligendis 169.b
Inscriptiones saeculum ostendunt suum 137.a
Inscriptio Barcinonensis ad S. Iusti. 122.a
eius vtilitas 123.c.124.c.d
Inscriptio falsa 159.b.160.c.d.& deinceps.
Inscriptiones pegmatum in Principum inauguratione 123.b
Inscriptiones quibus affigi solent 122.b
Inscriptionum scriptores 166.e
Inscriptionum vtilitas 121.a.b.c.122.c.123.a
quae propriè dicendae 122.a.b
Insignia huius aeui nobilium 43.b
Interrex Romae quis 148.b
Interregnum, etiam sub Consulibus 148.c
Ioan. Annij Viterb. in patriae antiquitate confingenda fraus 160.d
Ioannes Baptista Peresius Catalogum Regum Gothorum confecit 118.e
Episcopus Segorbiensis fuit 115.c
Ioan. Huttichij Nomismatum liber 166.a
Ioan. Sambuci Nummi cum Emblematis ibid.e
Ioan. Tritemij Polygraphia 167.c.d
Iocundus Veronensis, Antiquarius 162.e
Io in vaccam conuersa 63.e
Io triumphe, Io Paean, Io Bacche, quando acclamatum 3.c
Iouiani Pontani ficta Venditionis Formula 161.a
Irene, coniux Leonis Imp. CP. 18.b
Isis Dea, & Berecynthia quae 76.d
Isocratis locus de Diis receptis colendis 171.b
ITALIA 39.a
Italica, pro cognomento 98.b
Vrbs etiam in Baetica ibid.c.113.b.c
patria Traiani & Hadriani Impp. ibid.
Italicum ius 98.c
Iterati interdum Magistratus 149.a.b
Itinerarium Antonini Aug. à Surita editum 37.b
Iubae Regis Mauritaniae nummus 80.c
de eo plura ex Plinio 81.a
Iubilaeum vnde 3.c
Iudaea 41.c
Iudae nummus, quo Christum vendidit 11.a.b
Iudex Quaestionum quis 140.d.e
Iudices sedere soliti 19.a.c
Iulia, Tarraconis etiam Epitheton 100.c
Iulianus Apostata Mercurium quadratum noctu adorabat 175.a
eius in Christianos saeuitia ibid.
C. Iulius Caesar Strabo 139.d
hic de Iocis disputat lib. II. de Orat. Cic. ibid.e
Iulij Scaligeri error 144.e
Iuno, aëris Dea 174.b
Iunonis caput cum pelle caprina Lanuuij 72.c.d
mala ei Persica attributa 71.c.d
& pauo sacra 53.a.b
Iuno Feronia 176.b.c
Iuno Moneta 28.e.176.c
à monendo Ciceroni 173.c
Iuno Martialis forte Maritalis 176.d
Iuno Regina, quae 175.e.176.a
Iuno Sospita Lanuuij culta 29.d.176.a
Iupiter, quasi iuuans pater 176.c
Iupiter Opt. Max. 172.e
in nummis qua forma ibid.
Ammon cur dictus in Africa ibid.
hic arietinis cornibus 82.a
Ioui aquila, fulmen, & quercus sacrata 62.c.71.c
à Ioue veteres auspicari soliti 172.c.d
Iouem Veiouem, cur dixerint vett. 173.a
cum Vulcano in nummis L. Caestij 174.c
Iupiter Ammon, arietinis cornibus 82.a
Anxur 172.e.173.a
an Axurus potius dicendus ibid.
caeli Deus habitus 174.b
Fulminator dictus 173.b
Triumphator & Victor in nummis ibid.e
Conseruator & custos ibid.
Cur stator dictus 173.b
à sistendo verius, quam à stando ibid.
eius rei è Liuio exempla ibid.
Ius Latij in Coloniis aut municipiis 129.b.c
Ius trium liberorum 31.d
Iustiniani Imp. cognomina 105.a
Iustitia, in nummis 19.a
à Chrysippo quomodo depicta ibid.
Regum propria ibid.
Iuuentas, Dea iuuentutis 30.d

K

KAKKABH Punicum vocabulum Stephano, & Eustathio 82.e.83.e

L

L Pro libra 5.a
Labarum, qua forma signum 8.d.e.9.a.14.a
Labirynthus 69.c.d.e
Labirynthus Cretae in nummis 35.e
Lacones 300 duce Leonida ad Thermopylas caesi 143.e
Ladini, qui ab Hispanis nominentur 94.e
Laetitia, virgo floribus coronata 30.a
Laeuini Torrentij laus, à poëtica 175.a

Lapides

Lapides, miliarium olim indices 25.d.e
Lares cur Praestites dicti 174.c
eorum signa Romae sub Augusto dedicata 174.d
Lares in foco colebantur 171.c
Lariscoli in nummis 56.b.c
Laserpicium, Africae herbas 6.a.b.82.a
Latini veteres in Hisp. qui 91.c
Latina vetus Hispanorum lingua 94.e
Latus clauus *quis in Senatorum tunica* 75.d
Latus clauus, & toga picta, quid 32.b.c
Laurea corona quae & triumphalis 22.b
praemij loco data 20.e.21.a
Lauri quis olim vsus 19.e
L.D.D.D. Locus datus decreto Decurionum 136.a
Legatus quis 118.a
Legionensis regni nummus 107.a
Regum quoque sedes ibid.
Legionum signa 43.a
earum numerus ibid.
Legiones XXXIII. *Romae in Capitolio* 128.c
Leo Nemeaeus 72.c
Leones cum Virginis capite, Romae 44.d
Cybelae currum trahebant 76.c
prae foribus olim positi 44.c.d
Leouigildus Rex 120.b
Leouigildus, frater Liuuae Regis 103.e.104.a
Leptis coloniae *nummi* 82.b.c
Letum, *pro morte, poëtice* 145.e
Lex quibus comitiis *ferri solita* 58.d
Lex curiata 152.e
in exercitu mouendo 153.a
Lex de priuatis sacris non admittendis 171.a.b
è Ciceronis *Legibus, de peregrinis Diis non admittendis* ibid.a
Leges Gothorum Latine editae 105.b.c
Lex Regia quae in Iure 59
eius verba vbi legantur ibid.
Legis Seruiliae auctor quis 156.a
Liberalitas qua forma pingebatur 26.b.c
Libertas, in nummis 33.a
Libertas, ac pulpitum, cur in Palicani nummis 58.a.b.d.e
Libertatis festa, & templum 33.c.d
Libertini qui 140.b
Librarij & Lapicidae saepe peccant 176.d
Libri vetitae Religionis sub Augusto exusti 171.c
L. Licinius Sura in marmore 94.a.b
Ligures, qui hodie Genuenses 151.b
Liparenses peste cur conflictati 174.b
Litterae & Notae, quid differant 167.c
Litterae peregrinae in nummis Hisp. 115.c.116.d.e
Liubae duo eius nominis Reges Toleti 103.e.104.a
Liuia Augusta, Iuliae nomen quãdo sumpsit Aug. iussu 113.c.d
Liuua 120.a
Liuua, vulgo Liuba, *Rex Gothorum Toleti* 103.e 104.a
eius frater Leouigildus ibid.
Liuua II. *Rex Gothor.* 120.b
Luciani verae Narrationes fabulosae sunt 161.d
Lucius & Caius, Augusti f. 95.a.d. *Vide Agrippa*
Ludos Romae Aediles curabant 179.a
Ludi Apollinares 175.c.d
quid à saecularibus differant ibid.
quibus diebus celebrati ibid.
Ludi Gallici Medicus, quis 141.d
Ludi Saeculares qui 175.d
qui de eorum origine scripserint 175.d
ab Apollinaribus quid differant ibid.
Ludorum Graeciae quae pompa 21.c.d
Lud. Ponzius de Magnitudine Tarracon. 167.b
Luna à Sole lumen mutuatur 70.a
Lupa, Romulum & Remum lactans 39.c.43.e
Lupae, scorta dictae 39.e
Luperci Romae vt vagati 72.d
Lusitanici nummi 117.b
Lustrum Romae quid 153.e.154.a
Q. Lutatius Catulus in Capitolio Romae 140.b.c
Lysimachi nummi cum cornibus arietinis 82.a

M

M vel MV. pro municipio 110.a
M. S. id est Monumentum statuerunt 156.a
Mac. Macellum *an significet* 59.e.60.a
Maeander fl. 46.a
Mag. *an Magna domus Aug.* 59.e
Magnorum Deorum, Dearumque deliria 180.e.181.a
Magna Dea Cybele 180.b
Magister equitum qualis 152.b.d
Magistratus Coloniarum 97.d
Magistratus iidem, extra Consulatum, aliquando repetiti 149.a.b
Maiorum Religioni acquiescendum, è sacris litteris 171.c
Mala Cotonea Herculi tributa 71.d
Maluae quo colore 75.a
Malum Punicum, cur Cereri tributum 74.c.d
Manubiae, quid 157.b
Manus implicatae in nummis 13.b.16.e
Fidei symbolum est, & Concordiae 17.a.57.d
Manumissionis gestus 33.c
Manutiorum Orthographia cum Inscriptionibus Rom. qualis 122.c
Mappa quid, in Circo 51.a
M. Marcellus non Patricius sed Plebeius fuit 111.d.e
Marcia gens 55.e.56.a
quae eius Familiae 56.a
Cur Marciam aquam signarit ibid.
Marini homines visi in Belgico Oceano 70.c
C. Marius Arpinas Neptunum in nummis qua forma cuderit 173.d
à mari Marius dictus videtur ibid.
C. Marij Arpinatis Inscriptio 141.e.142.a.b
C. Marius bello ciuili à Sullanis Vrbe pulsus 173.e
in Africa ad Carthaginis ruinas cum fortuna expostulat 173.e
in C. Mario rerum humanarum vicissitudo ibid.
Martialis patria quae 36.e.37.a.98.d
Mars bellorum Deus 172.b

Romani

Romani auctor Imperij ibid.
Romuli parens ibid.
cur Thurius à poëtis dictus ibid.
Marspiter cur Mars dictus ibid.
Massilia, Phocaeensium colonia 85.e
Massiliae nummi Graecè inscripti ibid.c
Mater Deûm Cybele 180.b
eius varia cognomina ibid.
Mauretania in nummis 38.d
Mausoleum Augusti 53.b.c.d
Medalliae, vnde dictae 2.b
Medusae caput in quibus nummis 66.b
Meles fl. 46.b
Memmia Gens plebeia fuit 178.d
C. Memmius quis fuerit 178.d
C. Memmius Aedilis pl. an Curulis Romae 179.a
Mentesa opp. 110.e
an hodie Iaen 111.a
Mercurius, in nummis 16.c.d
Mercurius cum petaso & alis 174 d
Interpres Deum ibid.
Mercatorum ac furum Deus 174.d
Vnde dictus 174.e
Virga illi in manibus cur ibid.
& talaria in pedibus 174.e
Mercurius cum caduceo 23.b.74.a
cur Argicida dictus 64.a
Mercurius cur Nomius dictus 174.e
eius statuae in biuiis aut triuiis ibid.
Mercurius Trismegistus, qua forma pictus 41.e
Mesopotamia 43.c
Metae Obeliscus in nummis 50.a.b
Metallorum triplex genus, aurum, argentum, aes 3.e.
Q. Metellus Macedonicus qualis 58.e
Q. Metellus Scipio Pius, in Africa perijt 38.a.c
∞ Mille designat 130.e
Milo Lanuuinus Dictator 176.c
Mineruae statua à Phidia Athenis sculpta 67.d
Mineruae arma, Gorgon, seu Medusa 65.a
Mineruae olea sacra, & noctua 64.b
Tritonia cur dicta 66.a
Minerua scientiarum Dea habita 177.e
è Iouis cerebro nata ibid.
eius caput in nummis quomodo sculptum ibid.
Minerua victrix 178.a
quasi Meminerua dicta concisè ibid.
oleae inuentrix ibid.
cur Pacifera ibid.
Minotaurus in nummis Neapolitanis 68.c.69.b.c
filius Minois 70.a.b
Ti. Minucij Augurini columna in nummis 52.c
Missilia principum Rom. 3.b.c
Mitrae seu diademata & infulae, in tauris immolandis 100.b
Moderatio, in nummis 19.d
Moneta 28.e
qua forma depicta 29.a
Moneta Iuno, an à monendo dicta 18.e.176.a.b.c
Vide Iuno
eius templum 29.a
Monetales Treuiri seu Trium-viri 3.e.29.a
Mutius & Minutius an per C. scribenda 151.d
L. Munatij Planci Inscriptio 156.d.e
Munatius per T. scribendum ibid.e
Municipes qui 90.b
Municipium quid in Iure 90.a
Municipia Hisp. XIII. 91.b
Munificentia, quomodo picta 27.a
Muralis corona 22.c
Musae nouem 68.c.d
Myrtus, herba Veneri sacra 70.e
hinc Myrtia Venus 71.a

N

Narbo Martius Galliae 86.b
male vulgo Narbona ibid.
Narbonensis Gallia cur Gothica dicta 86.b
Narrationes fabulosas qui explanarunt 170 b
Nautiae familiae Origo 31.e
Nautes, à quo Nautia gens 31.e.32.a
Nauium nomina, ab imagine, vt Pegasi 65.c.d
Nauis prora, in nummis 5.b
Neapolit. nummi cum equo 19.c d
Nemausus, hodie Nimes 85.e.86.a
Nemesis imago 76.c
Neptunus maris potens, & aquae Deus 173.c.174.b
Neptunus cum tridente, in nummis 115.d
Neptunus Iouis frater 173.c
à nubendo nomen deriuant ibid.
cum tridente ac delphino in nummis ibid.d
Neptuno Delphinus sacer 64.c.d.e.173.d
item equus sacer 64.b
cur pinus ei eiusque pomum datur 78.d
Nero vel Augustus Columnae insistens 46.e
Nero Apostolos 2. primos sustulit, Petrum & Paulum 7.e
Nero citharoedus 5.d
Νεωκόρων quid in nummis 77.b
Nicol. Roccox laus 171.d
Nili fl. Romae imago in Vaticano 43.e.44.a.b
Nili incrementa pueris olim designata 44.b.c
eius fontes vbi 45.a
Nobiles qui Romae dicti 111.e
Nobilitas 31.e
Noctua in Atheniensium nummis 6.a
& in Mineruae nummis 65.c
Noctuae oculi caesij Palladi à poëtis attributi ibid.b
Νόμισμα Lat. Nomisma 2.b.d
Nomismata peregrina 10.a
Nomismata qui ficta euulgarint 161.a.b.c
Notae & Litterae, quid differant 167.c
Numeri Romani à mille vsque ad centies mille Romano more scripti 131.a.b.c
Nummus in Euangelio, Caesaris signo 5.d
Nummi adulterini cusi 159.a.161.e.162.a
Nummi bilingui titulo Celsae, Ilerdae, & Saetabis 103.c
Nummi è corio 85.b
Nummi è lapidibus, & ferro ibid.
Nummi inscripti Arabicè 10.a
Nummi falsi nullius vsus 159.a
in Nummis quae potissimum cudi solent 56.b

Nummorum fictorum artifices Romae qui 118.d
Nummi Romae an loco monetae quondam 166.b
Nummi Rom. an pro Moneta 2.c.d.3.b.5.b.166.b
ex Iuris-consultorum sententia 2.c.d
Nummi sub Iustiniano in artificio degeneres 6.c

O

OB CIVIS SERVATOS *in Augusti nummis* 132.d
Obeliscus in via Populi 53.d
Obeliscus Caracallae fractus 50.d.e.51.a.53.e
Obsidionalis corona 22.b
Curita dicta ibid.
Obulco & Porcuna, an eadem oppida 115.a
Pontificia cognomento ibid.
C. Octauij, Patris Augusti Caesaris, Inscrip. 140.c.e
Olea, pacis poscendae signum 17.d
eadem Mineruae sacra ibid.
Oleae cur Nigri *Epitheton detur* 78.e
Olympionicae qua pompa domum ferebantur 85.a
Omega, & Omicron Graecorum 87.b
Ὁμόνοια, *pro Concordia* 17.c
Onocephalus, qualis 41.e
Optati *qui cognomen tulerint* 127.d
Oracula Apollinis, nato Christo, cessarunt 73.c.d
Oratores saeculi aurei Rom. 136.c.d
Oratores stantes dicebant 19.a
Orbis terrarum Prouinciae 35.c.d
Orthographia vetus in antiquis Inscriptionibus 137.a.b
Oscae ciuitatis nummi 101.c
eius laus è Plutarcho ibid.d.e.
& ex aliis 102.a.b
Oscense aurum & argentum 101.d.102.b
Oscenses Martyres, Laurentius & Vincentius 102.b
Ossonoba, *Baeticae opidum, vbi* 104.c.d
Ostiensis portus 46.e.47.a.b
Ou, diphth. pro V longa 138.b
Ouf. pro tribu Vfentina 137.e
A☧ω *in nummis quid* 8 d.e.107.a

P

PAcuuij poëtae Epitaphium 144.a
Paene, *cum ae diphth.* 144.c
Palicani nummi quomodo inscripti 58.a.b.d.e
Pallas: vide Mineruam
Palliata Comoedia, quae Graeca 144.d
cur Plauti ac Terentij hoc nomine ibid.
Palma, Africae arbor 83.e
In ara Tarracone 93.a.95.e
victoriae signum 20.b.c.e
Palmatae togae 32.c
Paludamentum, vestis Imp. in bello 32.b
Pandectae Florentini, mascul. genere 144.d
Pannonia 40.b
duplex ea Prouincia ibid.
Papauer, cur Cereri attribuatur 74.b
est in Nomismatis 27.e.28.a
Paphia Venus: vide Venus
Papiria gens 127.b
Parazonium 13.c.e.
gladiolus cuspide carens 39.b
Patauium, equitibus abundauit 117.d
Patres Patriae *qui post Ciceronem dicti* 153.c
Patricia Colonia 112.b
Patricius, cur per C *scribendum* 111.c
Patricij Maiorum gentium ibid.d
Minorum gentium qui ibid.e
Paullus, duplici LL 146.c.155.b
Paulli Aemilij Inscriptio 154.e.155.a
Pauo Iunoni sacra 53.a.b
Pauonazo Italis ac Gallis color quis 31.b
Pax, in nummis 17.c.d
Pax Orbis, cum natus Christus est 65 b.c
Pacis templum Romae 18.a
Pax cur alata ibid.b
an quotannis cadat, vt fabulantur, eius templum ibid.c
Pacensis, seu Pax Iulia in Hisp. hodie Badajoz 117.d
Pedes Iambici carminis & Trochaici 143.b.c
Pegasus in nummis Syracusanis 84.b.e
etiam in nummis Emporiarum 86.e
cur pingitur alatus 65.d
fronti impressus victorum, & vlulae 84.c
Peregrina Nomismata 10.a
& Arabica ibid.
S. Petri fictus nummus 162.a
Pet. Apiani falsae Inscriptiones 162.e
Petrus Io. Nunnesius, Valentinus 23.e
Pharus in portuibus Alexandriae, cur 46.e
Philippi *Nomisma apud Horatium* 2.c.d
Philocteti sagittae 72.d
Phocaeum litus 36.c
Phoenix, auis longaeua 16.a
an fabulosa ibid.b
φοίνιξ, *duo significat* 41.c.84.a
inde Phoenicia ibid.
Phoenicia, palmis abundans 41.c
Pictores antiqui, rudes 104.b
Picus, auis Marti sacra 39.d
nidum vt construit ibid.
Pierius in Hieroglyphicis 58.a
Pietas in nummis 14.b
Pileus Libertatis signum 33.a
Pinus & crotalus Cybele sacra 76 c
Pistrix, quale monstrum 66.a
Neptuni trahens currum ibid.
ex Plinio maiore confictì tituli 164.c.d.e.165.a.d
ex Plinio iuniore edita Inscriptio 165.a.b
Plutarchus an corruptus in voce Cluniae 109.c
Pluto, Iouis frater, Inferorum praeses 173.c
C. Poblicij Bibuli Inscriptio 142.c
plures eius nominis ibid.
Poplicola, *pro Publicola* 142.d.147.d
Poeni, qui dicti 84.a
vnde Punica lingua ibid.
Poeni, Phoenices sunt 116.d
Poëtae aurei saeculi qui 136.e
Polla, à Paula, vt olla ab aula deriuatum 143.e.146.c
Pomoerium quid 148.d
C. Pompeius Buca, Duumuir 89.c.d
in Cn. Pompeij diadema quid iactatum 81.c
Cn. Pompeius Neptunum *nummis cudebat* 173.c

 Alexandri

Alexandri Regis aemulus fuit ibid.
eius filius Sex. Pōpeius Neptunus *dictus* 173.d
Pomponij *Laeti fictum Testamentum* 161.b.162.e
Pomponij *Melae, quae patria* 116.a
eius editio à Schotto euulgata ibid.
Sex. Pompeius *Cn. F. Neptunum se arroganter appellat* 173.d
è Dione Caßio comprobatum ibid.
Sex. Pompeij *nummus inscriptus* 14.e.15.c
T. Pomponius *Atticus* 136.d
Pontifices *Max. & Tribuni plebis inuiolati* 59.b
Pontificatus *Romae Maximus* 140.a
Populus *cur sacra Herculi & mala* 71.b
Porcâ *praedicaneâ fiebat Cereri* 179.b
Porcius *cum* C *scribendum* 154.c
Porcuna *& Obulco in Baetica* 115.a
an à porca nomen ibid.
Porta *vrbium, à portando aratrum dicta* 97.c
Portumnus *Deus* 47.a
apud Festum & Varronem ibid.
Posiuerunt *M. Cato dixit pro posuerunt* 145.e
Praetexta *toga & pura, quae* 30.e
Praetextatae *Comoediae* 144.e
Praetores *bis qui fuerint* 149.a
Praetores *Capuae dicti* 82.c
Prasi-ni, *& Russati in Circensibus* 30.e.48.b
Princeps *Iuuentutis quis* 95.c
Principes *Senatus, qui creabantur Romae* 95.c.d 148.b (148.b
Princeps *Senatus ex Ordine Censorum legebatur*
Prodigi *cum vittis per amphitheatrum ducti, iussu Hadriani Imp.* 110.e
Promptuarium *Iconum G. Rouilij* 161.d.166.a
Pro *rostris dicere* 58.a
Proserpinam *à Plutone raptam quid significet* 74.b.c.d
Prouidentia *in nummis* 22.d
Graecè προνόη *Stoicis* ibid.
Prusias *Rex cur irrisus Romae* 33.b
Pub. *Clodius nequam & impurus* 180.b
sacra Bonae Deae violat Romae ibid.
Ciceronis hostis maximus ibid.
Trib. pleb. cur factus 180.c
Pudicitia 31.b.c
Pugiles *qui, à pugnis dicti* 132.c
Pugiones *& pileus, in nummis Bruti* 5.c.d
Pulcrum, *&* sepulcrum, *sine* H 146.c.d
Punctum *in marmoribus quando poni solitū* 139.c
Punici *iidem, qui Phoenices* 84.a
de Purpureo *colore disputatum* 31.b
Purpureus *color qualis, iterum disputatum* 74.d.e
Puteal *Cordubae, in Baetica* 56.d,57.e
Puteal *Libonis, quid* 56.d.e.58.a
quid in Horatio 57.a
Pyrrhus *Rex Epirotarum, in nummis* 71.c
Pyrrhus *Ligorius Neapolitanus pictor* 51.b
Pythagoras, *de Diis legitimè colendis* 171.b

Q

Quadrigae *in circo quomodo curerrent* 48.b
Quadrigarum *factiones quatuor* ibid.
Quaestores *Rom.* 154.a
Quatuor-viri *Monetales* 4.c
Fuluij Vrsini de iis opinio ibid.
Quinctus *&* Quinctilianus *an per* C *scrib.* 153.c.d
Quot *annis militare Rom. oportebat, ex Polybio* 130.b

R

R *Littera pro S quando inducta* 149.d
R.P.C.I. *Reipublicae constituendae* 93.b
Radaguisus *Rex* 119.c
Ratiti *asses* 4.d
Raudus *& Rodus quid* 143.e
Raurica *regio vbi* 157.b
Recaredus *Rex Gothorum* 96.c.103.e.104.d.118.b
Leouigildi filius ibid.
Recaredus *II.* 120.b.c
Reccesuinthus, *Gothorum Rex* 96.d.105.b
Reccesuinthus *II. Rex Goth.* 117.c.118.b
Reccesuinthus *III. Chindasuinthi filius* 120.d
Regina *Iuno* 175.e.176.a.b
Regium *diadema quid* 81.a
Regum *Gothorum Epitheta* 96.c
Religio, *in nummis* 16.c.d
Religioni *maiorū Scriptura docet inhaerendū* 171.c
Reliquiae *Sanctorum piè cultae* 53.c
Rerum *humanarum in Mario vicißitudo* 173.e
de Rerum *inuentoribus qui scripserint* 170.a.b
Respublicae *duobus, armis ac legibus continentur* 172.b
Rex *regum* 91.b
Reges *Ioui sacri* 170.c.d
Reges *Rom. in nummis, Numa & Ancus Marcius* 55.d
Rhaeti *aut Rhoeti qui in Alpibus populi* 157.b
Rhinocerotus *admiranda apud Martialem* 70.c
eius in nummis forma ibid.c.d
missus è Lusitania ad Leonem X. ibid.
Roma *in nummis* 39.b.40.a
Roma *pro Dea culta* 13.d.129.e
Ῥώμη, *robur* 39.c
an hinc Roma *dicta* ibid.
Romae *Litterati candidè agunt* 159.b
Romanae *Antiquitates in nummis* 9.c
Romance, *cur Hisp. lingua dicta* 94.e
Romani *cur* Togati *dicti* ibid.d
Romani *mores peregrinis cur anteponendi* 171.b
Romani *ad Taurum vsque Imperij fines protulerunt* 172.c
Romanorum *Dij* 171.b
Religionē iidem constanter seruarunt ibid.c
Romanos *ad centum millia vsque tantum numerasse* 131.d
Rosarum *varij colores* 75.a
Rostra *Romae vnde dicta* 21.e.22.a
Rostra *nauium* 58.a.e
Rostrata *corona* 22.b
Rota *Fortunae* 25.b
Rubico *flumen. terminus Italiae* 159.c
Rudericus, *vulgo* Rodrigus 120.e
ab hoc clade amissa per Mauros Hisp. est ibid.
Ruminalis *ficus* 39.c.57.d
Russati *& Prasini in Circensibus* 30.e.48.b

S *pro*

S

S Pro semissi 5.a
S.C. Senatus-consultum, plurimum in aereis nummis spectatur 3.e
S.C.Claudianum, apud Tacitum, & alios 165.c
S.T.T.L. sit tibi terra leuis 146.a
Sabinarum raptus, in Titurij Sabini nummis 147.c
Sacculi & loculi pecuniae 4.b.c
Sacra priuata non admittenda 171.a.b
quia profana potius quàm sacra sunt ibid.c
Sacrorum instrumenta in nummis 38.b
Saeculum Ciceronis, ac Caesaris, eloquentissimum 122.d.136.c
Saeculares ludi à Sabinis orti 147.c.175.d
vide Ludi.
Saetabis Valentini regni opidum, hodie Xatiua 103.b
Sagati & Togati qui 172.b
Sagittae manu contortae cur in Veiouis nũmis 173.a
Sallustij laus, & Thucydidi comparatur 136.d
Saguntum, vrbs Hisp. 90.e
an Saguntus dicendum 102.e
Colonia-ne an municipium ibid.
Saguntini nummi ibid.d.e
Salij Martis sacerdotes 66.d.67.a
quid à Palatinis & Agonalib. differant. ibid.e
Salonfl. Aragoniae, ferrum temperat 36.e
Salus, in nummis 29 b.c
Sanctorum reliquiae honorandae 53.c
Sarranae tibiae vnde sic dictae 84.a.145.c.d
Satyri ac Sileni, Baccho attributi 73.a.b
Scaena, cum ae diphth. scrib. 144.d
Sceptrum aut virga, quid notet 19.a
Schintila Rex 120.c
Scipio, seu sceptrum, in nummis 19.e.20.b
Scriptores Nomismatum & Iconum 181.182
Scylla, & Carybdis 68.e
per Mythologiam scorta repraesentant 69.b
Sebast. Erizo, Venetus, de Nomism. Rom. 166.b
Fr. Sebastianus Plumbus 118.d
Securitas, in nummis 20.a.b
Sedere soliti Iudices 19.a.c
Segericus 119.d
Segetia Dea Cereris assecla 179.b
Dea Segetum habita ibid.
Segesta dicta à Plinio ibid.
Segobia, Castellae opidum 109.a
antiquitus Segouia ibid.
Segobrica, vulgo Segorue, iuxta Valentiam 99 d.
Semissis vsura 123.c.d
Senatores, initio centum 126.d
Senatores Maiorum & Minorum gentium 172.a
Senatus-consulta quae 126.d
Senatus-consultum Romae tantum in nummis, & Constantinopoli 103.e
Senatus Principes qui Romae 95.c.d
qui fierent 148.b.153.b
Senes loquaces 163.e
Septemuiri Epulonum qui 157.a
Septimij Seueri Pertinacis Inscriptio 112.e.113.a
Septisolium Seueri Imp. 50.a
Sergia gens vnde profecta 132.a
Sericum Romae in vsu non fuit 31.b.32.c
Serpentes alati, cur Cereris 74.b
è terra eruit ceruus 38.b
& elephas 38.b. & Ibis auis Aegypti 42.a
Serpens Lanuuij, apud Propertium 29.c.d
Aesculapio ac Saluti sacer ibid.e
Serpentes in nummis 67.e
Serui manu-missi dominorum induebant nomina 143.c
Seruorum nomina, Eros, Hermes, &c. 84.e
Seruilij Caepionis Inscriptio 155.e.156.a
Viriathicum bellum finiuit ibid.
Ser. Galba pro Seruius, non Sergius 132.a
Iurisconsultus hoc nomine ibid.
Sestertij nota, H-S ibid.
Setia, vbi 4.c.d
Seueri Imp. arcus 119.a
Seuiratus munus 54.a.b
eius sumptus 133.e
Sex. Serrani Inscriptio ibid. & 134.a
Sicilia 156.a
Trinacria cur dicta 40.d.e
tria eius promuntoria in nummis repraesentata ibid. & 178.b
Cereri cur sacra ibid.
eius fertilitas 178.b
Siclus sanctuarij Hebraeorum ibid.
Sidon, piscem significat, aliis venatum 5.e.11.b.c
Sidonij cuderant nummos, cum rapta Europa à tauro 117.b
Signum propriè de Diis Cic. vsurpat. 36.a
Signa militaria varij generis 141.b.c
Signa cohortium, humeris lata 43.a.b
Sileni, Bacchi socij 16.e
Silphium, quae herba 73.a.b
Silua, & Siluanus an per Y Graecum 6.a.38.c.82.a
Siluani sancti Inscriptio 141.c
Sinus in toga, qualis ibid.a
Sirenarum forma 32.c.d
Sisebutus Rex 68.b.c.d
Sisenandus Rex 120.c
Sispita Iuno quae Sospita 176.a Lanuuij culta ibid.
Sistrum, qua forma 41.d
In sacris Isidis adhibitum ibid.
Socrates cicutam bibere coactus 171.b
Solitaurilia Rom. quae 154.a
Solon neutros in bello ciuili detestabatur 55.a
Spania pro Hispania, Graecis 113.d.e
Spes, in nummis quâ forma 18.c.d.e
Sphingis forma in nũmis 44.d.67.e.68.a.b.114.c
Spica in nummis fertilitatem notat 115.a
Sportulae Rom. 28.c.d
Statua & signum quod differant 141.c
Statuarum ac picturarum nimium studium 169.e
in Statuis Magistratus enumerabantur 130.c
Suinthila, Gothorum Rex: alijs Scinthila 96.b.c 105.b.110.e.112.b.114.b.c.120.c
L. Sulla, cur Felix aut Faustus dictus 23.c
L. Sulla Tribunitiam potestatem imminuit 58.b
Sulpicia, poëtria sub Domitiano Imp. 172.c
Suouetaurilia quae 154.a
Syracusarum in nummis Pegasus 84.b.c

Symposiarcha, & Magister bibendi 172.d
Sympulum, quid 95.b
Syrtis maior, vulgo Gelues nominant 82.c

T

T Aliquando tutelam significat 94.e
T pro D saepe in antiquis marmoribus positum 129.a.132.b
Tanaquil 127.e
Tarentum à Neptuno conditum 65.a
Tarentini delphinum in Nummis cudebant 64.e
Tarraco rectè, non Tarracona 96.c.134.b
Rom. colonia quando coepit 93.c
an Scipionum opus ibid.e
cur Tyrrhenica dicta 94.b
ager eius fertilis 72.e
an Augusti edictum, primò ibi publicatum 8.a
Tarraconenses nummi 12.b.c
Tartessus, an eadem Carteia 115.e
Taurus, in Hispanicis nummis quid signet 89.b
Taurus, Statiliae gentis cognomen 69.d
Taurus saepe pro adultero ibid.
Templum Concordiae, Romae 17.b
Terracina, opidum Campaniae, edito quondam loco situm 173.a
Tessera Rom. qua forma 28.b.c
Taedifera cur dicta Ceres 178.c
Theatrum ab Amphitheatro, & Circo distat 48.b
in Thermis sumptus fiebant 132.e
Theseus Minotaurum occidit 69.c
Theuderedus Rex 119.d
Theudericus Rex ibid.d
Theudis Rex alias Theudius 120.a
Theudisculus ibid.
Thus in sacris 14.c.d
Thynnus in Oceano capitur 114.e.115.a.116.d
Thyrsi quid 73.b
Tiberij & Claudij Impp. nomina in Euangelio 8.a
Tiberis fl. Romae 43.d.e
Tibiae pares & impares 145.c
dextrae & sinistrae ibid.
Tibicines, & Tubicines differunt 154.a
Tigris & Euphrates fl. Mesopotamiae 45.b.c
Tiro Tullius de Notis antiquorum 167.c
Titi Vespasiani arcus triumphalis qualis 41.c.54.e
Tituli Cardinalium, qui dicantur 121.c
Toga & Tunica quid distet 32.b
Toga picta, & latus clauus, quid 32.b
Togae palmatae 32.c
Togata, quarum vrbium cognomentum 94.c.d.e
Togatae Comoediae 144.e
Togati & Sagati qui 172.b
Toletum, Castellae caput 103.d.e
Regum olim sedes ibid.& 107.c
Concilia varia ibi habita 105.d.107.c
variè nummis inscriptum 104.d
Carpetaniae caput Plinio 107.c
Tonans Iupiter & fulminans, qua forma in nummis 173.c
Torquatus, T. Manlij cognomen 3.d
Torques collo appensae ibid.
TR. OB. pro Treuiris obsignatum 106.d
Trabea, est toga 67.a.c
tria eius genera Seruius facit 67.c
Traductio Equitum, Romae ibid.
Traianus Caesar Hispanus 51.e
eius columna ibid.d
de eius animae historia, quid sentiendum 51.e 52.a
Tragici Graeci qui 145.a
Tranquillitas in nummis 20.a.b
Treuiri Monetales 3.e.4.a.c.29.a
Tria Rom. nomina 127.b
Triarij qui 128.c
Tribus nomina ante cognomen collocabant 127.e
Tribuum Rom. numerus ibid.
de Tribubus qui scripserint 57.d
Tridens in Neptuni nummis 173.d. cur 16.c.d
Triens vsura quae 123.d
Tribunus Celerum quando 152.b.c.d.e
Tribuni militares 140.a
Tribuni plebis sub Caesaribus 59.b.c
Tribuni plebis inuiolati ibid b
Tribunorum pleb. intercessio qualis 58.b.d.e
Tribunorum pl. numeris anni Imperij Caesarum denotantur 59.c.d
Tribunitia potestas Impp. 81.d
Tributa Comitia 57.c
Trito marinum monstrum quale 66.a
Concham inflat ibid.
Triumphi Rom. minor, quàm victorum in ludis Graec. gloria 21.c.d
Triumphi praefatio apud Pliniũ quae 164.d.e
Triumuiri R.P.C. Romae qui 56.a
Triumuiratus Rei. Pub. Const. ibid.
Trochaici versus 143.c
Troiani seu ludicri ludi 50.b
Trophaeum quid 21.a.b
Trophaea Augusti in nummis 41.a
Tubicines & Tibicines differunt 154.a
Tubilustrium vnde ibid.
Tucci, seu Augusta gemella in Baetica 114.b
Tulca Rex Gothor. 120.d
Tullianus carcer 57.e
Turismundus 119.d
Turiasonis nummi, quae hodie Tarrazona dicta 97.e.98.a
Turrita cur dicta Cybele 180.c
cur à Leonibus eius currus tractus ibid.c.d
Turtur fidei symbolum 16.e
Tutulus, pilei genus 67.a
Typographi pauci publico student commodo 172.a
Tyrrhenica Hiberus 36.b.e
Tyrrhenica Tarraco 94 b

V.

V.S.L.M. Votum soluit libens merito 141.d
Valentia, vrbs Hisp. 102.c.d
Valerius Probus, & Magno Diaconus, de Notis veterum 167.b
Valeriorum familia, primo Valesiorum dicta 147.c

P. Valerij

P.Valerij Poblicolae Inscriptio 147.b.c
Valerius Vicentinus, artifex 118.d
Valetudo, Salutis socia 30.a
Vallaris corona 22.c
Vascus Lobera, Lusitanus, primus auctor Amadisij 16.c
Vasconum lingua 85.c
Vbertas, in nomism. 26.a
Ve-Iupiter aut Veiouis cur dictus 173.a.b
Velare caput in sacris 14.c
Velij Longi Orthographia 128.b
M.Velseri V.C. Augustanae Antiquitates 167.b
Venus myrtia 71.a
Venus Paphia, forma pyramidis 76.b
Veneri cur columba, myrtus, & mala assignantur 70.e
Venus Victrix, in nummis 180.a
& Genetrix per e in secunda syllaba ibid.
Veneti & Albati in Circensibus 30.e.48.b
Verrius Flaccus Capitolinos Fastos digessit 150.d
Vesta Dea cum Palladio 32.a
Vesta, *quasi vi stans* 176.e
ignis aeternus ipsi seruabatur à Vestalibus ibid.
eius templum in nummis quale 177.a
Mater, cur dicta ibid.
Vestales Virgines 177.b.c.d
iis delinquentibus quid fiebat ibid.
earum praeses Amata dicta 176.e.177.a
Veteres quomodo in foliis scribebant 44.e.45.a
Via Traiana in nummis 46.d
Vibona Italiae, dicta Valentia 102.c
Vicentini in Italia quomodo dicti 156.b
Vicissitudo rerum humanarum in C. Mario 173.e
Victoria cur inuecta curru 85.a
partim alata, partim alis carens 20.c.d
Victoria naualis 21.e
Victoriati nota V 4.d
Villa publica in nummis T. Didij 60.b
locus in campo Martio est ibid.
Violae & maluae, an colore purpureo 75.a
Virga, quid significet in nummis 19.a
Viri in luctu pulla veste vsi Romae 31.a
Viriathus Lusitanus, dux 156.a
Virtus 13.c.d.e
Virtus in actione consistit 34.a.39.c
Virtutis & Honoris templa, iuncta cur 13.e
Virtus exercitus 14.a
Augustorum ibid.b
Viterbij antiquitas 160.d.e
Vitiza Gothorum Rex vltimus 86.c.d.106.a.118.c
Vitulus, *cognomen Voconiae gentis* 69.d
Vlia, *quinto à Corduba lapide* 112.e.113.a
Vitulus ab Israëlitis adoratus 76.a
an Apis, bos Aegypti fuerit ibid.
Volt, *&* Dauos *cur scribebatur, geminata nimirum littera* 88.e
Vomitoria, in Amphitheatro 49.c
Vrbs, quid significet 101.d
Vrbes Diis sacrae 170.b.c.d.e
Vrbes & Coloniae arando designabantur 97.c
Vrnae inscriptae Romae 155.c
Vrso cogn. Gemina Vrbanorum 114.b.c
hodie Offuna, *& Academia est* ibid.d
Vtilitates quinq; è studio Nomismatum 6.b.c.&c. 7.b.9.c.d.e.& 33.d.e. *etiam plures* 34.a
Wamba Rex Gothor. vulgo Bamba 105.d.120.d 112.b
Witericus Rex Goth. 105.a.113.b. *al. Witericus Liuuae II. successit* ibid.
Witiza Rex 106.a.118.c. *vide Vitiza* 120.e
Egicae fuit F. ibid.
Vulcanus in nummis cum pileo & malleo 174.c
ab Alcamene factus ibid.
Volkanus in nummis quibusdam 174.a.c
elandus cur à matre blandiendo dictus ibid.
cur in maiorum Gentium Diis ibid.
Romulus ex manubiis quae illi dedicarit. ibid.b
de Vulcano Inscriptiones Romae 174.d
quando positae ibid.
Wolfgangus Lazius *Medicus, de nummis, etiam Greciae* 166.c.167.a
Vxama, hodie Osma 109.a

X

X- Denarij nota 4.d

Z

Zodiaci signa in Nilo notata 44.e

INDEX AVCTORVM QVI HISCE DIALOGIS

ILLVSTRANTVR.

Caesar lib. III. belli Ciuilis, de Tribubus pag.127.c.d
Cassiodorus in Variis, de Circensibus ludis, lib.3. Epist.11. 50.d
Ciceronis in Epist. illustratus locus à Petro Bembo de Monetalibus Triumuiris 3.e 4.a.c.29.a
Columellae verba restituta de Centesimâ vsura 126.b
Festus Pompeius emendatus 142.c
Hirtius in *Vlia* correctus 112.d
Horatij locus illustratus lib.1. Epist.20. de Ilerda 89.e.90.a
Lucanus lib.9. de serpentibus 38.c
Martialis locus emendatus à Surita 37.a
Martialis de Moneta loca 4.b
de Amphitheatro Epigram. 49.e
locus de Bilbili emendatus 98.d
Phaedri liberti Neronis Apologus de arboribus Diis consecratis 78.c
Plinij loca de coloribus lib. IX. 74.e.75.a.b.c.d
locus de Vrsone 114.b
Plutarchus in Galba corruptus in voce *Cluniae* 109.c
Propertius lib.IV. Eleg.8. illustratus 29.c.d
Taciti locus de Denario sedecim assibus aestimato 4.d.e

VIRGILII LOCA ILLVSTRATA.

Eclo.III.ver.71. *Aurea mala decem, &c.* 71.e
IIII.v.9. *Toto surget gens aurea, &c.* ibid.
& v.17. *Pacatumque reget, &c.* 65.c
VI. & in Ciri de Scylla.v.74. 69.b
VII.v.61. *Populus Alcidae, &c.* 71.a
X.v.4. de Arethusâ 84.d
GEORG.I.v.28. de myrto 71.a
v.212. de papauere 28.a
v.384. de Caystro fl. 45.e
III.v.486. de infula victimae 110.c.d
IIII.v.131. de papauere vesco 28.a
v.564. *Parthenope studiis, &c.* 68.c
I.AENEIDOS v.46. de auibus Diis sacris 63.b
v.71. *Tyrrhenum nauigat aequor* 36.c
v.149. de Neptuni tridente 64.d
v.296. *Cana fides* 17.a
v.298. de Iano clauso 65.b
v.345. de Carthaginis origine 82.d
v.382. *Sum pius Aeneas* 15.a.b
v.419. de auibus Diis sacris 62.a.b
v.445. de Luco Diis sacro 83.a.b
II.AEN.v.39. *Scinditur incertum, &c.* 178.b
v.135. de Sinone locus C. Mario aptatus 174.a
v.226. de Tritonide Minerua 167.c
v.239. de Concha 66.a
v.615. de Palladis arce 66.c
III.AEN.v.286. *Aere clauo clypeum* 21.c
v.359. de Apolline 73.c
v.405. *Purpureo velare comas, &c.* 14.c
v.694. *Alpheum fama est, &c.* 84.c
IIII.AEN.v.41. *Et Numidae infreni* 38.e
v.242. de Mercurij virga 174.c
V.AEN.v.250. de Maeandro fl. 46.a
VI.AEN.v.164. *Tritonia Pallas* 66.a
v.193. de auibus Diis sacris 62.a.b.63.b
v.846. *Vnus qui nobis cunctãdo rest. rem.* 151.d
VII.AEN.v.187. *Ipse Quirinali lituo* 67.b
v.607. & 610. de Iani portis 65.b
v.612. de Trabea 67.c
v.678. *Nec Praenestinae, &c.* 127.a
v.799. de Ioue Anxuro 173.a
VIII.AEN.v.116. *Paciferaeque manu ramum,* 17.d
v.150. *Accipe daque fidem* 16.e
v.429. de Cyclopibus 63.b
v.435. *Aegidaque horriferam, &c.* 66.c
v.659. *Aurea caesaries ollis, &c.* 37.e
v.663. *Hinc exultantes Salios* 67.a.b
v.682. *Parte alia ventis, &c.* 22.a
v.696. de Sistro 41.d
IX.AEN.v.619. de Berecynthia 76.e
X.AEN.v.230. *Nos sumus Idaeae, &c.* 78.e
v.543. *Instaurant acies* 127.a
v.545. de Ioue Auxuro 173.a
XI.AEN.v.4. *Vota Deûm primo* 21.b
v.100. *Iamque Oratores aderant* 178.a
v.165. *Iunximus hospitio dextras* 16.c
v.333. *Munera portantes* 67.c
Vlpiani I.C. in Fragmentis locus ex Tacito libro 3. Annal. illustratus. 77.c

COMMISSA

COMMISSA OPERARVM ET OMISSA
ſic ante legendum corrigantur.

In Ant. Auguſtini vita † *1. in marg. lege* Fl. Vopiſcus. † *2. b. v. 24. à fin l.* quotidiani ſermones, hae. *pag. 8. v. 6. l.* Tarracone. *pag 9. v. 33. leg.* Elagabalus. *pag. 15. v. 30. l.* Iuuenum. *pag. 16. v. 8. l.* dextra. *& 16. dele* M. *In marg. l. Aen.* IX. *&* XI. *pro* VIII. *&* XII. *pag 17. v. 9. l.* ferentem. *pag. 20. v. 9. à fin. l.* mobilis, *pro* nobilis. *pag. 22. v. 12.* cui, *pro* qui. *v. 23. l.* vallum, *& 25. l.* valli. *pag. 23. v. 37. l.* ſtulto. *pag. 24. v. 14. l.* Alexandri. *pag. 27. v. 17. l.* Non ſciat, *loco,* Non nouit. *pag. 28. v. 9. à fin. l. 6 tantum, pro 67. pag. 29. v. 28. l.* caeco. *&* qua, *pro* quo, *& v. 30. l.* ex ima. *pag. 30. v. 14. l.* plerumque, *& v. 28. l.* Hieroſolymis. *pag. 31. v. 6. anno* IↃCCXIV. *dele* X. *pag. 52. v. vlt. l* B. Cur hae. *pag. 54. v. 1. ſcribe* Poenulo. *pag. 56. v. 22. l.* Phaetontis. *pag. 58. v. 6. l.* delineauit. *pag. 71. v. 2. l.* Veneri. *pag. 72. v. 19 l.* incedebat. *pag. 73. v. 6. l.* cruribus, *pro* curribus. *pag. 75. in marg. iuxta fin. l.* Corn. Nepos. *pag. 78. in marg. l.* Peliaco. *& loco V. 23. l. 230. Pag. 82. in marg. in fine, loco* IIII. *Aen. l. 1. Pag. 86. ad oram l.* Inſcriptiones Rom. nuper collectae à Io. Pontano. *pag. 90. v. 29. l.* Arpinum. *pag. 92. v. 2. l.* B. Huiuſne. *pag. 98. v. 5. à fin. l.* Hyampolin. *pag. 99. v. 26. l.* & Graecis, *pro* à. *pag. 110. v. 3. à fin. in marg. l.* MENTESA. *pag. 113. v. 18. l.* nato. *pag. 114. v. 27.* Iliad. 3. *l.* ζ. *pag. 116. v. 18. l.* ψεῦσαι. *& 31. l.* Phoebo. *pag. 118. in marg l.* in Carpetanis Talauera. *Pag. 155. ſic corrige, 119. pag. 129. v. 2. l.* At. *pag. 130. v. 2. l.* inter eos. *pag. 136. v. 8. l.* maximè. *pag. 141. v. 2. l.* vendere. *pag. 143. v. 30. l.* imparibus. *pag. 145. v. 4. à fine l.* genita. *pag. 146. v. 24. l.* A Paulla. *pag. 153. v. 8. à fin. l.* cum P proferunt, imo, quod non ſequor, Tempto. *pag. 163. v. 10. à fin. l.* Prouincia.

